This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

110 d. 10.

DOMI NUS ILLU MINA TIO MEA

Taylor Institution.

1875

ᴧ operâ Er. Pontoppidano

(cf. finis Dedicationis)

GESTA
ET
VESTIGIA
DANORUM
EXTRA
DANIAM
PRÆCIPUE
IN ORIENTE, ITALIA, HISPANIA, GALLIA, ANGLIA, SCOTIA, HIBERNIA, BELGIO, GERMANIA ET SCLAVONIA.

MAXIMAM PARTEM IPSIS SCRIPTORUM, NON EXOTICORUM MINUS, QUAM DOMESTICORUM, VERBIS ADUMBRATA.

IN TRES TOMOS DISTINCTA.

TOMUS I.



LIPSIÆ ET HAFNIÆ,

SUMPTIBUS IACOBI PREUSSII,

MDCCXL.

212. d. 10

TAYLOR INSTITUTION
UNIVERSITY OF OXFORD
LIBRARY

SERENISSIMO

CELSISSIMOQVE

PRINCIPI

FRIDERICO

DANIÆ ET NORVEGIÆ VANDALORVM GOTHORVMQVE

PRINCIPI HÆREDITARIO

DVCI SCHLESWICI, HOLSATIÆ, STORMARIÆ ET DITHMARSIÆ, COMITI IN OLDENBVRG ET DELMENHORST.

SERENISSIMO

CELSISSIMOQVE

PRINCIPI

FRIDERICO

DANIAE ET NORVEGIAE VANDA-

LORVM GOTHORVMQVE

PRINCIPI HAEREDITARIO

DVCI SCHLESVICI, HOLSATIAE,

STORMARIAE ET DITHMARSIAE, CO-

MITI IN OLDENBURG ET DEL-

MENHORST.

Celſiſſime Sereniſſimeque

Princeps Hæreditarie,

Domine Clementiſſime!

Hiſtorias noſſe & ad verum uſum referre majorum experientiam, cujusvis hominis, cujusvis Chriſtiani, maxime vero Principis eſſe, nemo facile negaverit. Homines, qua homines, decet humani generis fata reſpicere & in fatidicis præ-

præeuntium veſtigiis defixos habere oculos; ita enim alieno periculo cautiores evadimus & practicam, id eſt optimam Philoſophiæ partem vivis exemplis (qvæ plus quam regulæ animis omnium arrident) demonſtratam, nullo quaſi negotio addiſcimus. Hoc pacto ante ſenium ſenes cenſemur, cum e contra ſemper pueri audiamus, neſcientes, quid, antequam nati ſimus, acciderit. Ingeniis ſupra ætatem in theatrum hiſtoricum evectis, ſiſtuntur maximarum olim geſtarum rerum agmina, periculo nullo, uſu fere ſimili, ac ſi ſuis eadem oculis uſurpaſſent. Quæ cum ita ſint, quis non videt egregium ex ſtudio hiſtorico emergere humano generi emolumentum? Mutato nomine, ſæpius eadem luditur fabula. Conjungamus itaque cum præteritis præſentia, cum præſentibus futurorum auguria, & ſolidius de ſingulis erit judicium.

Chriſtianum hominem quod attinet, quærit ille in omnibus Deum Deique regnum

 & ju-

& juſtitiam. Refert ille omnia Deo accepta: Lætatur ille, quoties Deo, quæ Dei ſunt, vindicata viderit, quoties nomen JEHOVÆ in terris exaltatum audiverit, quoties occultum Numen e mediis quaſi tenebris prorumpere fecerit ea omnipotentiæ, ſapientiæ, bonitatis & verſantis circa res minimas curæ ſpecialiſſimæ teſtimonia, ad quorum conſpectum ſtupet & erubeſcit maleſanus infidelium animus.

Paucis! Veſtigia providentiæ & quicquid in rebus humanis Divinum cenſeri poteſt, Chriſtiano in deliciis eſt, illi in augmentum fidei, charitatis & ſpei deducitur. Ita Pſaltes Regius (a) aſſerit, *ſe recordari judiciorum Jehovæ inde a ſeculo & ſemet ipſum conſolari.* Si qua igitur contigerit homini fideli rerum hiſtoricarum ſcientia, non nudis & inanibus immoritur imaginibus, ſed latitantem in ſingulis ſummi Numinis ſive potenti-

(a) Pſ. CXIX. v. 52.

am, ſive juſtitiam, ſive miſericordiam, ſive veracitatem, quantum quidem licet, expiſcari & penitius dignoſcere allaborat. Cavit Altiſſimus, ne tractu temporis in populo Iſraelitico obliteraretur beneficiorum memoria; juſſit, ut patres nepotibus narrarent eductionem ex Ægypto; reliquaque ejusdem momenti magnalia; immo voluit, ut erigerentur lapides, perennaturi præteritorum testes. An autem Deus Iſraelis ſoli Iſraeli ſit Deus. Anne univerſi Moderator & Arbiter nunc ſit ac olim fuerit. Quis igitur Deum colens omnino incurioſus erit earum rerum temporumque viciſſitudinum, quas Deo, ſive permittenti, ſive efficienti, non poſſumus non tribuere. *Bonum eſt*, teste pio Tobia (b), *efferre nomen Dei res ab eo geſtas honorifice oſtendendo. Arcanum Regis bonum eſt occultare, opera autem Dei revelare glorioſum.* Ceterum pietatis quædam ſpecies eſt, majorum memoriam decenter colere, & veſtigia eorundem, ubi pro-

banda

(b) Cap. XII. v 7. 8.

banda fuerint, exoſculari? Huc reſpiciunt iſta Syracidis (c): *Jam laudemus viros glorioſos & majores noſtros genere. Multam gloriam comparavit Dominus per illos majeſtatis ſuæ inde a ſæculo. Dominantes in regnis ſuis, & viri celebres potentia, conſilia ineuntes cum intelligentia ſua, qui renunciaverunt de prophetiis. Ducentes populum conſtantibus conſiliis & intelligentia juris popularis. Quorum eruditioni ſapientes ſermones inerant, qui exquirebant modulationes muſicorum & carmina ſcripta enarrabant. Viri divites, inſtructi robore, colentes pacem in ſuis habitationibus. Hi omnes per generationes adepti ſunt gloriam, qua gloriati ſunt in diebus ſuis. Sunt ex iis, qui reliquerunt nomen, cujus enarrentur laudes: Sunt etiam, quorum non eſt recordatio, qui perierunt, quaſi non exſtitiſſent & fuerunt, quaſi non fuiſſent, liberique ipſorum poſt ipſos.* Exemplis bonorum ineſt mira vis probitatem, ſi non ingenerandi, certe firmandi, & addita regulis exempla, calcar addunt animo ad virtutem

(c) Cap. XLIV. v. 1. - 10.

tutem ſcandenti. Sunt, fateor, virtutum longe rariora, quam vitiorum exempla in hiſtoriis obvia. In malo jacet & fere ab initio jacuit mundus immundus. Verum tamen ea eſt boni animi natura, ut ex ipſo malo, bonum capiat. Ea eſt cœleſtis Patris benignitas, ut ſeſe diligentibus, omnia omnino in bonum faciat cooperari.

Præ aliis omnibus Principi & Magiſtratui maxime expedit hiſtorias gentium perſpectas habere, eumque in finem annales diligenter evolvere. Quibus incumbit arduum regendi munus, eorum eſt uberiorem habere hominum & humanarum rerum notitiam. Hæc autem unde facilius quam ex limpidis hiſtoricorum fontibus haurienda ſit, neſcio. Hinc diſcere licet, tum publicas, tum privatas res prudenter diſponere. Hinc varios variorum tentaminum eventus prævidere variam hominum indolem, varios affectus, variasque, quibus vel impelluntur, vel reprimuntur ani-

mi,

illis cauſas, datur explorare. Toga, ſago, inſtructus hiſtorica ſcientia Princeps, aptior erit gerendis cum gloria & populi ſalute faſcibus. Probe id novit ſuoque exemplo comprobavit Alexander Severus, teſte Lampridio (d) qui de eo ita: *Fuit illi conſuetudo, ut ſi de jure aut de negotiis tractaret, ſolos doctos & diſertos adhiberet: ſi vero de re militari, milites veteres & ſenes ac bene meritos & locorum peritos ac bellorum & caſtrorum, & omnes literatos & maxime eos, qui NB. Hiſtoriam norant, requirens quid in talibus cauſis, quales in diſceptatione verſabantur, veteres Imperatores, vel Romani, vel exterarum gentium feciſſent.*

Sed ſupervacaneum duco diutius immorari cauſæ extra omnem dubitationis aleam poſitæ præſertim cum ad Te, CELSISSIME SERENISSIMEQUE PRINCEPS HÆREDITARIE! meus ſe ſermo convertat. Ad Te, inquam, pe-

nes

(d) in vita Severi cap. 16.

nes quem ſuperſtita erit uberior ſtudii hiſtorici commendatio. Ea enim laus eſt, quæ ſine vana, & in ea altiſſimo gradu latione, Tibi, immo inter perpaucos nactis tum Serenitate pares, Tibi proprie debetur; de ingenuarum artium quarumcunque amans, historico præſertim ſtudio incumbas amantiſſimus. In libraria Tua, cui libenter inhæres, ſupellectili, numero & nitore conſpicua, eminent opera hiſtorica, de quibus augendis & prout tempus fert, legendis, maxime ſollicitus videris.

Occupat, uti fas eſt, animum TUUM inprimis Patriæ Hiſtoriæ ſtudium. Deſideras, in veterum Danorum ingenia, mores geſta & fata altius inqvirerre. Optimo conſilio! id facis, SERENISSIME PRINCEPS. Hac enim via altiores ſemper in animo TUO radices aget amor Populi, qui AUGUSTISSIMOS TUOS PARENTES, qui TE

TUAM-

TUAMQUE ſalutem amando, amari meretur. Ut a Principe amari, foveri, & debito loco haberi meretur ſubditus Danus, ſi quis unquam meruerit. Vix enim in orbe univerſo gentem invenies, quæ adfectu usque adeo forti, tenero & conſtante Regibus ſuis adhæreſcendo Danos ſuperaſſe dici queat. Fateor equidem in rebus humanis, id eſt, imperfectis & mixtis nullam dari regulam exceptioni non obnoxiam. Aſt comparative loquendo verum me dixiſſe oculatiſſimus quisque concedat neceſſe eſt.

Erit ideoque hoc validiſſimum, quoad naturam amoris TUI vinculum, graviſſimum propenſi in Danos animi pondus. Nec tamen unicum eſſe debet. Eſt quod IPSE DANUS, Danos TUOS ames, non ideo tantum, quia TUI TIBIque fideliſſimi ſunt, ſed etiam quia boni, quia rebus gerendis idonei nec ullo reſpectu aliis quibuscunque poſtponendi.

Si opus fuerit exemplis & teſtimoniis rem clare demonſtratam, in propatulo ſunt fere innumera gentis Danicæ elogia ab exteris prolata. Horum unum alterumve hic adducere ab inſtituto noſtro non erit alienum.

Inde a remotiſſimis temporibus maximam viguiſſe virtutis Danicæ famam teſtantur verba Taciti (e) *Eundem*, inquit, *Germaniæ ſinum proximi oceano Cimbri tenent, parva nunc civitas, ſed gloria ingens, veteriſque famæ late veſtigia manent, utraque ripa caſtra & ſpatia, quorum ambitu nunc quoque metiaris molem manusque gentis & tam magni exercitus fidem.* Hunc excipiat ALFREDUS REX ANGLIÆ, qui apud Dudonem, S. Quintini Decanum (f): *Nulla*, inquit, *tellus effert viros magis quam Dania præcipuos armiſque ſtrenue edoctos.* Compilator Annalium Fuldenſium (g) de Normannorum in Belgium expeditione agens, inquit:

(e) German. Cap. 37. (f) de moribus & actis Normannorum, lib. 2. pag. 73. (g) in collectione Quercetan. p. 18. ad ann. 891.

inter alia hæc habet: *Erat ibi gens fortiſſima Danorum, quæ nunquam antea in aliquâ munitione aut capta aut ſuperata auditur.* Idem fatetur Luitprandus, (h) *Cujus* (Henrici I. Saxon. & Thuringiæ Ducis inde Regis German.) *ex hoc apud Italos nomen maxime tunc clarebat, quod Danos, nulli ante ſubjectos, ſolus ipſe debellaret ac tributarios faceret. Eſt enim gens indomita ſub Septentrione in oceano degens, cujus ſævitiam multarum ſæpe gentium nobilitas luxit. Hi aliquando claſſibus per Rheni fluminis alveum conſcendentes, ferro & igne &c.* Huic ſuffragatur Alb. Crantzius (i) *Erat*, inquit, *ea natio Danorum terrori aliquando univerſis: Britanniam occupavit, Gallias expilavit, Germaniæ littora eſt populata, Phriſiis imperabat, Saxones aliquando ad juga coegit.* Item alio loco: (l) *Hæc eſt illa Danicæ & Normannicæ gentis gloria, quam indagamus, quod in longinqua Regione ditionem quæſierit, Principatus fundaverit, Regna conſtituerit atque reliqu-*

rit,

(h) Chron. libr. 2. apud Murator: in ſcript. Ital. T. 2. p. 451. (i) Vandal. Cap. XI. (l) Hiſt. Goth. libr. 4.

runt primum in Longobardia per annos dimicarunt, deinde in Normannia, ubi Ducatus honore non contenti, non quieverunt, donec Angliam ſibi adjicerent. Accedat Celeberr. Meurſius, qui (m) ita mecum teſtatur: *Hæc autem hoc verum in Danis veſtris, quorum virtus bellica longe maxima, & ingenii excolendi ſtudium plane incredibile ſemper fuit. Sub Erico IV. militavere Imperatori Byzantino. Friſiam ſubjugarunt ſub Gotrico. Carolo Magno formidandi extitere. Expugnarunt Sueciam ſub Regnero, & Norvegiam, Angliam, Scotiam, Orcades, Hyberniam, Vandaliam ſub Helgone, Rorico, Frothone I. & II. Jarmerico, Valdemaro I. Erico X. Saxoniam ſub Vermundo; Germaniam totam & Belgium varie perterruerunt.*

Ceterum, ne quis priſcam Danorum virtutem tractu temporis imminutam ſuſpicetur, provoco ad iſtas Auguſtiſſimæ ANNÆ Magnæ Britaniæ Reginæ literas, quibus Divo FRIDERICO IV. Daniæ Regi de miſſis

in

(m) in præfat. ad Chriſt. Friis.

in auxilium copiis fortiſſimis, deque geſtis per easdem in Brabantia longe inclytiſſimis gratias agens, inter alia ita ſcribit:

Jam dudum licet Majeſtati Veſtræ nunciaverit fama, quanta ſtrage duodecimo die menſis elapſi juxta Ramelin fuſæ ſint Hiſpanorum & Gallorum copiæ, quantamque ſibi gloriam acquiſiverint Legiones Daniæ, Noſtri tamen intereſſe duximus, hiſce literis Majeſtati Veſtræ notum facere, quantum auxilia iſta invictiſſima de Nobis Fœderatisque noſtris meruerint. Æquum enim eſt, ut qui ſub vexillis noſtris tam fortiter dimicarunt, debita laude a Nobis cumulentur. Non ſatis quidem mirari poſſumus, quod milites tam longo itinere confecti tanto ardore in aciem irruerent, ſed conſpectus hoſtis novas dedit vires, nec citius illum viderant quam fugabant. Et poſt plura: *Vix crederent poſteri duorum Monarcharum exercitus Europæ ruinam minitantes, minori manu & tam ingenti clade penitus deletos, niſi egregia ſpolia, locupletiſſimæ urbes captæ, magnæque provinciæ ſub-*

ditæ, victoriæ magnitudinem teſtarentur. Quid ſupereſt? niſi ut Majeſtati Veſtræ fortiſſimos illos Viros, qui has res geſſerunt, commendemus, minime dubitantes, quin pro ſolita Veſtra benignitate & ut alii ad virtutem incitentur, illos approbare dignemini, utpote qui non minus honoris ſibi totique genti Danicæ, quam utilitatis Europæ compararunt. &c. &c. *Windſoræ* d. 16. *Junii Anno 1706.*

Nec ſola tamen bellica virtute fulſit olim & refulget hodiedum gens noſtra. Literis æque ac armis apta Danorum ingenia jam dudum pronunciavit magnus ille Burchardus Majus, *Cimbriam*, inquiens, olim dediſſe, qui facerent, nunc qui ſcriberent immortalia. Idem vult Relandus Mareſius, qui (n) *calere in locis Danorum frigidiſſimis*, aſſerit, *Muſas alibi frigentes.*

Verum quidem eſt, antiquos Septentrionis incolas linguarum exoticarum culturæ aliisque artibus multis prorſus fuiſſe deſtitutos, ſed cave

(n) in Epiſt. Libr. II. p. 317.

cave credas propterea eosdem fuiſſe ἀφιλοσό-φȣς. Philoſophiam ſatis ſublimem licet agreſtem & minus limatam ſapiunt eorum carmina vernacula, in quibus pangendis gentibus ſui ævi, ſi Græcos & Romanos exceperis, omnibus dubiam reddiderunt palmam. Malo iterum alienis quam meis verbis rem corroborare, ad ſequentia Clariſ. NIC. SIBBERNII (o) provocans. *De eruditione horum omnium* (Scaldrorum ſive Poëtarum Danorum) *veterumque ſeptentrionalium, non eſt quod dubitemus. Si enim Jornandem audimus, omne doctrinarum genus priſci Gothi didicerunt, & Dio, qui Græce eorundem annales compoſuit, eos barbaris omnibus ſapientiores, Græciſque conſimiles, ipſe Græcus teſtatur. Vide Jornandem de rebus Geticis* (p). *Sigbertus quoque Gemblacenſis Philoſophiæ eruditos, humanitate & honeſtate aliis gentibus præeminuiſſe fatetur. Optimum de eorum ſapientia omnique exceptione majus teſtimonium*

 perbi-

(o) In Biblioth. Hiſtor. Dano-Norveg. Cap. I. §. 8.
(p) Edit. Lindenbrog. p. 86.

perhibent, quæ ſuperſunt, illorum carmina hiſtorica & mythologica, in quibus forte non minus ingenii reconditum eſt, quam in Græcorum Romanorumque fabulis. Huic conſentit percelebris Thomas Burnetus, qui (q) in vetuſtiſſimas Philoſophorum borealium traditiones, id eſt, in Eddas iſtas Islandicas (quas luci reſtituit Illuſtriſſ. Petrus Joh. Reſenius Hafnienſis) incidens, honorificam hujus ſcripti, ſimulque literaturæ & Philoſophiæ ſeptentrionalis à Noachidis derivatæ facit mentionem? *Prodiit*, inquit, *in lucem nuperis annis Mythologia quædam ſeptentrionalis, Eddarum nomine, quæ præter inanes fabulas non paucas, quædam continere videtur, multo altioris originis & antiquæ Theologiæ magis affinia, quam ulla, NB. quæ ſuperſunt apud Græcos aut Latinos, de Scytharum vel ſeptentrionalium literatura.*

Sed quorſum dilabor? quid ſibi volunt iſta Scriptorum præſertim exoticorum in laudem

dem

(q) in Archæolog. Philoſoph. Libr. I. Cap. 2.

dem gentis noſtræ vergentia teſtimonia, quæ hac Dedicatione exulare potuiſſent & forte debuiſſent? Ingenue fateor, id omni ſtudio a me factum. Vis rationem, Celſiſſime Sereniſſimeque PRINCEPS HÆREDITARIE? Diſcupio & diſcupit mecum civium Tuorum optimus quisque, ut ea Tibi, ab ineunte ætate, agnita ſit gens TUA, qualem ſemper ſe præſtitit, qualem teſte vel hoc, quod TIBI offertur, ſcripto, miratus eſt orbis, qualem experti ſunt Majores Tui, qualemque ut aliquando TU Ipſemet experiaris, animitus opto & confido. Uberior iſta virtutis Danicæ cognitio & perſuaſio uberiorem indies efficiet cordis TUI in TUOS propenſionem, effectu optatiſſimo minime deſtituendam. Non ſubditis tantum, ſed ſubditorum præcipue cordibus indigent Principes. Hæc fulcra maxime efflagitat thronus ſtabilis & inconcuſſus. Hiſce fortalitiis gloriari, immo præ Regibus aliis gloriari, potuerunt MAJORES TUI, & poteſt hodiedum PA-

TER TUUS AUGUSTISSIMUS. Hiſce ſervandis & ampliandis, nimia nunquam navabitur opera. Nec difficile Principi eſt, fidos ſubditorum animos in ſeſe concitare, concitatos ſervare & ad exhibenda quæcunque fidelitatis, amoris & obſequii ſpecimina obſtringere, modo facilem, quæ mox ſequitur, viam ingrediatur & premat continuo. Vel ſolo vultu clementiam ſpirante corda rapiunt, ubi volunt, Principes. Ea proh dolor! eſt humanæ naturæ perverſitas, ut corda multorum vix ac ne vix quidem flectente gratioſo Supremi Regis JESU CHRISTI Evangelio, nunciatus vel ſolo nutu vel paucis verbis favor Principis, ut ut hominis peccatoris, miſeri & mortalis, eadem corda fere pro lubitu moveat, trahat, retrahat, ſubjiciat, contundat, liqueſcere faciat, id eſt, loco Dei plus juſto occupet & poſſideat. Cœterum non qui vi in corpora, ſed qui clementia & philanthropia in animos omnium dominatur, vere dicendus eſt omnium Dominus. Non qui terram

ram poſſidet, ſed qui terræ cultores colit, fovet & tuetur, verus eſt Patriæ Pater, genuinus ſuorum ſervator, Nutricius & Numen tutelare. Sed quid plura ad Te, Serenissime Celsissimeque Princeps Haereditarie, qui ſicut Tuis omnibus in deliciis es, ita Tuos omnes amore complecti non dedignaris. Verumtamen non abs re fore putavi, dedicatione hujus qualiſcumque opuſculi, eo collimare, ut altiores altioreſque in Te radices agat amor Patriæ, id quod etiam me effecturum confido, ſi geſta hæc Danorum revolvens animadverteris, quæ olim fuerit, atque nunc ſit popularium Tuorum indoles, nulli unquam poſthabenda.

Quod reliquum eſt, Deum Opt. M. ſupplex invoco, velit Regiae Tuae Celsitudinis curam gerere tanto majorem, quanti magis intereſt, ut ſalvus & ſoſpes diutiſſime ſuperſis. Velit gratioſo Spiritus ſui in-

fluxu omnem animi tui nervum eo intendere, ut ſuum regnum ſuamque quæras juſtitiam, ut ſuperne illabentis ſapientiæ radiis continuo pateat cor TUUM, TUIS hoc pacto nunquam occludendum.

Hæc vota ſunt ejus, qui dum ſuperfuerit, nunquam non erit.

Sereniſſime Celſiſſimeque

Princeps Hæreditarie,

Regiæ Tuæ Celſitudinis

Scribebam
Hafniæ, die 20. Septemb.
Ao. MDCCXXXIX.

Servus obſequioſiſſimus, devinctiſſimus devotiſſimusque

ERICUS PONTOPPIDANUS.

L. S.

L. S.

Quantumvis ad agitatum, noſtris præſertim diebus, ſyſtema Philoſophiæ mechanicum neutiquam accedo, fatendum tamen arbitror, eo ſæpiuſcule devolvi mortalium conatus, quo tendere ab initio minus auſpicamur. Id quod Danorum hæcce extra Daniam Geſta ac Veſtigia legenti mihi edentique accidiſſe, Lectorem monitum volo. Volo autem eum in finem, ut, ſi quid peccatum viderit, ignoſcat facilius animo ad hæc ſcribenda, quod ingenue fateor, non, tam appulſo, quam præter opinionem impulſo dicam? an abrepto. Vis anſam rei? hæc eſt. Ubi ante biennium MARMORA DANICA,

ſive Inſcriptionum per Daniam potiorum faſciculum ab interitu vindicare conſtitueram, vidi ineſſe collectaneis meis Epitaphia Inſcriptionesque alias, memoriæ illuſtrium quorundam Danorum foris celebratorum defunctorumque conſervatrices. Erecta hæc Danis extra Daniam trophæa, calci dictorum Marmorum Danicorum ut ſubſternerem, rei ſuadebat natura. Rem aggreſſus animadverti, ſupereſſe inprimis per Angliam, Gallias & Germaniam ejusmodi Veſtigia longe plura, quam quæ extare ab initio credideram. Inveni præterea eorumdem aliqua ita comparata, ut explicationem narrationemque uberiorem, quo intelligerentur, flagitarent. Hoc viſo, non potui non præfixos dudum tranſilire limites & præter nuda veſtigia, Geſta Danorum in exteris illuſtrium commemorare. Geſta vero excutienti ampliſſimus ex inopinato patuit campus, cum inſtituti nimirum ratio clariſſimorum priſci ævi in Europa Hiſtoricorum adeundos juberet fontes deguſtandosque. Hoc tentato, crevit indies teſtimoniorum undique congeſtorum nubes & in molem longe majorem excreviſſet profecto, ſi plures exterarum gentium Annales evolvere licuiſſet. Enimvero innumera fere ſunt, quæ ſcrutanti ſeſe offerunt oculo, de glorioſis gentium Septentrionalium per remotiſſimas, non minus ac vicinas regiones, rebus geſtis, Scriptorum loca, ſed ſparſa hinc inde, & in vaſtis ſæpe voluminibus velut ſepulta. Hæc omnia undique eruere, examinare, conferre, diſponere & in locos communes, quaſi

tabulas,

tabulas ſynopticas redigere, opus foret immenſi laboris. Quodſi poſſet ſperari, hoc unquam ab homine, cui ſat otii judiciique ſatis, fore pertractandum, emergeret opus in admirationem rapturum quam plurimos, non penitus ignorantes quidem majorum geſta, particulam tamen eorundem minimam habentes perſpectam. Diſpalleſceret in genere, Septentrionem olim non immerito audiviſſe vaginam gentium, quippe ex qua, repetitis prodiere migrationibus, qui univerſum, qua patet, Europæum orbem, velut, quædam aquarum colluvies *inundantes*, præliorum illi prædarumque ſectatores pugnaciſſimi, jam Cimbrorum, Gothorumque, mox Longobardorum Vandalorumve aliisque nominibus noti, terrorem incuſſere Romanis, Hiſpanis, Gallis, Britannis, Belgis, Germanis & quibus non? Quod attinet ad illas Septentrionalium migrationes, quæ ante Othini tempora, id eſt ævo plane fabuloſo; hypotheſeos Gothlandicæ patronis inſtitutæ creduntur, fateor easdem, utpote vagas ſoliſque fere nominibus nixas, partim a veri ſpecie abludere, partim cum probata veritate aperte pugnare, quod argumenti prolixe ſatis diſputavit egregius quondam Borealium Antiquitatum ſcrutator *Thormodus Torfæus* in Ser. Reg. ac Dynaſt. Dan. Libr. II. Hoc non obſtante nollem rebus ante Othinum geſtis, omnem prorſus fidem ademtam. Sint lubricæ, ſint caliginoſæ, ſint fabulis intermiſtæ, habere tamen aliquid veri, non eſt quod dubitemus; & cum meum non ſit, nec vacet in præſentiarum,

res tot difficultatibus obſitas enodare, ſuffecerit adduxiſſe probatiſſimorum Scriptorum ſuffragia, totidem verbis expreſſa, unde colligat quiſquis, quicquid palato arriſerit, viſurus ipſe, quantum uniuscujuſque Scriptoris auctoritas mereatur fidei, quam ego nec deprimendam, nec extollendam putavi.

Progredior ab ævo iſto μυθικῷ ad ἱςορικὸν, ſeu ad expeditiones poſt Othinum a Septentrionalibus, Cimbris puta, Gothis, Vandalis, Longobardis &c. ſuſceptas, quarum in dubium vocare fidem, vetant ſcriptorum, cum Græcorum, tum Romanorum aliorumque cumulata, omnique exceptione majora teſtimonia, licet ſcriptoribus domeſticis vel nulla, vel leviſſima earundem injiciatur mentio. Horum teſtimoniorum, cum immenſus conſtrueretur acervus, ea ſolummodo ſeligere libuit, quibus maximum perſpicuitatis veritatisque pondus ineſſe credidi.

De medii ævi migrationibus rebuſque, Normannorum, Anglorum, Jutorum, Aſcomannorum reliquarumque Danicæ originis gentium, præcipue per Gallias, Britanniam, Germaniam & Sclavoniam ſtrenue geſtis, idem eſto judicium, niſi quod poſteriora hæcce Hiſtoricis indigenis æque ac exoticis diligentius prodita, nullum ſuſpicioni locum relinquant. Sunt eadem, me judice, maximi ſane momenti, licet magnam partem pleroſque la-

ten-

tentia. Quot nempe danturnoſtratium, qui ignorant, in Orientalibus iſtis, quæ Sanctitatis nomen ſpeciemque præ ſe ferebant, bellis, modo Danos, modo Norvegos, munitiſſimas expugnaſſe urbes, in acie fortiter dimicaſſe intrepideque Chriſtiani nominis ſe objeciſſe hoſtibus, non Saracenis modo, ſed & Mauris Africanis, juxta, Ibericisque implorantibus non raro auxiliatricem invicti populi opem, Hiſpaniæ Luſitaniæque Regibus? Quot fugit, veteres utriuſque Siciliæ Reges, cum origine, Imperium debuiſſe Normannis? Quis ſuſpicaretur, diverſas *Ducum*, Earlorum ſive Comitum, Baronum *aliorumque* nobilium inter Gallos pariter ac Britannos ſuperſtites hodiedum familias, tum ſanguinis, tum fortunæ conditores agnoſcere Danos? Quis in Gallia quæreret urbes Dani idiomatis ſervantiſſimas cæteriſque eo nomine antepoſitas, uſque adeo ac inclytas, ut illuc mitteretur juventus nobilis ſermoni Danico aſſuefacienda? Quis ipſum Galliarum Caput Lutetiam graviſſima non ſemel obſidione preſſam cæterasque potentiſſimi Regni principes urbes a Danis ſæpius expugnatas vaſtataſque diceret? Quis Monaſteria Gallica a Danis condita Danoque ſomniaret inſignita vocabulo? Quis Danos multarum urbium, portuum, caſtrorumque in Anglia ſalutaret Eponymos? Quis Danicarum Legum, conſvetudinum, rituum, proverbiorum quam plurima Britannos inter reſidua hodienum ſperaret λείψανα? ut Anglicanam ipſam, quæ ſemi-Danica dici meretur, prætereamus linguam.

guam. Quis denique, ut brevis ſim, in Belgio, Germania, Boruſſia ac Livonia, urbes hodie ex parte florentiſſimas, eaſdemque numero non paucas, a Danis, modo ſæviſſime graſſantibus, modo jura ponentibus, partim everſas funditus ſoloque æquatas, partim conditas munitaſque exiſtimaret?

Quæ ad noſtram propius accedunt ætatem pauciora ſunt, maximamque partem unius alteriusve inter exteros cum gloria verſati Dani memoriam ſervant, ſive epitaphiis, ſive aliis fide dignis monumentis mandatam. Sola hæc referre primitus conſtitui; ſed aperierunt reliquis viam, meque pedetentim deduxerunt, ad rimandum illas hiſtoriæ partes, quas digito attingere nullus putaveram. Nec defuerunt olim, noſtrates inter, qui ſpartam hancce, ni præcocia obſtetiſſent fata, majori forte dexteritate ornaſſent. Celeberrimum *Olaum Wormium*, Monumenta ſpeciatim Runica, noſtratibus extra patriam poſita, vel collegiſſe vel colligenda ſtatuiſſe, teſtantur ejus verba in Epiſt. ad *Joh. Tarchajum Palatinum Gallum* Reg. Lutet. Mathem. & Hiſt. Profeſſorem, data Idib. Sept. 1637. quæ in edita ab Illuſtri noſtro *Joh. Grammio* Epiſtolarum Wormianarum Collectione numerum occupat DXCV, ubi inter alia:

Abſolvi namque ſex libros monumentorum hac literatura inſignitorum, in Dania & Norwegia extantium, quibus ſeptimum adjungerem peregrinorum,

rum in Hiſpania, Gallia, Anglia, & Italia ſitorum, ſi Tua aliorumque bonorum porro adjutus fuero opera. Adde quod *B. Ludovicus Winſlovius*, inter alia opuſcula Hiſtorico-Antiquaria, quæ premebat, partim affecta, partim prælo matura, bellica quædam Danorum in exteris geſta, peculiari ſcripto comprehendendi ſpem fecerit in præfat. ad vernaculam Petrejani, de Cimbrorum Gothorumque originibus, migrationibus &c. libelli translationem, Havn. 1706. & quidem his verbis: Ellers er dog dette nærværende at ſagte, at hereffter, ſaa ſnart mig mueligt værende kand, ſkal følge et Anhang og kort Continuation paa Danſke Mænds Bedriffter, med hvilke de (fornemmelig uden Rigs og i fremmede Lande, udi izige Krigs-Tog) har giort ſig berømmelige ꝛc. hvilket Velbemeldte Seigr. Chriſtian Geerthſen (fuit Chriſtianus ille Gerhardi Bibliopola Havnienſis, qui ad res inprimis patrias laudabili ſtudio ferebatur publicandas) af mig indſtændig haver begeret. Et poſt non nulla alia: Skal ogſaa med det ſamme følge adſkillige Annotationer eller Anmærkelſer en deel paa danſke (fornemmelig dem til tienneſte, der ikke forſtaaer Latine, eller i Latinſke docenter ere forfarne) en deel ogſaa paa Latine, hvor de fornøden eragtes, og de effter de Talle og Tegn, ſom Skrifter ganſke igiennem findes ind-ſætte, hvoraf ogſaa en temmelig Slump allerede er tilarbeydet og ſammenſkrevet. At dolendum eſt, ſive præmaturi lethi inclementiam, ſive alia, neſcio quæ, avocamenta, aut obſtacula, egregia optimorum hominum in herba, quod dicitur, ſuf-

fo-

ſocaſſe molimina. Horum igitur qui inſiſteret veſtigiis, cum hactenus, quantum ſcimus, inventus ſit nemo, id laboris pro virili in nos ſuſcipere ſuaſit amor Patriæ, in quam omnes, ſi generoſi ſumus, natura (non qua corrupta, ſed qua divinitus indita) velut incitante, propendemus. Eo ſemper tendimus, ubi hauſimus primam auram, ubi luſimus, ubi adolevimus, ubi in pulverem reverti cupimus, anhelantes patriam, Sanctis Dei communem, coela nova novamque terram, in qua habitatura eſt, quæ hic ſæpius exulat, Juſtitia.

Hafniæ, die 5. Aprilis
Ao. 1740.

E. Pontoppidanus.

GESTA
ET
VESTIGIA
DANORVM
EXTRA
DANIAM
PRAECIPVE
IN
ORIENTE, ITALIA, HISPANIA, GALLIA, ANGLIA, SCOTIA, HIBERNIA, BELGIO, GERMANIA ET SCLAVONIA.

MAXIMAM PARTEM IPSIS SCRIPTORVM, NON EXOTICORVM MINVS, QVAM DOMESTICORVM, VERBIS ADVMBRATA.

CICERO

LIBRO I. DE LEGIBVS.

Hiſtoria nec inſtitui poteſt, niſi præparato otio, nec exiguo tempore abſolvi: & ego animi pendere ſoleo, cum ſemel quid orſus, traducor alio: neque tam facile interrupta contexo, quam abſolvo inſtituta. Quare neque occupata opera, neque impedito animo res tanta ſuſcipi poteſt. Vtrumque opus eſt, & cura vacare & negotio.

CAP. I.

continens

DANORUM IN ORIENTE GESTA AC VESTIGIA.

Sect. I. Peregrinatores Religioſi.

§. 1. Ericus Bonus, Rex Daniæ, Orientem petens in Cypro moritur, Baſtæ ſepultus.
§. 2. Ejusdem Conjux Regina Bothilda, itineris ſocia, in valli Joſaphat ſepulta.
§. 3. Waldemarus IV. Rex Dan. Orientem adit.
§. 4. Ericus Pomeranus Rex Dan. itidem in terr. Sanct. peregrinatur.
§. 5. Epiſcopi Boreales Orientem viſitare conſueti.
§. 6. Peregrinatio Suenonis Norici Epiſcop. Roſchild. in Rhodo extincti.
§. 7. Peregrinatio alterius Suenonis Epiſc. Viburg. una cum fratre Eskillo prope Hieroſolymam defuncti.
§. 8. Item Siguardi Slembi aliorumque Norvegorum.
§. 9. St. Andreæ Slagloſienſis.
§. 10. Andreæ Decani Lundenſis aliorumque.

Sect. II. Bellatores Danici & Norvagici in plagis Orientalibus.

§. 1. Dani olim Satellites ſeu corporis cuſtodes fuerunt Imperatoribus Græcis.
§. 2. Gothi Græciam inundantes.
§. 3. Cimbri ad palud. Mæotid. graſſantur.

§. 4. Ogerius vel Oligerus, cognomine Danus, per Orientem famigeratiſſimus.

§. 5. Regneri Lodbrog Regis Dan. in Orientem expeditio.

§. 6. Item Haraldi Blaatand Regis Dan.

§. 7. Mauri Africani æque ac Hiſpanici a Normannis impetiti.

§. 8. Expeditio Haraldi Haardraade Regis Norveg. Conſtantinopolin, ubi miranda eundem manebant fata.

§. 9. Dani pro recuperanda Terra Sancta militant.

§. 10. Quingenti equites Dani ad Antiochiam cæſi una cum Duce ſuo Suenone Dan. Reg. filio. Ibidem de Carolo Dano, Flandr. Comite ſacri belli Socio.

§. 11. In expugnanda Nicea Dani Norvagique opem ferunt Godofredo Bullionæo.

§. 12. Siguardi Hieroſolymipetæ dicti Reg. Norveg. Geſta per Orientem, glorioſiſſima.

§. 13. Dani Norvagique in eripienda Saracenis urbe Sidon inſignem ferunt opem. In eadem expeditione Dani Olyſſibonam Mauris eripiunt.

§. 14. Novus Danor. ad bellum Sacr. Concurſus Rege Canuto Valdemari filio.

§. 15. Iterata Danorum in Orientem expeditio, præſtito ſimul Sanctio Portugalliæ Regi auxilio.

§. 16. In expugnanda Ptolomaide non ultimi ſunt Dani.

§. 17. Rex Norveg. contra Saracenos inſtructiſſimam mittit claſſem.

§. 18. Equeſtris in Dania Ordo Elephantinus bello Orientali ſacro originem debere perhibetur.

§. 19. Incerta de Danis bellatoribus per Indiam & Africam fama.

Sectio III. Peregrinatores aliique alias ob cauſas in Orientem delati.

§. 1. Olai Tryguini, Græci dicti, Norvegiæ Regis in Græciam ſuſceptum iter. Addita nonnullorum opinione de ejusdem in Monaſterio quodam Syriæ obitu, item de templo S. Olavi Conſtantinop.

§. 2. Ottho Schram, Nobilis Danus, Hieroſolymam profectus renunciatur Eques S. Sepulchri.

§. 3.

§. 3. Danorum aliorum videl. Rantzovii, Schougardi, Reſenii, Vindingii, Petræi, Friſii, Nordenii, Scherbecii itin. oriental.
§. 4. Haraldus Rex Dan. uxorem ducit filiam Regis Græc.
§. 5. Exploſa de Commercio litterario Chriſtoph. III. Dan. Regis cum Soldano Babylonico fabula.
§. 6. Cum gentibus Orientalibus merces olim mutarunt mercatores Dani.
§. 7. Hodiernæ Danorum in Oriente coloniæ mercatoriæ.
§. 8. Credita nonnullis Islandorum cum Japonenſibus commercia.
§. 9. Danorum in Africa & America coloniæ.
§. 10. Qui ob commiſſa crimina ſive fuga ſive relegatione in Orientem delati. Quos inter Jacobus Wormius, Poeta Satyricus.

P. S. Danorum in Ind. Miſſio Evangelica auſpiciis glor. mem. Friderici IV.

N*oſtratium illi, queis plagas adire contigit orientales, in triplici ſunt diſcrimine:* 1. Peregrinatores Religioſi. 2. Bellatores. 3. Qui diverſas alias ob cauſas eo delati.

I. Primam igitur claſſem conſtituunt Peregrinatores Religioſi, *vulgo* Pilegrime *ex τῶ* peregrinus, *olim* Palmare *dicti, teſte Jarla Saga ſeu Comitum Hiſtoria:* Peregrinatores Religioſi.

I theire Ferd foer Hakon Jarl ut til Jorſala og laudiſt i anne Jordan, ſem ſidur var til Palmara. *Id eſt:* Eo in itinere Hieroſolymas adiit Comes Haquinus & in Jordane ſe lavabat more religioſe peregrinantium.

§. 1. *Primas hic tenebit Rex Daniæ* ERICVS BONVS, *qui poſtquam mira citharoedi arte in furorem verſus, quatuor militum ad ipſum comprehendendum ocyus advolantes vita privaverat*, ut Ericus Bonus Danor. Rex Orientem petit.

 acrio-

acrioribus expiationis modis (*Verba ſunt Saxonis Grammatici Libr. XII.*) pœnitentiam ederet, redimendæ noxæ gratia, religioſæ peregrinationis propoſitum amplexatus eſt, Judæamque Divinæ viſitationis memoria venerabilem adire conſtituit. *In Cypro mortuum ac ſepultum conſentiunt plerique, unde* Cyprius *ſit cognominatus*. Saxo, l. c. Hic Rex febri implicatus, cùm vicinum ſibi fatum adeſſe cognoſceret, apud celeberrimam Cypri urbem corpus ſuum funerari petivit, præfatus tellurem aliorum cineres reſpuentem (*ſi fabula vera*) ſuos quietius habituram. Igitur pro voto tumulum nactus, corporis ſui beneficio vetuſtam humi indignationem repreſſit, eamque humanis ante cadaveribus reluctantem, non ſolum ſuæ, ſed etiam alienæ ſepulturæ patientem effecit. Thormodus Torfæus Hiſtor. Norveg. Part. 3. Libr. 8. p. 448. Ante triennium (*ſc. triennio anteceſſit peregrinatio hæc Erici ſimilem a Siguardo Hieroſolymipeta Norveg. Rege ſuſceptam, de qua infra*) Eiricus Semper-Bonus Daniæ Rex, idem iter ingreſſus, in inſula Cypro diem ſuum obiit, ſepultus in civitate Baſta. *Elegantiſſime hic* Beringius *in Flor. Dan.* Natus in Sellandia, in Cypro defunctus, & in ortu & in occaſu perreptavit inſulas, inſulanus perpetuo & perpetuo Bonus. Debuerat ſepeliri in Rhodo & ſuum omnibus ſeculis Coloſſum redonare. *Sed in Alberti Stadenſis Codice membranaceo Helmeſtadienſi pag. 159. ad ann. 1134. occurrit tabella genealogica, quæ in editione Reinecciana deſideratur, ubi habetur:* Ericus occiſus, *ad quæ verba Perilluſtr.* Andreas Hojer (*inſigni Reipublicæ jactura recens extinctus*) *in Prolegomenis Continuat. Alb. Stadenſ. Hafn. 1720.* Ericum, *inquit*, Ejegod, Kanuti Lavardi Ericique

In Cypro moritur inde Cyprius dictus.

Fabula.

Baſtæ Cypriorum ſepultus.

Relatio diverſa de Erico occiſo.

Emund

Emund patrem occiſum eſſe, ignorant noſtrates, qui eum in Cypro inſula in Hieroſolymitana peregrinatione (*ſc. circa 1102. vel 1105.*) docent eſſe defunctum. *Si relationi Saxonis fides ſit habenda*, Alexium *nimirum* Imperatorem Byzantinum, accerſito, qui ſtaturam Erici menſuræ parilitate comprehenderet, ſtantisque & ſedentis habitum diligentiſſime coloribus complecteretur, tantæ magnitudinis admirationem perenni ſpectaculo repræſentaſſe, *conjiceret aliquis effigiem Erici ibi locorum forte ſuperſtitem illuſtriora inter veſtigia Danorum exotica. principem ſibi locum vindicaturam, ſed quod turba ſequiorum temporum Conſtantinopolitana ſperare non ſinant. Laudatus* Torfæus *l. c.* Tenorem itineris illius Saxo fuſe, ſed author vitæ Knytlingorum parce, carmen Marci Skeggini ſecutus hoc modo deſcribit &c. Filium Eiricum itineris Comitem aſſumit &c. Præcipui regni proceres virorumque nobilitas præclara comitatui ejus ſe aggregant. Hujus itineris fama percrebreſcente legatio ſplendida a Rege Francorum, Philippo credo, id nominis primo, cum magno munerum apparatu ad Eiricum directa. Conſtans quoque fama tradit, eodem tempore pacem inter Imperat. Henricum & Eiricum factam mutuis muneribus ultro citroque miſſis: Copias quoque auxiliares ab Imperatore Regi miſſas carmine prodit Encomiaſtes ejus Marcus &c. His peractis iter ſplendido comitatu ingreditur, copiis pedeſtribus equeſtribus permiſtis, nullam civitatem adiit, quin ab Eccleſiaſticorum collegiis in occurſum ejus profectis pompa, quam proceſſionem appellant, Sanctorum reliquiis obviam prolatis exciperetur. Conſtantinopolin devectus rari apparatus convivio ab Imper. Alexio

Effigies Erici Conſtantinopoli.

Filius Ericus cum multis nobilib. Danis Patrem comitatus.

Legatio Gallica ad abiturum Ericum.

Copiæ auxil. ab Imperat. miſſæ.

Alexii Comneni Imper. Byzant. in Ericum munificentia.

Alexio Comneno excipitur. Inter magnificentiſſima ſpectacula, quæ ibi celebrari ſolebant, ludus erat ab urbe quadam Padreimo Padreimicus dictus, non minori quam ſemilaſtæ, ut vocant, auri impenſa, permiſſumque Regi illud ſpectaculum edi, an impenſam muneri accipere mallet:, aurum prætulit, quod viaticum quotidie ſumtuum magnificentia exhauriretur, reſtaretque longa via ad deſtinatos peregrinationi limites; quatuordecim præterea longæ naves ab Imperatore donatæ veſtesque ſolennes, quibus ipſe indutus feſtis celeberrimis proceribus & populo ſe oſtentare ſolebat, multa præterea alia dimiſſusque Rex profuſiſſima amicitia honorisque ſignificatione Cyprum navigavit, ubi in morbum incidit glorioſamque vitam finivit &c.

Conjux Erici Regis Bothilda, itineris ſocia.

§. 2. *Conjugem* Erici, Bothildam, *Maritum in religioſo iſto itinere comitatam Hieroſolymis circa ann. 1105 obiiſſe, in valli Joſaphati ſepultam, autor* Haraldus Huitfeldius *Chron. Dan. in fol. pag. 94.* Saxo *locum obitus vel ſepulturæ non attigit:* Conjugem, *inquit*, quoque ejus idem peregrinationis labor finivit. *Libr. XII. pagg. 229. edit. Soranæ, in qua Saxonis verba ita commentatur Scholiaſtes ejus* Stephanius: Botildam, Reginam, Erici pientiſſimam Conjugem & ſacri hujus itineris comitem, Hieroſolymis ſupremum obiiſſe diem & in valle Joſaphat ſepultam Clariſſ. Vir. M. Andr. Vellejus ὁ μακαρίτης ad oram ſuæ Verſionis aſcribendum curavit, neſcio, quibus edoctus documentis. Alii Chronicon, quod Erico Pomerano velut autori perperam aſcribitur, ſecuti, Botildam una cum Marito in Cypro inſula & mortuam & ſepultam contendunt, Vitus Beringius *una cum Marito in Cypro ſepultam urget.* Nobilitavit, *inquit*, Erici funus ſocia addita

Hieroſolymis defuncta & in valli Joſaph. ſepulta.

dita Bodilda, quæ virum, quem ſola non habuerat in vivis, ſolum retinuit mortua, & Græciam, quam ſors negaverat patriam, denaſcendo fecit & emortuali die ſuam. *Sanctorum albo inſcriptam perperam tradit* Heldvaderus, *verum ſanctis domeſtica Apotheoſi à popularibus annumeratam documento ſunt Ædes S.* Botildæ, *qua olim fuit Ræskildiæ & alia in Diœceſ. Alburg. de qua* Reſenius *in Atlant. Dan. Mſc.* Nomarchiæ Hannenſis paroecia **Tommerbye** templum habet S. Botildæ a Regina Botilda uxore Erici Eyegod (ut conjectura nonnullorum eſt) pietate inprimis & in hanc Ædem beneficiis inclyta, quondam ſic denominata.

Aliis una cum Marito in Cypro humata.

An ſanctorum albo inſcripta.

Ædes ſacræ ipſi dicatæ.

§. 3. *In Palaſtinam plures Daniæ Reges ſeculi poſtmodum invitavit ſuperſtitio. Quos inter* Waldemarus IV. *cognomento* Atterdag, *de quo* Pontanus *Hiſt. Dan. libr. VII. pag. 475. ad an. MCCCXLVI.* E Germania poſthæc in terram ſanctam religionis ergo, ut erat tum moris, profectus, comitem ſecum duxit Ericum Saxoniæ Ducem, præter nobiles perplures, interioris præſertim admisſionis. Cumque ad Chriſti Servatoris monumentum eſſet deventum, ab Erico Duce, conceptis ſolenni more verbis, eques Ordinis Chriſti creatus eſt. Eſtque eodem loco à præfecto Monachorum, qui ſepulchrum ſervabant, ſeriò commonitus, ut ſtrenuè pro fide ac confesſione Chriſtiana dimicaret, majorum ſuorum, qui primi in Eſthoniam Chriſtiana ſacra intuliſſent, veſtigiis inſiſtens. Eſt & Dux Ericus eodem honore cum aliquot è nobilitate honeſtatus, dictique hi equites aurati Templarii ad diſcrimen eorum, qui in aperto campo creati, equites Marcani dicebantur. *Poſtrema Huitfeldius, quem Pontanus ſequitur, paulo aliter dedit vernaculè.* **Diſſe kallede man fordum**

Waldemar. IV Rex Dan. Orientem adit.

Ad S. ſepulchr. Eques creatus.

Guds Riddere Equites Dei.

Dage Guds Riddere. Andre bleve ſlagne til Riddere i Marcken for deres duelige Gietningers Skyld, kalledes Marck-Riddere, ſaa det var to ſlags Riddere.

Ericus Pomer. Rex Dan. in ter. Sanct. peregrinatur.

§. 4. *Hunc excipiat alius Daniæ Rex* Ericus Pomeranus *de cujus peregrinatione orientali laudatus* Pontanus *Libr. IX. p. 578. ad an. MCCCCXXIV.* Ericus cum Cæſare in Ungariam, ubi eſſet regreſſus, deſtinatum Hieroſolimam iter voti ergo accelerare inſtitit, comitem ſecum, præter alios, ducens Barniinum, Volgaſti Ducem. Erat in aula Cæſaris homo ejus cœli, qui trium regnorum Regem eum non ignoraret. Is omnibus lineamentis efformatam penicillo ipſius imaginem amico cuidam ſuo in Syriam & eas oras, quæ Soldano parebant, transmittit: eaque Rex, ubi eodem adveniſſet, licet habitum religionis ergo peregrinantis præferret, agnitus tamen & captus ingenti ſumma, ne nomen & tituli ejus Soldano proderentur, redimere ſe coactus fuit.

Rex periclitatur.

Huitfeldius: Og ſom hand kom did og med andre Pilegrime ſkulde ledſages, kommer Poſt-Mæſteren for Convoi til hannem og viſer hannem Hans Contrefeye og ſiger hannem hvo hand er, ſaa hand haver maatt ſtille ham tilfreds, at hand ikke ſkulde røbe ham.

Epiſcopi Boreales Palæſtinam adire conſveti.

§. 5. *Poſt Diadematos hoſce Peregrinatores memorandi veniunt inſulati. Codd. Mſc. de Gothlandiæ primis Chriſtianiſmi incrementis Cel.* Peringſkiöldio *in Not. ad Vitam* Theodorici *Regis Gothorum memoratis, Cap. 3. hæc habet:* Fyr en Gutland toki ſtethelika vither neirum Biſcupi, tha quamu Biſcupar til Gutlans Pilagrimar til helga lanz Jeruſalem, oc thethan haim foru. Than Tima var veyr dyſtra um Ryzaland oc Gric-

Grickland fore til Jeruſalem. i.e. Antequam Gothlandia conſtanter Epiſcopum præfectum aſſumſiſſet, Epiſcopatus munere illic fungebantur religioſis itineribus præclari viri, qui Hieroſolymas adiverant, indeque in patriam reduces facti erant. Ea tempeſtate ſolenne erat Hieroſolymas aditurus iter capeſſere verſus orientem declinando juxta terras Ruſſiæ atque Græciæ. *Eadem habet Strelovius in Chronica Guthilandiæ pagg. 129.* Vore Annales lyde mange hellige Biſkopper og Mænd komme flyttende fra det hellige Land og Stad Jeruſalem, thi i fordom Tid droge de igiennem Ryßland og ind i Græcia til Jeruſalem.

§. 6. *De ſacra, qua* Svenonem Noricum *Epiſcopum Roſchildenſ. abſumpſit, peregrinatione* Saxo Grammat. *Libr. XII. p. 223. edit. Soranæ.* Nec domeſtica ſanctitate contentus augmentum ejus foris petere arrepto peregrinandi labore, conſtituit. Cumque Hieroſolymam proficiſcens, Byzantium perveniſſet, contracta varii generis ornamenta cum ſacrorum cinerum reliquiis in neceſſarios uſus domeſtici templi remittenda curavit. Sed cujus Græcia pietatem vidit, mortem Rhodus aſpexit. Iisdem fere temporibus abſumpto Richwaldo Aſcerus Lundenſi potitur Sacerdotio.

Peregrinatio Oriental. Svenonis Norici Epiſcopi Roſch.

Eccles. Cath. Ornamenta Byzantio mittit.

Moritur in Rhodo.

Incertum eſt, quo anno expiraverit Sveno. Huitfeldius Tom. I. p. 92. in Hiſtor. Regis Olai Famelici, defunctum tradit anno 1095. Saxo autem, qui ſicco ubique pede Chronologiam præterit, eo fere tempore extinctum innuit, quo Richvaldus Epiſcopus Lundenſis in fata conceſſerit, quod anno 1094 contigiſſe colligimus. NB. Sveno hicce indoctus iſte fuerat Sacerdos, qui, dicente Saxone, cum ſalutem Regi votis libello expreſſis ſolenni verborum precatione debuiſſet

buiſſet expoſcere; ipſum Famuli nomine deſignaturas, vitiata ab æmulis pagina, muli appellatione fœdavit. (protagat Deus Regem mulum ſuum) Sed qui abſoluto, quod impenſis Regiis inſtituit, literario Boponiam itinere, inter ſummos patriæ ſub id ævi literatores haberi meruit.

Caſus lepidus.

Sveno Epiſcopus Viburgenſis iter ſacrum ingreditur.

§. 7. *Svenonem Epiſcopum Roſchildanſem excipiat Sveno alius Wiburgenſium Præſul ſacræ itidem immortuus peregrinationi. Jucundam nempe de binis ex Dania Fratribus in terra Sancta mirando occaſu una extinctis ac in templo, beneficiis illorum auguſtiorem faciem debente, conſepultis, relationem offendimus in Ciſtercienſium, ſeu verius Eccleſiaſticorum Annalium, à condito Ciſtercio, Tomo 2do Authore Fratre Angelo Manrique Lugduni 1642 Pagg. 152. ad Ann. Chriſt. 1150. Cap. 2.*

cum fratre Eskillo.

„Celebre eſt illud, quod de duobus fratribus magni „Eſkili Primatis Daniæ avunculis (de quo nobis ſtatim plurimus ſermo, Monacho quippe futuro in Claravalle) Author *Exordii Magni* his verbis narrat. „Igitur (ait libro 8. cap 16.) duo fratres ex præclariſſimo Danorum ſanguine oriundi, inter terræ illius proceres poſt Regem videbantur ſublimiores. „Unus autem ex iis, Eskilus nomine, homo bellicoſus & carnali potentia tumidus, cum eſſet animo „ferus atque terribilis vultu, multum ſanguinem fundebat, & mala innumera quotidie perpetrabat. Alter verò nomine Sveno ſanctæ vitæ vir perſpicuus atque Epiſcopus Viburgenſis erat, qui etiam præcelſi „generis dignitatem morum elegantia atque prærogativa virtutum longe ſuperabat. Hic itaque germani „ſui animam ſyncerè in Chriſto diligens, ſed tyrannicam ejus vitam vehementer abhorrens, ſtudebat eum „frequenter ſecretius arguere & a ſuis pravitatibus ut

reſi-

„reſipiſceret, admonere. Sed cum parum in hujus„modi pia intentione proficeret, quodam die collo„quentibus iis adinvicem, ſuadebat ei Venerabilis „Præſul, ut accipiens ſignum Dominicæ Crucis Hie„roſolymam proficiſceretur. Ille verò reſpondit, ſe „hoc nullo modo facere poſſe, niſi ſecum pergeret „*ipſe*, qui conſilium dabat. Quo audito, fidelis & „verus amicus gratanter accepit, ſeque quod pete„bat, incontinenti ſpopondit, malens utique pericu„lis ac laboribus tantis ſe ipſum exponere, quàm fra„tris animam de ore leonis non liberare. Impoſito „itaque ſibi ſigno ſanctæ Crucis, Hieroſolymam pa„riter *abierunt*. Quò proſperè pervenientes glorio„ſum *Domini* ſepulchrum ipſumque Sanctæ Crucis „*lignum* adoraverunt. Dehinc cætera ſancta loca de„votisſimè peragrantes venerunt ad locum quendam „non procul ab Hieroſolyma ſitum, qui *Pater noſter* „ab incolis nominatur, eò quod Dominus noſter Je„ſus Chriſtus in ipſo loco dicitur diſcipulis orandi for„mam tradidiſſe & eandem Orationem ibidem com„poſuiſſe. Erat autem ibi Eccleſia parva vili ſche„mate conſtructa. Ingredientes igitur Oratorium „orationem fuderunt ad Dominum, obſecrantes, ut „ſibi peccata dimitteret. Nec defuit eorum votis ſu„pernæ clementiæ reſpectus. Nam cum protinus „venientes ad fluvium Jordanis, unda illa ſacrata po„tati eſſent atque perfuſi, unus ex iis, magnus vi„delicet ille peccator, ESKILVS, effundens animam Eskilli oratio. „ſuam in oratione clamavit ad Dominum, dicens: „Domine omnipotens & clemens! eſto propitius „mihi, obſecro, peccatori, et ne deſpicias animam „meam, quam poſt tanta ſcelerum meorum naufra„gia ad portum pœnitentiæ miſericorditer adduxiſti. „Et nunc, Domine Deus, ſuſpecta eſt mihi valde fra-

„gilitas

„gilitas mea & inolita peccandi conſvetudo, mul-
„tumque mihi timeo à memet ipſo, ne fortè rever-
„ſus ad patriam, peccati materia alliciente, ad pri-
„ſtinas meas pravitates relabi compellar, proinde,
„piisſime Pater, ſi ſaluti meæ expedire cognoſcis,
„precor, ut abſoluto jam voto peregrinationis hu-
„jus, abſolvere me digneris à vinculo corporis iſtius
„ſolutumque pariter à peccatis jubeas duci in refri-
„gerii locum. Oratione verò completa, cognovit illico
„vitæ ſuæ terminum inſtare, unde perceptis Sacra-
„mentis, vale dixit eadem hora germano ſuo cœte-
„risque qui ſimul aderant, et protinus in ſancta
„confesſione reddidit animam. De Fratre illius audi
„quod ſequitur ibidem. Videnſque Venerabilis An-
„tiſtes animam Fratris ſui tam celeriter feliciterque
„aſſumptam, tunc et ipſe vehementer affectus de-
„ſiderio migrandi, Gratias, ait, ago tibi Domine
„Jeſu Chriſte, quoniam vidiſti lachrymam meam,
„qua tibi toties ſupplicavi, ut ſuſciperes pœnitentiam
„Fratris mei. Quæſo ergo te, piisſime Fili Dei, ne
„me patiaris diutius ab illo ſeparari, ſed jubeas me
„cum illo in tua pace nunc recipi. Vix orationem
„finierat, cum viribus corporis cœpit repente deſti-
„tui, moxque diſpoſitis, pro temporis brevitate, quæ
„neceſſaria videbantur, præcepit aſtantibus ut corpus
„ipſius una cum corpore fratris ejus ad Eccleſiam
„ſupra memoratam, quæ Paternoſter dicitur, re-
„ferrent ibique ſepeliri curarent. Itaque commiſſum
„ſibi populum Divinæ providentiæ reſignans, præ-
„ſentibusque benedicens, feliciter obdormivit in Do-
„mino. Factumque eſt à Domino grande miraculum,
„ut ambo ſimul in uno loco atque uno die de mundo
„migrarent, ſimulque in unum locum, ubi decre-
„verant, ſublati ſepulturam acciperent. Porro præ-
„fata

& mors.

Moritur etiam Sveno.

„ſata Eccleſiola, cum antea brevis & ruinoſa fuiſſet; „ſolotenus eſt everſa & eleemoſynis ipſorum, quas „propter hoc ipſum ibidem copioſè delegarunt, in „ampliorem & venuſtiorem ſtatum reædificata eſt: „in qua etiam nunc corpora eorum pauſant, hono„rifice tumulata. Hactenus in *Exordio* de his Fra„tribus, ingenti omnium, qui in oriente deceſſerunt, conſolatione. *Hæc Angelus Manrique. l. c. De Epiſcopo hoc Viburgenſi Huitfeldius in Chron. Epiſcopal.* Tredie Biſp var en heed Svend Erchebiſp Adzers Broder, Svend Trundeſøns Søn, levede Aar 1068, *quæ chronologia malè ſe habet, ſed in ſequentibus dicit ſucceſſorem hujus Svenonis St. Ketillum obiiſſe Anno 1151, quod conſpirat cum calculo Angeli Manrique, qui fata Svenonis noſtri ad annum 1150 referenda monet. Cum allatis Exordii Magni de Eskillo ac Svenone verbis conveniunt ſequentia B. Mag. Chriſtierni Ericii in Mſſ. de Rebus Viburgicis, quod in Grammiana nidulatur Bibliotheca;* Biſkop Svends Fader var Svend Trundſen fød af Kongel: Stamme, ſom hafde ſtoer Myndighed og Anſeelſe i Dannemarck Biſkop Svends Brødre vare 1) Adzer Erchebiſp i Lund, ſom døde 1138. 2) Eſchild *NB. de quo heic ſermo.* 3) Aage. 4) Chriſtiern Gammel, hvis Søn var Eſchild Erchebiſp i Lund. *Adeoque rectè ſalutat Manriquius Eſchilli Archiepiſcopi Avunculos, ſed religioſi illorum itineris domeſticorum meminit nemo.*

§. 8. *De itinere Hieroſolymitano famoſi Piratæ Siguardi Slembi diaconi, qui anno 1136 imperium Norvegiæ ſibi arrogare tentabat, ita Snorro Sturleſonius in Chron. Norv. pag. 436.* Der Sigard bleff ſtor (Sigvardus Slembi Norv.) egen Verne forlod hand Herrece Sæder og

drog

drog ud af Landet og var længe paa dend Reyſe. Hand beſøgte Jeruſalem og Jordan og alle de hellige Steder, ſom Pillegrime den Tid pleyede at beſøge.

Erlingus & plures Norvagi loca ſacra petunt.

Idem de Genero Regis Norv. Sigvardi cognomine Hieroſolymipetæ Erlingô Ormeri Filio ejusque Argonautis pag. 450. Erling drog ud af landet og med hannem Endrid den unge og fleere Lehns høffdinger med meget deyligt folck oc actede til Jeruſalem. De ſeylede til Ørckener og Grefve Ragnvald Hack og Biſcop Villem gafve ſig i Selſkab med dennem og hafde de 15 Langſkib og de ſeilede til Spanien og røfvede Vide i det Hedenſke Spanien (*religioſam peregrinationem!*) og ſiden til Norva-Sund (det er de Strate) og i Middelhaff, ligeſom Kong Sigurd Jorſalafar hafde giordt for dem. De overvunde et ſtoert Tyrkiſk Skib i Hafvet og dræbte aldt Folcket derpaa og finge der uſigelig Bytte. Siden ſeylede til Jødeland og droge til Jeruſalem oc Jordan og andre Steder og ſeylede ſiden tilbage til Conſtantinopel og lode deres Skib der igien og droge Landveys hiem og komme lyckelig med ald deres Selſkab og Gods til Norge, og blev deres Reyſe meget roſet og vide ryctet ꝛc.

comitante Vilhelmo Epiſcopo Orcad.

S. Andreæ Slagloſienſis peregrinatio fabuloſa.

§. 9. *De Sancto Andrea Paſt. D. Petri Slagloſ. qui circa ann. 1205 duodecim ſtipatus comitibus Hieroſolymas abiit, ejusque fabuloſo reditu nota eſt cantilena, quæ incipit.* J Slagelſe var en Sogne-Præſt etc. Af Slagelſe hand ſelf tolfte Mand foer bort til det hellig Land, Jeruſalem hand ſøgte Hellig Anders er hans Nafn ꝛc.

D. 2

v. 2. Udi den hellige Faſte. Tid til Jeruſalem monne hand komme.

v. 3. Oppaa den værdige Paaſke. Dag, Alt men hand Meſſen ſagde, den bør faldt dem ſaa vel i lag, alle fra hannem udlagde. Den Bør drev dennem ſaa ſnart fra Land, De vented at komme hiem før hand, men Gud det man omvende, Thi men de ſeylede paa det Hav, Da var hand paa den hellige Grav, Til Meſſen var ad Ende.

v. 4. Hand holdt den Meſſe høytidelig etc. Saa gick hand ud og ſaae ſig om, Der hand til Strandbakken kom, da vare de borte alle. Hand lagde ſig ned, hans Sorg var ſtoer ꝛc.

v. 5. Af ret Sorg faldt hand i Søvn, hans Sorg fick ſnart god ende, Det hand da drømte var ey løgn, Men ſkeede ham for ſande; Hand tøckte en Mand alt paa en Heſt, førde hannem ſom hand kunde bedſt. Hand vaagned op og ſaae ſig om paa Hvile-Høy ſad hand vel ſum.

v. 6. De Hyrder ginge ſaa raſkelig til hannem at huſvale, Hand blev ſaa meget underlig, Hand hørde den Danſke Tale, Hand meent hand var i Jeruſalem, Hand vidſte ey hvor hand kom hiem, Saa mange hundrede Miile.

v. 7. Saa gick hand ind i Slagelſe Stad, det var et ſtoert Nymere: Hand ſagde Meſſen i Jeruſalem, Samme Dag kom hand end hiem Aften-Sang at ſiunge ꝛc.

v. 8. Anden Dag, ſom der var næſt ꝛc. Hand vilde Miile tælle, Til S. Jacob og Trundhiem, End kom hand alt hiem igien, Førend hans Staaldbrødre vare. Hans heſt var ſnar og

ikke ſeen, fordi kom hand ſaa ſnart igien
Hans Beene var' gandſke ſnare.

Conſpirat quoad locum Diſcipulus de Tempore, qui ſtupendi hujus itineris quoque meminit in hunc ſenſum: Sacerdos de *Dacia*, nomine *Andreas*, cum religioſo itinere Dominicum acceſſiſſet ſepulchrum, comitibus reditum parantibus dixit: obſtare temporis ac loci Sanctitatem, quò minus ante auditam prius Miſſam inde ſolveretur. Poſtquam verò illi monitum nil morati diſceſſiſſent, Miſſa ac Cœna jam finitis, egreſſum eques obvius ſibi aſſidere jubet. Dicto audientem ſopor mox invadit continuus, quo circa veſperam diſcuſſo, proprium Presbytero ſe cominus conſpiciendum præbebat templum. Duce itineris, poſt injunctam Andreæ gratiarum actionem Summo Numini perſolvendam, ocyus evaneſcente.

Salſe hic Septimius in Not. ad citat. Cantil. Odin har ellers ogſaa førdt Hading paa en Heſt over vandet, men jeg vil ikke ligne en Hedning ved denne hellige Mand.

Huitfeldius *non Hieroſolymis, ſed Joppæ à ſociis relictum tradit in Fol. pag.* 174. Aar 1205 (*inquit*) leffde Hellig Anders en Præſt udi Slagelſe om hvilcken ſkrives adſkillige Miracdel og Drømme, iblant andet at hand ſkal have været til det hellige Land, og vilde høre Meſſe til Joppen før hand drog bort, derofver forlod hand Selſkabet. Men ſom hand bad udi Joppen Kircke hans gudelige Bønner, indſofvede hand, og da hand opvaagnet, fandtes hand paa Huile-Hoy for Antvorſkow, lenge før hans Staldbrødre komme hiem, og havde da været til S. Jacob i Compoſtell og S. Oluff udi Trundhiem og paa fleere hellige Stæder, men

det

det maa have været udi Tancker, ikke wæſentlig. Hvem hans Hiſtorier og Legender haver Lyſt at læſe, den finder dennem endnu udi Antworſkov udi S. Peders Kircke paa en Tafle, deromer og giort en Viſe etc. Secutus igitur videtur inſcriptionem Crucis in dicto colli, cui nomenclatura inde manſit Hvile-høyen, olim extantis.

In memoriam Divi ANDREAE, quieſcentis Joppae & heic loci expergefacti.

§. 10. *Liber daticus Lundenſis (ita Rationaria Eccleſiarum, ubi ſacra dona ac legata conſignabantur, in ſiccato vocabant ævo) Fol. 47. ſine mentione anni.* Andreas Lundenſis.

VI. Id. Oct. obiit Andreas Decanus Lundenſis in Creta inſula, eundo ad terram ſanctam.

Inſcriptio Monumenti marmorei, quod in templo S. Jacobi Sorano nactus eſt Jonas Abbatis Sorani famulus peregrinationibus Hieroſolymas, Romam ac Compoſtellam inſtitutis clarus, in marmoribus Dan. allata, hic venit repetenda.

Abbati gratus famulus jacet hic tumulatus
Jonas ablatus nobis, Sanctis ſociatus,
Jeruſalem repetit bis ter Romamque reviſit
Et ſemel ad Sanctum tranſiit hic *Jacobum.*

Peregrinatorum horum nonnulli Palæſtinam cogitantes, Romam in anteceſſum ſalutare ſolebant, ut ſcilicet de una fidelia, quod in proverbio eſt, duos dealbarent parietes. Quod patet ex Teſtamento Nobilis Norvegi ſacro itineri ſe accingentis, hujus initii:

I Nafn faders og Søns og den Hell. Aands Amen. Haver jeg Jon Mortenſen foreſcat mig næſt Guds Hiælp en Pilegrims Reyſe til Rom og længere om Gud vil etc. Datum Sudreim Onsdagen næſt effter tredie Vaage i det elleſte min ærværdige Herres Herr Erich med Guds Jonas Martini Norvagus.

Naade Norges Konges regiærendes Aar ſub anno Domini 1400 *Clarius verò diſpalleſcit ex Cantil. Heroic. de Ormero Divite ejusque nova nupta Solverlandia Formoſa in Collect. Vellejo Septimiana Part. IV. num. XIX. verſ. 35.* De toge Poſen paa ſin Bag og Pilegrims Staf i Hænde, Saa ginge de i fremmede Land, Som ingen Mand dem kiende. & *verſu 38.* Hun haver lovet ſig en Romer-Reyſe alt til den hellige Grav etc. *Notatu non indignum eſt, pauperiores ad iſtiusmodi peregrinationem voto obſtrictos, anno ſacrum illud iter proximè antecedente, ſtipem* Pilegrims Brød *vocitatam, viatici loco oſtiatim rogaſſe, quo potiti interdum mutaverunt propoſitum.*

Bellatores Danici & Norvagici in Oriente clari.

II. *Alterius claſſis ſunt Bellatores, quorum alii ſigna Byzantina ſecuti, alii victricia per orientem arma circumtulere, alii Cruciatis expeditionibus inter fuerunt.*

Dani olim cuſtodes corpor. Imperat. græc.

§. 1. *Committebant olim Imperatores Græci corporis ſui cuſtodiam Danis ac Norvegis haud aliter ac Pontifices hodie Romani Galliarumque Reges Helvetiis. Saxo Lib. XII.* Inter cæteros, *inquit*, qui Conſtantinopolitanæ Urbis ſtipendia merentur, Danicæ vocis homines *primum* militiæ gradum obtinent eorumque cuſtodia Rex ſalutem ſuam vallare conſuevit. *Et mox ibidem ſequitur egregia, quam ad Danos hoſce Græcorum ſtipendiarios Rex Daniæ Ericus Bonus Conſtantinopoli habebat, Oratio. Horum meminit Paulus Rhamnuſius Venetus, de bello Conſtantinopolitano Lib. 2. p. 87.* Legati aditu ad Imperatorem per præconem petito, inter Macherophoros (quod ſatellitium, Griffonium vulgò Græcis nominatum ex Danis & Anglis, antiquo Græcorum Cæſarum more conſcriptum in ſtationibus erat) ab urbis

porta

portæ pedibus ad vicinum Blachernium Palatium deducuntur. *Hæc Rhamnuſius. Dicebantur aliàs Græcis βάραγγοι, unde Weringarum nomen profluxit. Hinc Anonymus de Profectione Danorum in Terram Sanctam circa 1187. Amſtelod. 1684. Cap. XXVII.* Peractis igitur omnibus, quorum gratia viatores noſtri advenerant, cum honore recedunt, obſequium ſibi parantibus, nobilisſimis Regis (ſc. Conſtantinopolitani) curialibus, qui dicuntur Weringæ. His ergo per oſcula ſalutatis Græciam poſt terga relinquunt &c. *Eòque reſpexit laudatisſimus Heros Esbernus Snare, germanus Abſalonis Archiepiſcopi, in facunda, qua expeditioni huic ſacræ ibidem Cap. V. velificavit, Oratione.* Quæ regna, *inquit*, quæve patria antiquorum Danorum glorioſa tropæa non prædicant? Si Græciam conſulis, noſtrorum audacia ſe defenſam clamitabit. *Snorro Sturlæus in Chron. Norv. pag. 402.* Da komme nogle af de Mænd igien, ſomme fra Jeruſalem og ſomme fra Conſtantinopel, ſom hafde ſeglet heden ud af Landet med Skoffte Ogmundſøn og hans Sønner, de vare da vide forſøgte og kunde mange Tidende ſige fra andre Lande. Af ſaadanne Nymære ſigede mange Nordmænd til at drage ud til adſkillige Stæder udi den ſøndre Part af Verden, thi de ſagde dem, at der var ſtoer forbedring, og at Normænd vare veltagne udi Conſtantinopel oc kunde blive der riige oc Veldige, om de vilde tiene Kayſeren. *Et ibid. pagg. 334.* Der vare twende Slags folck i Hæren (*ſc. exercitu Zoes Imperatricis Conſtantinopolitanæ*) den eene Part vare Greker oc de andre vare kallede Varinger oc vare komme af Nordlandene. Der Harald (ſc. Rex Norveg. Haraldus Haardraade

Danor. nomen conſtantinop. Veringæ vel Varangi.

Normanni græcis acceptisſimi

de

de quo infra dicturi ſumus) havde været nogen Stund i Hæren, da holdt alle Varingerne ſig til hannem oc toge ham for deres Høffvitsmand hvor de komme i Strid etc. Et poſt nonnulla. Oc det hendte ſig at Harald ſlog ſit Leyr en Aften med ſine Nordmænd oc Varinger paa et høyt og tørt Sted etc. *Adde quod lapis Runicus in Sudermanniæ paroecia Akerenſi à Celeb. Peringſkioldio in Not. ad Vitam Theodorici Regis Oſtrogothorum delineatus mentionem facere videtur Wæringarum ex Scania egreſſorum: Inſcriptio ita habet.*

AMVIT RISTI STINA THINAVLLI SVNA SINA, VNVLFV AKV, H.RENGI, BRVDVR SINA, WARDI VTI TERI BINA I GALMARNA, SVTVMA; FVRV EFV SKANV. ESKI RISTI RVNA THASI.

Peringſkioldius ita vertit.

Amvitus erexit lapides hos omnibus filiis ſuis, ut & Unulpho, Achoni, ac Rhengoni fratribus ſuis, qui erant Excubitores (Wardhallere, Waringiar) peregre in Tyro civitate, in Gallilæo mari (ſeu mediterraneo) ac Sodomâ, profecti de Scania. Esko ſculpſit has.

Varingos iſtos, quod mireris, Vandalos ſalutat Peringſkioldius ſubjungens: De Varingis ſive Vandalis, quorum lapis mentionem facit, alibi ex profeſſo acturi ſumus.

I. Laurentius *in Indice Muſei Regii, ubi loquitur de ſimulaminibus aureis Muſeo rariorum Eccleſiaſtæ Jacobi à Melle ex Borringia Lubecæ illatis, inter alia hæc habet.*

Borringii maris Balthici accolæ, nominis Danici homines, ſub Imperatoribus Græcis Conſtantinopoli,

imo

imo nonnumquam in Ægypto militantes, ſtipendia magna auri aureorumque numorum ex Græcia religione Ægyptiaca partim imbutos reportarunt. Et videntur ſanè redolere imagunculæ hæ aureæ non niſi Idololatriam Ægyptiacam &c. &c. *Vide Jac. à Melle Comment. de ſimulacris aureis, quæ in Borringholmia ex agris eruntur; Lubecæ 1725. item Chriſt. Democriti (Jo. Conr. Dippelii in Borringia olim cuſtodiæ mandati)* eröffnete Muthmaſſung über Hr. Jac. von Melle Commentatiunculam &c. Hamburg *eodem anno 1725. Quin ipſi Scriptores Byzantini teſtantur Imperatorii olim corporis cuſtodes ex Thule fuiſſe aſcitos.* Dani in Aegypto militantes.

§. 2. *De Gothorum noſtrorum Martiis in Græcia facinoribus audiatur S. Hieronymus in Epiſt. ad Heliod. de Morte Nepot.* Scythiam, *inquit*, Thraciam, Macedoniam, Dardaniam, Daciam, Theſſaloniam, Achajam, Epirum, Dalmatiam cunctasque Pannonias Gothus vaſtat, trahit et vertit. *Et Andreas Bureus in Orbis Arctoi Deſcript:* Sunt, *inquit*, etiamnum hodie in Septentrione, columnæ lapideæ ſuis inſcriptionibus arguentes, ſe in præclarorum heroum in Græcia, Thracia aut aliis regionibus, quas Gothi olim multitudine ſua inſtar diluvii alicujus inundarunt, bello vita ſua ſpoliatorum memoriam erectos eſſe. Gothi græciam inundantes.

Nec deſunt Gothici nominis in Græcia veſtigia teſte Roberto Sheringhamo in Diſceptatione de Anglorum gentis Origine pag. 162. Getæ, *inquit*, ſive Gothi, Zeuthe regnante in Thracia, ipſam Græciam, ut author eſt Thucydides, deprædati ſunt, plurimasque civitates ſibi tributarias captivasque fecerunt. Atque hinc, ut veriſimile eſt, *Guthion*, Laconiæ oppidum & ſinus *Gutheates*, cujus Plinius meminit,

nomen prompſit. *Guthii* quoque meminit Lycophron in Alexandra.

Τράμπυς σ' ὀχήσει καὶ Φερέκλειοι πόδες
Δισσὰς σαλάμβας κἀπὶ Γυθίου πλάκας.
Navis te & Phereclei pedes vehent
Ad oſtia gemina & Guthii æquora.

Quin & Scandiæ etiam urbis non procul á Guthio mentionem facit.

Θρέξεις ὑπὲρ Σκάνδειαν Αἰγίλου τ' ἄκραν
Αἴθων ἐπακτὴρ καγχαλῶν ἀγρευμάτι.
Curres ultra *Scandiam* & Ægili promontorium
Exultans præda venator vehemens.

Horum utriſque á Gothis Scandianis impoſita nomina videntur.

Grotius in Præfat. ad Procopium pag. 18. de Gothis Mæotim Paludem antiquitus inhabitantibus: Sicut alii, *inquit*, Gothi, qui ampliſſima conſtituerunt regna, nomen ex Scanzia delatum retinuere, ita & iſti relicti iis in locis multò ante Taciti tempora cum primum ad Mæotim Paludem tranſirent. Synodo Nicenæ ſecundæ ſubſcripſit Theophilus Gothiæ Epiſcopus in provincia Dacia & Archiepiſcopatus Gotthiæ memoratur Balſamoni, & quod mireris, ſunt nunc quoque ad eandem Mæotim iidem Gotthi & ut mores linguamque ſic & nomen per tot ſecula retinent. Hæc Grotius. *Accedit quod Joſaphatus Barbarus, Nobilis Venetus, in his oris diu multumque verſatus, teſtis eſt*, gentem hanc Gothos ſe vocare terramque, quam incolunt Gothiam & Gothlandiam, *ut alia Autorum loca huc facientia prætereamus, alibi, ubi de linguae Danicae in exteris agamus veſtigiis, fuſius adducenda.*

Cimbri ad palud. Maeotid. graſſantur.

§. 3 *Cimbros noſtros quod attinet, occurrunt verba Strabonis Libr. VII.* Non inepta, *inquit*, conjectura

jectura colligit Poſidonius Cimbros, cum eſſent homines vagi ac latrones, ad Mæotim quoque lacum usque armis progreſſos: ab iisdem autem cognominatum *Boſphorum Cimmerium*, quaſi Cimbricum, cum Græci Cimbros Cimmeriorum nomine affecerint.

Hinc Nauclerus Vol. 2. Gen. 27. Inclytae igitur nationis Germanicæ opera quam fuerint magnifica & excelſa haud multa arbitor, indigere probatione apud eos præſertim, qui non ſunt hiſtoriarum penitus ignari. Quis enim neſcit Cimbros, Germanam gentem Græcorum Latinorumque literis celebratam, qui, ut Strabo poſt Poſidonium memorat, diu ante Urbem conditam evagati usque ad paludes Mæotidis ſuæ virtutis Monumentum Cimmericum Bosphorum reliquêre (nam Græci Cimbros vocant Cimmerios) audacterque trajecto Bosphoro ad Joniam usque terram diſcurſarunt. Ex his patet (*ſubjungit Hertzholmius in Præcellentia Regn. Dan. & Norv. Hafn. 1662*) Cimbros & Cimmerios tam Cimbricæ quam Tauricæ Cherſoneſorum ejusdem eſſe originis.

Nomen cimbricum relictum.

Joachimus Cureus Freiſtadienſis in Annalibus Sileſiæ edit. Witebergæ 1571 pagg. 10. Fuit prima ſedes Cimbrorum in littore Euxini Aqvilonaris, á Colchide usque ad paludem Mæotidem, ubi fuit Bosphorus Cimmericus, & ſunt, qui affirmant, etiam hodie in Colchide uſum linguæ Teutonicæ nondum deſiiſſe. *Et poſt nonnulla:* Herodotus ſcribit in Colchide, ubi olim Cimbri habitarunt, ſe reperiiſſe circumciſionem.

Quid quod hodierni Tauricæ Cherſoneſi inhabitatores vulgò Crimenſes Tartari (die Crimiſche Tartaren) *ſalutantur, ibidemque Metropolin eſſe nomine Crim. Gerh. Mercator aliique Geographorum perhibent,*

bibent, non obſcura Cimmerici ſive Cimbrici nominis veſtigia.

Opinio Rudbekii portentoſa & lubrica.

Taceo opinionem famigeratisſimi Svecorum Antiquarii Rudbeckii in ipſo vaſti operis Atlantica titulo obviam: Scythas Barbaros, Aſas, Gigantes, Phryges, Trojanos, Amazonas, Thraces, Libyes, Mauros &c. &c. è Septentrione noſtro egreſſos. Ex cujus ſchola Petrus Salanus, qui Philiſtæos & Cananæos ex gigantibus Scandicis originem accepiſſe credidit in Not. ad Egills Saga p. 123. Certum eſt, *inquit*, ex antiquisſimis noſtris & Græcorum annalibus, Getas ſive gigantes Scandicos longè ante expulſa Palæſtinæ monſtra Septentrionis noſtri incolas fuiſſe & probabile magis eſt ac evidentius, hos potius illis, quam illos noſtris originem dediſſe. *Et poſtea quod in Egills Saga C. 5. Legat Blockumannaland & Blodkinmannaland hinc fecit quaſi Blackmannaland Æthiopiam noſtratibus olim Blaaland appellatam, arripiens inde occaſionem Mauros & Æthiopas Septentrionalium ſobolem ſtatuendi:* Ex hac, *inquit*, patet hiſtoria, non modò Æthiopas per pontum & Volgam hiſce terris deprædandis ſe ingesſiſſe, ſed etiam illos fuiſſe gentis noſtrae ex Getulis antiquis proſapiam &c. *refutatus ab Otthone Sperlingio in Borea Havn. 1707. pag. 186.*

Ogerius Danus per Orientem famigeratisſimus.

§. 4. *De triumphis orientalibus Ogerii Dani* (Holger Danſke) *quem Gotrici Daniæ Regis filium vulgò faciunt, nonnulla haec Autorum loca veniunt adducenda: Wernerus Rolewink in Faſcicul. Tempor. ætat. ſext.* Ogerus Dux de Danamarchia Princeps Chriſtianisſimus floruit. Hic tempore Caroli Magni Chriſtianitati obtinuit ferè omnes partes transmarinas ab Hieruſalem usque ad arbores ſolis, Deo ſibi propitio & apertis & magnis miraculis exercitum

citum confortante & in Superiori India ordinavit imperium, cui præfecit Johannem filium Regis Friſonum dictum *Prieſter Johann* propter devotam & ſanctam vitam, quam duxit, & ſubjecit ei XIIII Barones cognationis ſuæ, qui alia dominia circumquaque tenebant, ut ibi Chriſtiana religio permaneret. *De hac quoque expeditione loquitur Suffridus Petri Decade VI. de ſcriptoribus Friſiæ cap. 2.* Joannes Adgilli ejus nominis ſecundi Friſiorum regis filius; inter fratres Gundobaldum & Radbodum natu medius ob Regni aviti contemptum & ſingularem religionis Chriſtianæ zelum & incomparabilem vitæ ſanctimoniam vulgô Presbyter cognominatus, una cum Otgero Danorum Rege expeditionem fecit ſub Carolo Magno in terram Sanctam. *Conſ. Hier. Henninges Theatr. Geneal. Tom. IV. pag. 526. Jo. Riochium Compend. Hiſt. Eccleſ. Lib. 3. cap. 1. Læl. Biſciolam Horar. Subſec. Tom. I. Lib. IV. cap. 17. & Guil. Genebrardum Chronogr. lib. 3. licet aegrè ſuffragantem, ſubjungit enim.* An id verum neſcio. Nam non video, qua parte Dani per tot terrarum & aequorum ſpacia in Indiam pervenire potuerint. Me movet tamen, quod paulo poſt Elfredum Anglorum Regem ſub ann. 870, multa munera per Sigelium Schireburgenſem Epiſcopum ad S. Thomam Indiam miſiſſe, ait Wilhelmus. *Claud. Liſcand.* Danſke Kongers Slegtebog p. 183. Hand haver ogſaa været med Kayſeren at indtage den hellige Grav. Og er ſiden dragen derfra med den ſtærcke og naffnkyndige Herre Johann, Konning Adgilds Søn aff Frisland (ſom for ſin fromhed og Gudfrygtighed dereffter blev kaldet Præſt Johan) hen ind udi Indien og hialp ham der at bekri og ind-

ſi fabula vera.

indtage Landet. *Vid. Thom. Barthol. Filii Diſſ. Hiſtoric. de Holgero Dano Havniæ 1677. Cap. XI. Veſtigium hujus expeditionis nonnulli quaerunt in Æthiopico Belul Jan, Italis Pretejanes ex Germanico* Prieſter Johann, *teſte Gerhardo Mercatore, qui ex Geſneri Bibliotheca ſequentia refert, ubi Presbyteri Johannis appellationem ex alio fonte manaſſe traditur.* Eo tempore, *inquit*, quo Antiochia Syriæ à Chriſtianis obſeſſa & capta fuit, nempe anno Chriſti 1098. Monarcha regionum Aſiæ orientalium fuit Coir cham. Quo mortuo Sacerdos quidam & Paſtor Neſtorianus arripuit dominium populi Naiman ac deinde totius Orientis imperium, & vocatus eſt, uti quidem eſſet, Presbyter & Rex Johannes. Quæ cum ita ſint, patet hinc pleroſque ſe præter rem torquere, dum qui in Æthiopia Italis Preteianes, Germanis vulgô Prieſter Johann, id eſt Presbyter Johannes, incolis ipſis Belul Jan, hoc eſt precioſus ſive altus Johannes dicitur, cum Indico, uti hunc rurſus cum Æthiopico confundunt. Niſi forte hic locum habeat Jacobi Navarchi Jeſuitæ epiſtola Aſiatica, qua oſtendere conatur nomen Presbyteri Johannis ex Aſia, ubi ante ducentos plus minus annos cognitum fuerit, hodie in Africam transmigraſſe, nempe non vero & legitimo ſed ſubreptitio quodam uſu, hoc eſt, quod Æthiopia vulgo India credita ſit &c. *Prout Mercatorem loquentem ſiſtit Reinerus Reineccius Schol. in Lib. I. cap. 51. Mar. Pau. Ven. Rhytmus antiqv. de Holgero Dano ex Mſſ. ad Calcem Monum. Dan. Wormii adjectus inter alia hæc habet.*

Indos & Tartaros,
Turchos, Saracenos
Hic acie victos
Chriſto ſubegit &c.
Indici præcelſi

Factus

Factus imperii
Cælica virtute
Rex & Monarcha &c.
Æquore trajecto,
Domini ſepulchrum
Hic armis expugnat
Hoſte ſubacto.
Arabes & Siros
Similiter & Palaeſtinos
Tunc prælians jugo
Chriſt iſubegit.
Sic cætera cuncta
Orientis Regna
Cœlitus obtenta
Traxit ad Chriſtum &c.

Filium Ogerio noſtro, nomine Meurvinum, tribuunt Galli, non minoribus in Oriente geſtis illuſtrem, cujus Chronicon antiqua & pene obſoleta Gallorum lingua vetuſtiſſimisque characteribus Lutetiae impreſſum eſt 1540. in ſexaginta tria diſtinctum capita, titulo hujusmodi,

L' Hiſtoire du Preux Meurſin, fils de Oger le Dannoys, lequel par ſa proveſſe conquiſt Hieruſalem, Babilone, & pluſieurs autres royalmes ſur les infideles. Nouvellement imprimé à Paris. Clauſula hæc eſt, Cy fine l' hiſtoire Meurvin fils de Oger le Dannoys, imprimé nouvellement à Paris, ce vingtiesme jour de Janvier mil cinq cens quarante, par Eſtienne caveiller imprimeur, pour Pierre Sergent, & Jehan longis libraires.

Claudio Lyſcandro, audit Galter l. cit. Galter drog af Riget udi ſine unge Aar oc fulde Krien effter udi Franckerige, Hiſpanien og Aſien

Aſien ſom dem Frantziſke Cronica hannem høyligen Berømmer. Og effter hand hørde ſin Faders Farbroders Søn Hennig var kaaret til det Danſke Rige effter Gøttrichis Afgang, og hand dog nockſom og rigeligen var udi Aſien aflagt oc forſørget, lod hand Danmarck blive. Sette ſig der neder og fick til Ecte Mahumatz eller Moiſans Daatter Clara af Judæa og tegnes at være bleven en mægtig regiærendes Herre over Jødeland oc Babilon. *Quid de utroque Patre ac Filio ex mente Cel. Thom. Bart. tenendum, ubi ad Ogerii in Gallia ſepulchrum ventum fuerit, ex Mſſ. Bartholiniano enarrabimus.*

Regneri Lodbrorg Regis Dan. expedit. ad Hellespont.

§. 5. *De Expeditione Helleſpontiaca Regneri Lodbrodi exteris Reginfridi, Regis Daniæ bellicoſisſimi, Secul. IX. Saxo Lib. 9.* Poſt hæc Regnerus expeditionem in Helliſponticos parans &c. *Et poſt nonnulla:* Helleſpontum ejusque Regem Dian. variis contuſum bellis laceſſendo perdomuit. Item *Albertus Stadenſis:* Pulſus ab Haraldo Reginfridus mari fortunam tentare inſtituit, piraticam longe lateque per Hiberniam & Scotiam exercendo: Atque inde longinquam militiam ingreſſus, Hiſpaniamque prætervectus non quievit, donec ad mare Mediterraneum longo circuitu perveniſſet, omnesque circum poſitas regiones una cum Conſtantinopoli divexaſſet & tandem eodem remenſus itinere in Daniam cum admirabili victoria rediiſſet.

Haraldi Blaatand Reg. Dan. exped. in orientem.

§. 6. *Nec Eurus inacceſſus Regi Daniæ Haraldo Cærulidenti ſive Blaatand, quem Saxo Lib. X. teſtatur trajecta in Orientem claſſe, circumjacentem laceſſiviſſe Oceanum. Hinc Ivar. Hertzholmius in Breviario Equeſtri. pag. 63. potius legendum exiſtimat*

Blaa-

Blaaland, *quo nomine majoribus noſtris veniebat Æthiopia.*

§. 7. *De Mauris à Normannis* (*quorum genuinam patriam fuiſſe Daniam infra demonſtrabimus*) *debellatis Mariana lib.* 7. *cap.* 16. *Rer. Hiſp.* Northmanni circa annum 857 cum 60 navium claſſe, ad litora appulſi oram maritimam, quam late Hiſpania patet, ad vtrumque mare depopulati ſunt, atque utramque Balearem inſulam ferro incendioque deformarunt, Mauris præcipuè infenſi, cum Hiſpanicæ gentis conſuetudine ad Religionem Chriſtianam propenſi eſſent. In Africam etiam transmiſſum, ubi non minorem cladem Mauris intulerunt. *Hæc confirmat Pontanus.* Mauri, *inquit*, qui prælii fortunam tentare auſi ſunt, tribus conflictibus magno numero ſunt cæſi &c. &c. *De Normannis noſtris loquitur Purchas* Lib. 3. Cap. 22. *And when they had performed great attempts by land and ſea, by hoſtiles incurſions, they alſo expelled the Saracens who, at that time, came into Italy, and ſaught to ſet them ſelves in Calabria and Apulia, and they brought colonies Northward into Hetland, Ferraw and Island. Hæc partim decimo poſt Chriſtum natum ſeculo peracta ſunt.*

Normannorum expedit. in Africam.

Guillelmus Pictavinus *Archidiaconus Lexouienſis in Hiſtoria Guillelmi Regis Anglor.* Normanni poſſident Apuliam, devicere Siciliam, *propugnant Conſtantinopolim, ingerunt metum Babyloni* Anglica terra tota ſe eorum pedibus læta proſternit. Rogerius Houedenus *Anglus in Annalibus.* Audax Francia Normannorum militiam experta delituit, ferox Anglia captiva ſuccubit, Dives Apulia ſortita refloruit, *Hieroſolyma famoſa & inſignis*

Antio-

Antiochia ſe utraque ſuppoſuit. De Roberto Normannorum Duce ad S. Sepulchrum profecto & in reditu Nicea mortuo inque Baſilica D. Virg. ibidem ſepulto. Vide Villelm. Gemmeticens. Hiſt. Norm. Lib. VI. Cap. XII. & XIII.

Haraldus Haardrode Reg. Norv. expedit ad Conſtant.

§. 8. *Conſtantinopolitanam, quam Haraldus Sigvardi filius, cognomento Haardraade Rex Norvegiæ Secul. XI. inſtituit, expeditionem refert Snorro Sturleſonius ad ann. 1046.* Siden drog Harald ud til Conſtantinopel og havde meget folck med ſig. Den Tid regiærede Kayſerdømmet i Conſtantinopel Zoe Kayſerinde oc med hende Michael Calephates hendes Afgangne Mands Syſter-Søn. Harald kom i Tienneſte hos hende og drog ud med ſit folck i Strid paa Galeider og holdt ſig mandelig. Alle Varingerne, ſom vare komme af Nordlandene holdt ſig til hannem, og hand indtog mange

Haraldus in Africa victor.

Stæder og Byer. Hand drog med alle ſine Varinger og ſit eget Folck hen til Africam, og mange unge Kompaner af Grækerne, ſom ſaae hans Mandelighed, gafve ſig i hans Hær. Hand var længe udi Africa og vandt der 80 Stæder og Byer og ſamlede en uſigelig Skat. Siden drog hand til Sicilien og vandt 3 Stæder. Dereffter drog hand ud til Jødeland og indtog der mange Stæder og Byer og drog til Jordan og badede ſig der i. Siden drog hand til den hellige Grav og ofrede der meget Guld og Sølff. Der Harald var kommen til Conſtantinopel igien fra Jeruſalem, længdes ham hiem og hand opſagde ſin Tienneſte. Der Kayſerinden det fornam blev hun fortørnet og gaf ham Sag, at hand hafde ikke troligen

hand-

handlet med hvis Rov og Bytte hand paa hendes vegne havde faaet, den Stund hand var Overſte over hendes Krigshær. Hand hafde tilforn forgiæves bedet om Kæyſerindens Broders Dotter Maria. Og have mange af Varingerne, ſom da vare i Conſtantinopel, ført det hid til landet, at Zoe hafde ſelv Villie til hannem, og derfor giorde hun ſig vred, der hand vilde drage fra hende. Conſtantinus Monomachus regiærede dend Tid med Zoe. Hand lod kaſte Harald i Taarnet med to hans Tiennere, men den førſte Nat bleve de opvundne af Taarnet igien ved en mægtig Quindes Hiælp, ſom havde Harald kiær. Da gick Harald ſtrax til Varingerne, og de væbnede ſig og ginge med ham til Kæyſerens Pallatz og toge ham fangen og ſtunge hans Øyne ud, og Harald tog Mariam Kæyſerindens Broder-Dotter med ſig. etc. etc. Imperatrix Zoe amore Haraldi capta.

Confer. omnino Torfæus *Hiſtor. Norv. Part. III. qui fuſius hanc expedit. proſequitur. Ex his colligitur, Haraldum Zoæ Imperatrici Byzantinæ perditiſſimè adamatum, ni reditum in patriam nimis maturasſet, à Summo Græciæ Imperio parum abfuiſſe. De carcere Haraldi paulo aliter* Saxo Gramm. *Lib. XI. ſcilicet quod homicidii damnatum Rex Byzantinus domeſtico lacerandum objecerit draconi, quem tonſorio interemit cultello, adjutus fide ſervi, qui in carcerem eunti Domino ſpontaneum ſe obtulerat comitem. Hoc vero cognito Regem, ultione in admirationem verſa, navigio ſtipendioque donatos abire permiſiſſe.*

Adamus Bremenſis *Hiſtor. Eccles. Lib. 3. cap. 13.* Haraldus quidam frater Olaph Regis & Martyris,

vivente adhuc germano, patria egreſſus, Conſtantinopolim exul abiit. Ubi miles Imperatoris effectus multa prælia mari contra Saracenos & Scythas geſſit, fortitudine clarus & divitiis auctus adeo vehementer, ut annotante veteri Adami Scholiaſte libr. 4. cap. 14. ex Græcia redux Rex Norvagiæ factus trecentas naves habuerit magnas, inſuperque maſſam auri, quam Haraldus e Græcia adduxit. Erat autem pondus auri, quod vix bis ſeni juvenes cervice levarent. Codd. Mſſ. potti ollum erſi mikilfarda er i Nordrlöndum ſkylldi vera ſua mikit gull ſamankomit i einn ſtad, var petta reyndar Grickia Konungs fe. i. e. *Omnes, qui hæc videbant, admirati ſunt, in Septentrionalibus terris tantum auri collectum eſſe. Hæc autem pecunia revera Regis Græciæ fuerat.*

De hac ſua expeditione Africana ſedecim ipſe compoſuit cantilenas Haraldus *Poeta feliciſſimus, quas* Gammens Qvæde *appellavit.*

Dani pro recuperanda terra Sancta militant.

§. 9. Ludovicus Maimbourg, *Hiſtoire des Croiſades Livre I. ſic dicti Sancti, i. e. pro recuperanda ſancta terra geſti belli duces recenſens, Danici quoque Regis, ſed ſuppreſſo nomine, mentionem injicit. Verba ſunt:* D' un coté, trois de nos plus grands Roys, autant d' Empereurs, des Roys d' Angleterre, de Dannemarc, de Hongrie, de Navarre & de Chypre &c. á la tete de tout ce qu' il y avoit de plus brave dans la plus part des monarchies occidentales.

Qvingenti equites dani duce Dan. Reg. fil. Svenone a Solymanno ad Antiochiam occiſi.

§. 10. Idem Livre 2. á l' an. 1097. En même temps on apprit la triste nouvelle du malheur arrivé à Svenon, fils du Roy de Dannemarc, qui venoit au ſiege d' Antioche avec quince cens cavalliers, tous gens choiſis, & l' on

on ſçeut que l'armée de Soliman les ayant ſurpris dans une vallée les avoit tous tailler en pieces.

Svenonis hujus meminit Tyrius *de Sacr. bello: Sveno Danus*, inquit, *Filius Regis, qui etiam expeditionem Sacram ſuſceperat, cum Niceam tranſiſſet, à Solymanno invaditur &c. Adde quod* Paulus Æmilius *in Hiſt. Gall. libr. 4. p. 175. memorat, Rege Galliarum Philippo I. qui ad ann. 1108. regnavit, Svenonem Dani Regis filium cum 1500 Equitibus cruce inſignitis, tranſmiſſo ad Conſtantinopolim Boſphoro, iter Antiochiam verſus feciſſe, ut Latinis Antiochenæ urbis obſeſſoribus opem ferret.* Albertus Aquenſis *Hiſtor. Hieroſ. Libr. 3. cap. 54.* Sveno Filius Regis Danorum mille & quingentos belligeros in auxilium obſidionis Antiochiæ adducens, Græcorum proditione propalatus, inter Finiam & Fervam urbes Romaniæ in denſiſſima ſylva improviſe à Turcis circumventus eſt & poſt ſtrenuam defenſionem occiſus cum ſuis. Erat in Danorum Comitatu Florina, filia Ducis Burgundiæ, Philippenſium Principi copulata, ea Turcarum ſagittis confecta interficitur.

Ibidemque de Carolo alio Danorum Principe, poſtea Flandriæ Comite, ſacræ expeditionis ſocio.

Sveno Princeps Danicus occiſus.

De cæde Svenonis non ſine ejus laude Wilhelmus Tyrius *Hiſtor. libr. 4. cap. 20. pagg. 694.* Matth. Paris. *p. 23.* Reineccius *in Notis ad Alb. Aquenſ. facit Svenonem filium Erici Boni, ſed poſtea vult, illum fuiſſe fratrem ejusdem. Florinam habuiſſe ſpem conjugii Svenonis innuere videtur* Cruſius *Annal. Suev. p. 2. libr. 8.*

Laudatus ſupra Albert. Aquenſ. *l. c. libr. 4. c. 40 ad ann. 1098.* Alexius imperator cruce ſignatis exercitum in auxilium adducens, ſimul adduxit Danos, bipennium armatura dimicare peritiſſimos, ſed in-

Bipennes Danor. arma.

 tellecta

tellecta apud Antiochiam Chriſtianorum anguſtia revertitur. NB. *Hi bipennium portatores Conſtantinopoli vocabantur Baranges. Nec ſegnius quam celebratus nuper Sveno, ſacro bello interfuit alius Daniæ Princeps, Carolus ſcilicet, St. Canuti Regis & Martyris filius, Comes Flandrenſis, de quo* Mejerus *Annal. Fland. Lib. 4. p. 37. ad ann. 1096.* In expeditione, *inquit*, Hieroſolymitana Robertum, Flandriæ Comitem, ſecutus eſt Carolus, ſtirpis Regiæ Danorum poſtea Flandriæ Comes; *Idem* Meibom. Tom. I. *p. 263.* In expeditione Hieroſolymitana fuit frater Regis Danorum. *Nec non* Arnoldus Boſtius *in libro Crucis*: Inter Principes Flandriæ prognatos, qui pro Chriſti nomine adverſus infideles Turcas dimicarunt, numeratur Carolus Martyr, Canuti Danorum Regis Martyriſque filius, Comes Flandriarum, ſcutum juſtorum, malorum gladius, qui Tyrocinii ſui primitias in Jeroſolyma novi & vet. Teſtamenti matre noſtræque ſalutis officina tutanda Jeſu Chriſto conſecravit.

Carolus S. Canuti Dan. Regis filius ſacri belli ſocius.

§. II. *Celebri Niceæ expeditioni interfuiſſe Danos & Norvegos diſertè tradit* Thomas Fullerus *in Hiſt. belli Sacri libr. I.* Denmarck and Norvay near acquainted with the Artick pole, though the lagged the laſt Cand, may ther in be excuſed, becauſe of the length of the way were ſharers in the honnour of this exployement and performed good ſea ſervice. Pontanus *ad ann. 1103.* Aderant, *inquit*, in exercitu Gothofredi Bullionæi non tantum ex Germania & Gallia, ſed Dani quoque & Norvagi viri militares incredibili multitudine, quos pietas & gloria ſtimulabant. Nec terrâ tantum, ſed claſſi-

In expugnanda Nicea Dani Norvagique opem ferunt Godofredo Bullionæo.

claſſibus quoque Gallia Hiſpaniaque circumnavigata per Herculis fretum, mare Mediterraneum, contemptis ac ſuperatis omnibus difficultatibus in Palæſtinam feſtinatum.

[a] *Conſpirat* Alb. Stadenſis. Gothofredus, *inquit*, (ſc. Bullionæus Dux Lotharing.) præſidiis ſoederati ſui Imperatoris Conſtantinopolitani Romaniam attigit. Ibi ſociatis ſibi tam Siciliæ, quam Græciæ, Danorum, Normannorum cæterorumque transmarinorum exercitibus, frequenti congreſſu Barbaros atterere coepit. Tandem Romania ſubacta & Nicea expugnata Antiochiæ conſedit obſidio. Atque ita inſtructis compoſitisque copiis Danica proſapia in Saracenorum conſpiravit perniciem, ſed non e Dania ſolum aut Norvegia, ſed ex Sicilia etiam cum Regis eorum conſangvineo Roberto(*NB. intelligitur Sigvardus Hieroſolymipeta Rex Norveg. de quo mox dicturi ſumus. Hujus enim conſangvineus erat Comes Siciliæ hic Robertus, utpote à Normannis oriundus, Snorroni Sturlæo* Rodgeir *appellatus*) veluti & ex Græcia cum Alexio, in cujus aula magnâ frequentia & gratiâ reperiebantur complures Dani ac Norvegi. Conf. Micrælium libr. II. ſect. V. de bell. Sacr. nec non Hieroſolymitanæ Hiſtoriæ Scriptores.

§. 12. *Annum Seculi VII 1107 illuſtravit glorioſa Sigvardi Magnai Norvegiæ Regis in Orientem expeditio, de qua ſequentia ex Chronico Sturleſoniano latinè ſiſtimus.* Sigvardi Hieroſolymipetæ expedit. in Orientem.

Rex Sigvardus Anno 1107 ſexaginta navibus egreſſus, primo ad Henricum Regem Angliæ venit, deinde ad Hiſpaniam ſe contulit, ubi triremes Barbaricas obvias habuit, quibus debellatis, arcem quandam in Hiſpania expugnavit. Deinde Lisbonam

 adiit,

adiit, cujus dimidia pars conſtabat Gentilibus & dimidia Chriſtianis, ubi tertium iniens prælium magna reportavit ſpolia. Poſt hæc adiit Cairum, quam civitatem ditioni ſuæ ſubjecit. In inſula Formiteno prope Africam plurimos debellavit Mauros, quibus peractis, Majorcam & Minorcam petiit victoriamque obtinuit. Verno tempore ad Siciliam venit, ubi à Cognato ſuo Rodgerio, inſulæ illius Comite, integro octiduo lauto exceptus fuit apparatu. Octavo convivii die, manu Rogerii prehenſâ, Sigvardus Rex Comitem ad principem duxit ſedem, nomine Regio ipſi collato, qui Siciliæ ſe poſtea ſcripſit Regem. Sequenti verno tempore Rex Sigvardus mari per Græciam ad Judæam tetendit, claſſeque ad oram Ptolomaidis appulſa, Hieroſolymas deinde adiit, Balduino, quem Rex ibi adinvenerat, tunc temporis in terra Sancta ad gubernacula imperii ſedente, qui junctis armis Sidonem nec non aliam gentilium civitatem cepere. Balduinus varias reliquias ipſi dono dedit & fruſtulum Sanctæ crucis, quod ita revera eſſe una cum ipſo Patriarchæ ſancto aſſeverabant juramento. Inde Rex Conſtantinopolim & Cyprum petiit, datis Cæſari Alexio navibus ſuis, viciſſim ab eo plurimis equis donatus.

Cairum ſubjicit.

Comitem Siciliæ Regem creat

Sidonem capit.

Hæc Sturlæus. Commentarius Hiſtoricus Theodorici Monachi de Regibus Vetuſtis Norvagicis opera Kirchmannorum editus Amſtelod. 1684 Cap. XXXVIII. Inter multa, quæ Siwardus Rex egregie geſſit, illud præcipue laudibus celebratur, quod Hieroſolymam cum claſſe profectus eſt ſeptimo poſtea quam illa civitas à tyrannide Perſarum, Dei miſericordia, erepta eſt anno. In illo itinere multas civitates paganorum laudatur ſolo proſtrâſſe: inter quas & Sidonem urbem famoſiſſimam Phoenices provinciæ paganis abſtu-

abſtulit, Chriſtianis reſtituit. Caveam etiam quandam in cujus montis latere latronibus pleniſſimam, totam regionem infeſtantibus, non minus ingenio, quam viribus cepit. Multis itaque ſtrenuè geſtis plurimisque a Rege Balduino honoratus donariis, inter quæ præcipuum & meritò ceteris anteponendum fuit portio ligni Crucis Dominicæ, rediit Siwardus de eadem expeditione cum ingenti gloria inter optimos principes meritò numerandus. *Hæc Theodoricus. Siguardum hunc Magni filium perperam Magnum exteri ſcriptores vocant. Chronicon Hieroſolymitanum à* Reinero Reineccio *Steinhemii editum. Libr. XI. Cap. XXVI.* Interea frater Regis de Norvegia, Magnus nomine, in plurimo apparatu, in multa armatura, in manu robuſta, in buzis quadraginta, in decem millibus virorum pugnatorum, per biennium in circuitu ſpacioſi maris à regno ſuo enavigans, in portu Aſcalonis civitatis anchoram integris horis diei ac noctis fixit, ut videret, ſi aliqui viri à civitate terra vel mari ſibi occurrerent, cum quibus ex induſtria aut eventu aliquod certamen iniret, ſed Aſcalonitis ſilentio compreſſis & minimè prodire audentibus, poſtera die Japhet (*NB. Joppa*) applicuit, deſiderio adorandi in Hieruſalem *Et Cap. XXIX. ita ſcribit.* Navalis verò exercitus, qui à Babylonia eruperat & Chriſtianis per mare inſidias parabat, a Baurim Ptolemaidem divertit. Et plurima vi in malorum altitudine præeminentes, adeo urbis deſenſores aggravantes bello vexaverunt, ut totum portum fere per dies octo in navium multitudine & fortitudine invadentes obtinuerint. Interea dum in hac urbe Ptolomaide magna fieret deſolatio, & vix catena portûs hoſtibus obſiſteret, ne urbem apprehendiſſent, Rex Balderinus & Bertrannus ab Antio-

Rex Norv. ad Aſcalonem applicuit.

Deinde ad Joppen.

 chia

chia & Rohas cum omni manu adhuc indiviſa reditum parabant. Qui audita Babyloniorum adunatione & oppugnatione adverſus Accaron, velociori via accelerabant, ut ſuis ſubvenirent & ab hoſtili impugnatione liberarent. *Cap. XXX.* Verum Rex, parte ſui exercitus in auxilium Ptolemaidenſibus civibus Chriſtianis relicta ex conſilio prudentium virorum, primum Joppen ad Regem de Norvegia divertit, ut ex ore illius audiens ſciret, quid primum inſtare & adimplere poſſet. Mox omni amoris vinculo foederatis Rex nomine Magnus Baldevinum Regem obnixè precatur, ut viam ſecum ad orandum in Jeruſalem inſiſtat, ex Domini Jeſu authoritate, qui jubet fideles ſuos primum quærere regnum Dei & poſtea omnia profutura quærentibus invenire: deinde agere quæcunque eligeret, aut civitatem ſuo navali exercitu obſidere. Baldevinus Rex votis Regis Magni & ſuorum primatum cum omni benevolentia ſatisfecit, & Jeruſalem, ſicut devoverat, ſe cum eis iturum non negavit. Aſcendentibus itaque utrisque Regibus in ſanctam civitatem, univerſus Clerus in albis, & in omni cultu divinæ religionis, in hymnis & canticis cum univerſis civibus & populis occurrerunt & Reges cum omni comitatu ſuo usque ad Dominicum ſepulchrum in voce exultationis abduxerunt. Rex ſiquidem Baldevinus Regem Magnum manu honorifice ac familiori amore ducebat, juxta Apoſtoli vocem, qui ut honore invicem præveniamus, nos adhortatur. Ducebat quidem eum ac docebat omnia loca Sancta & ea, quæ nota habebat, ac multo obſequio & regali apparatu per dies aliquot eundem procurabat. Deinde ut magis ac magis amore & fide firmarentur, ad fluvium Jordanis in manu forti cum eo deſcendit, ubi catholico

Rex Norvegiæ cum Rege Balduino Hieroſolymas oratum profectus.

Rex Norveg. ſacra loca luſtrat.

In Jordane lavatur.

lico ritu in nomine Domini Jeſu peracto Jeruſalem ipſum Regem Magnum in gloria & jucunditate ſanum & ab omni turbine tutum reduxit. *Cap. XXXI.* Poſt hæc Jeruſalem reverſi, convocata Eccleſia, decreverunt communi conſilio, Sagittam vel Sidonem, quæ multa peregrinis damna & calumnias inferens Regi ſæpius reſtiterat, obſidere terra marique & nunquam ab ea recedere, donec urbs capta in manus traderetur. Nec multa mora, Rex Baldevinus & Bertrannus, acceptis copiis, in apparatu copioſo caſtra metati ſunt in obſidionem urbis Sagittæ, machinas & tormenta lapidum inſtituentes, quibus Urbs per ſingulos dies oppugnaretur. Movit pariter ab Joppe Rex Magnus navales copias & applicuit ad urbem Sagittam, ut eam à mari obſidens & expugnans, nullum introitum ante exitum hac in parte pateretur. Horum tam fortium virorum & magnorum Regum apparatum & vires terra marique adeſſe intelligens, navalis exercitus Babyloniæ à portu Ptolemaidis & ejus impugnatione ſeceſſit, ad portum Sur, quæ eſt Tyrus, illic moram faciens, ne Rex Magnus repertos in obſidione Ptolemaidis navali certamine diſturbaret. Sed tamen aliqui ex Babyloniis, buzis velociſſimis freti, hac & illac mediis aquis plurimo inferuntur conamine, ſi fortè aliquo eventu catholicos viros ſuperare & abducere valerent. At Babyloniis minimè ſucceſſit, unde Baldevini Regis audaciam & induſtriam metuentes, remenſis aquis Babyloniam reverſi ſunt: *Cap. XXXII.* Baldevinus Rex & Bertrannus, accitis copiis, obſidionem à terra ſtatuunt, Rex de Norwegia cum omni manu ſua anchoras figens, verſus mare ſedem in circuitu urbis firmavit. Sic locata obſidione toto conamine in aſſultu & crebris ruinis muros & turres urbis angu-

Rex Norveg. Sidonem obſidet a mari.

anguſtiantes, civibus è contra in armis & tormento lapidum ab intus fortiter reſiſtentibus, machinam multis diebus compoſitam applicantes, viros in arcu Baleari in ea poſuerunt, qui altitudine foliorum machinæ eminentes, deſuper muros per urbem & turres & ejus moenia ſpecularentur, & ſic per vicos & plateas gradientes plaga intolerabili arctarunt. *Cap. XXXIII.* Cives autem videntes machinam altitudine urbem ſuperare & civibus nocere, noctis in obſcuro cavationem ſub murorum fundamento plurimo conatu & mira induſtria fecerunt, ut facta cavatione trans muros usque ad ſtationem machinæ ligna arida & ignis fomitem comportarent, & his ſubito in favillam redactis cum humo machina rueret, & viros in ea poſitos in momento ſufficeret. Sed Rex, hanc artem præcavens, iniquam ex quorundam relatione machinam à loco cavationis amovit, & ſic labor Sidoniorum fruſtra conſumtus eſt. *Cap. XXXIV.* Tandem curriculo ſex hebdomadarum Sidonii videntes, ſe nihil adverſus machinam prævalere, & tormentis lapidum aſſiduè urbem & ejus portas concuti quin & navali aſſultu non minus gravari, navalem vero exercitum Babyloniæ abeſſe, dextras ſibi dari poſcunt, & urbem cum turribus & clavibus in Regis manibus reddi, ſub hac tamen conditione, ut Ammiraldus, præſes civitatis, & quibus eſſet animo, cum rebus ſuis, quantum valerent, collo & humeris deferre, pacificè egrederentur. Rex vero longa obſidione & aſſultu defatigatus, conſilio cum Rege Norwegiæ, cum Bertranno Comite & cæteris viris ſenſatis habito, petitioni Sidoniorum ceſſit, & ſic urbe in poteſtate ſuorum reddita ac patefacta, Sidonii cum Ammiraldo ſuo, circiter quinque millia, cum rebus ſuis in pace egreſſi ſunt, usque ad Aſcalonem

Urbs Sidon dedita.

lonem proficiſcentes. Cæteri, qui remanſerant, ſub jugo Regis & in ejus ſervitutem redacti ſunt. *Hactenus Chron. Hieroſolymitanum. His Ordericus Vitalis addit*, Tyrum opulentam urbem, in corde maris ſitam, ab eo obſeſſam expugnatamque. *Sed* Fulcherius Carnotenſis *de hiſce hoc modo diſſerit.* Tyrus a Rege Norveg. obſeſſa & expugnata.

Applicuerant interim Joppe gens quædam Norvenſis, quam de mari occiduo concitaverat Deus, ut Hieroſolymam peregrinarentur, quorum claſſis navium quinquaginta erat. Horum primus erat juvenis forma valde ſpecioſus, Regis terræ illius germanus, cumque regreſſus Rex fuiſſet Hieruſalem, adventu eorum gaviſus, cum eis locutus eſt amicabiliter, monens eos & deprecans, ut pro amore Dei morarentur in terra ſua aliquantulum & juvarent Chriſtianiſmum amplius promovendum & amplificandum, ut expleto utcunque negotio Chriſti in terram ſuam poſtea gratias Deo magnificas redderent. Quam petionem illi benignè ſuſcipientes reſponderunt, non pro alia cauſa Hieruſalem veniſſe, ſed quocunque cum exercitu ſuo Rex progredi vellet, ipſi marino itinere ſimul voluntarie proficiſcerentur: tantum ut victum eis neceſſarium impendere curaret. Hinc eſt conceſſum, illinc peractum & cum primitus Aſcalonem adire diſpoſuiſſent, laudatiori demum ſumto conſilio, Sydonem civitatem adeuntes obſederunt. De Ptolomaide, quæ frequentius Achon dicitur, movit Rex exercitum ſuum. Norvenſes verò de Joppe navigio proceſſerunt. Tunc claſſis Admiraldi Babylonii in Tyrio portu latitabat, qua Saraceni ritu piratico Chriſtianis noſtris peregrini peregrinis perſæpe oberant, & civitates maritimas, quas adhuc Rex Babylonis poſſidebat, munientes

tes vegetabant, cum autem de Norvenſibus murmurare audiſſent, nec de portu Tyrio regredi, neque cum eis congredi auſi ſunt: cumque ad Sydonem ventum eſt, obſedit eam Rex à terra, Norvenſes verò à mari, & factis machinis, terruit valde inter nos hoſtes, ita ut quærerent à Rege, qui ſolidarii erant, quatenus eos ſanos inde exire permitteret, & ſi ei placeret, agricolas ad excolendum terras cauſa utilitatis ſuæ in urbe remanerent. Hoc petierunt, hoc impetrarunt. Sine donativo quidem ſic ſolidarii abierunt, ruricolæ verò ſub pactione prædicta pacificè remanſerunt.

Jam decies novies Sol viſerat Architenentem
Urbem Sidonii cum reddunt menſe Decembri.

Plura de illuſtri hac expeditione admodum curioſa offendes apud Torfæum *Hiſt. Norv. Part. 3. Lib. 8. unde nos tantum ſequentia, ad magnanimitatem Regis Sigardi demonſtrandam, adjicienda duximus. Cap. IV. Pag. 457. ſeqv.* Sigardus (*ſc. Hieroſolymis redux*) in Cypro diutius moratus, tandem univerſam claſſem in Græciam direxit, atque promontorium **Engilsnes** ventis ſingulis diebus rectà Conſtantinopolim ferentibus, quatuordecim dies ſubſtitit &c. Ventum deinde, qui carbaſa oblique inflaret, nactus, iis per univerſum malorum interſtitium expanſis, aulæorum, parietibus ædium continua ſerie obductorum, ſpeciem, qui in terra pompoſam navigationem proſpectabant, præbuit; multa enim oppida præternavigavit. E ſingulis effuſa turba una cum agricolarum agminibus grato ſpectaculo fruebantur. Certior quoque Imperator de adventu Regis porta urbis ampliſſima, quæ noſtratibus **Gullvarta** (auream verrucam Latine dixeris) eum excipi

Rex Norv. Sigardus in Cypro diu moratus.

Navigatio Sigardi pompoſa.

cipi curavit, non alias aperiri ſolita, niſi cum Imperator longa expeditione victor triumphans urbem inveheretur. Ab iſta triumphali porta ad palatia Imperatoris omnium ſplendidiſſima, quæ Laktjarn appellantur, panni pretioſi per ſingulas plateas, quæ eò ducebant, ſtrati. Rex equos ſuperbè ſuper eos concitari juſſit, vetuitque quemquam tanta Imperatoris luxuria, tanquam nova & inuſitata re, moveri. Morkinskinna (*Mſſ.* Torfæo *ſæpius citat.*) aureas ſoleas equorum ungulis ſubnexas tradit, edicto ut excidentes nemo requireret. Imperatorem autem citharoedos, aulætas & varii generis ſymphoniacos obviam ei miſiſſe. Tali pompa Sigardum palatio Imperatoris maximo advectum &c. Addit præterea, quod reliqui libri omittunt, faſtu inter Imperatorem Regemque certatum; ſcamnis nimirum omnibus à convivis occupatis, duos viros cum ingentibus marſupiis auro argentoque diſtentis xenia afferentes, ſine gratiarum actione, ſine nutu a Sigardo dimiſſos, munera inter comites ſuos tantum dividi juſſa, quo cognito, Imperatorem, potentiam Principis contemtu talium menſum, auctiora importari curâſſe. Regem verò magnitudinem quidem prædicâſſe, ſed conſimiliter ac priora comites decerpere juſſiſſe. Quo iterum relato, Imperatorem iſtum Regem vel aliis Regibus potentiorem vel ineptiorem pronunciaſſe, tertioque ciſtas obryzo plenas illatas, duobus annulis pretioſis ſuperimpoſitis. Tum demum Regem aſſurrexiſſe, utrumque annulum cubitibus impoſuiſſe, orationeque luculentâ voce Græca Imperatoris magnificentiam celebrâſſe, opes verò inter comites diviſiſſe. Deinde poſt longiorem moram, cum in ſolio ſimul Imperator Rexque conſiderent, oblata ſex auri talenta (Skippund habent noſtri) vel

Sigardo Regi Porta triumphalis Byzantii aperitur.

Laktjarn Palat. Imperat. Byzantini.

Magnanimitas Sigardi Regis & faſtus.

Rex Norv. Imperatori in ſolio aſſidet.

vel ſi mallet ludum Padremicum pretii ejusdem; omnes perhibent, prælatumque ludum: diſceptatum deinde, utrum Sigardus magnificentius aurum reſpuiſſet, an Eiricus Daniæ Rex prudentius accepiſſet; utriusque neceſſitate litem diremptam. Sigardum enim in reditu auro non indiguiſſe, confecta prope expeditione. Eiricum verò exhauſtis propemodum theſauris, in medio peregrinationis prudentius munus Imperatoris ſpectaculo inani prætuliſſe. Inſtituti inde ludi &c. Referunt, qui Conſtantinopoli fuerunt, Padremica ſpectacula hac forma inſtituta. In campo plano circum vaſtiſſimum, aggere cinctum, gradibus in altum attolli, ſingulis ab aſſidentibus ſpectatoribus occupari, in campo ludos edi. Ibi ſtatuas Aſarum, Volſungorum, Guikungorumque æreas, viventium in modum moveri & inter ſe concertare, ludentibus quoque miſceri, ſpeciemque in aëre equitantium præbere igneaque tonitrua ſonare, & quædam horum non ſine artis magicæ ſuſpicione, adhiberi & varia inſtrumenta muſica, lyras citharas, panduras, organa pneumatica. Scribit etiam Autor Morkinſkinnæ de Sigardo idem ferè, quod Bromton & Knygthon de Roberto Secundo, Normanniæ Duce, nimirum quod Imperatorem ad epulas invitaverit, quibus præparandis lignorum defectu conſultò ab Imperatore vendendi copiam vetante, procurato, nuces adhibitas. Inſtructiſſimi convivii magnificentiam miratum Imperatorem; cum in alimenta ignis nuces adhibitas intelligeret, aſtum aſtu ſagaciore deluſum affirmâſſe, fidemque factam, Regem regni haud anguſtis terminis circumſcripti hoſpitem obtigiſſe, id quod donis tanto Rege dignis ſtabilitum, data nimirum univerſa claſſe, quam patria deduxit &c. Equorum quantum

Ludi Padremici.

Magnificentia Sigardi.

ſatis

ſatis Regi viciſſim datum &c. Magna comitatûs Regii pars Conſtantinopoli dimiſſa, quæ ſtipendiis Imperatoris deinceps militaret. Poſt triennium ab abitu rediiſſe fertur; anno ætatis viceſimo, æræ Chriſtianæ MCX.

Hinc Sigvardo noſtro cognomen Jorſalafar ſive Jeruſalems farer Hieroſolymipeta. *Hieroſolyma enim majoribus noſtris audiebat Jorſala & Judæa inde Jorſalsland, quem ad modum Conſtantinopolim dixerunt Myklegaard ſive* Den ſtoere Gaard *magnam Civitatem ex Mykil multus* unde Megle, meget, & Gaard *civitas, quæ vocula in linguis Armenica, Perſica, Punica & Sclavonica idem denotat. Sic etiam, ut ſupra monuimus, Æthiopiam vocarunt Blaaland; teſte laudato Theodorico; qui de Haraldo Haardraade Rege Norvegiæ nuper memorato;* Multa, *inquit*, ſtrenue geſſit in Æthiopia, quam nos materna lingva Blaaland vocamus. *Inde Æthiopes appellati Blaamænd. Edda Island: de appellationibus Regum.* Rieter ad Kalla Mykagards Keyſara Gricklands Kong oc than ſem rædur Jorſalalonde Jorſala Kong Roms Kong Romaborgar Keyſara. *id eſt:* Oportet nuncupare Imperatorem Conſtantinopolitanum Regem Græciæ & cui Judæa paret Regem Hieroſolymorum. Regem Romanum Romanorum Cæſarem &c.

Hieroſolyma Septentrionalib. Jorſala dicta Sic Conſtantinop. Myklegaard.

Et Æthiopia Blaaland.

§. 13. *Andrichomius in Theatro terræ ſanctæ*; Cum à nativitate Chriſti 1636 Sidon in Saracenorum manus perveniſſet, Hieroſolymorum Rex Balduinus I. anno IIII, inſtructa Danorum & Norvegorum, qui ſacra loca viſitandi gratia apud Joppen appulſi erant, navium claſſe, civitatem mari cingens ac ſuo exercitu terrâ obſidione vallans eam menſe Decembri cepit, ac captam cuidam ex Magnatum numero Euſta-

Dani in obſidione Sidonis opem ferunt.

ſtachio Gemer jure hæreditario poſſidendam donavit. Danos Norvegos pro navata bello opera præter victum nihil exigentes donariis honoravit. *Huc pertinet teſtimonium egregium Petri Bizari, qui ita in Hiſt. Genuenſi de Expedit. Syr. pag. 596.* Eadem tempeſtate è *Dania*, quæ olim *Cimbria* fuit, & *Norvegia* haud exigua claſſis in mari Orientali ad communem Chriſtianam Rempublicam juvandam conſpecta fuit, quæ certè tam opportuno tempore ſubſidio noſtris miſſa eſt, ut ejus uſus maximè nobis utilis fuerit & certe neceſſarius, cujus auxilio & virtute Sidon urbs inter Berythum & antiquam Tyrum nobiliſſima recepta fuit.

Thomas Fullerus *in Deſcript. bell. Sacr. Lib. 5, Cap. 22. ad annum* 1147. *Norway* (in that age the ſpruceſt of the three Kingdomes of Scandia, and beſt tricked up with ſhipping) ſent her fleet of tall ſouldiers to Syria: who like good fellows aſked nothing for their work, but their victuals, and valiantly wonne the citie of Sidon for the King of Jeruſalem. And it is conſiderable, that Syria (but à ſtep or ſtride from Italie) was a long race from *Norway*, ſo that their Pilgrimes went not onely into another countrey, but into another world. *Denmarck* was alſo partner in the foreſaid ſervice. Alſo afterwards, Ericus her king though he went not quite through to the Holyland, yet behaved hemſelf bravely in Spain, and there aſſiſted the winning of Lisbon from the infidels. *Mirum autem fieri hic mentionem Regis* Erici Boni *ad annum 1147. quem anno 1102. vel 1105. in Cypro mortuum volunt noſtrates. Calculo huic Fulleriano adſtipulantur* Calviſius;

qui

qui ad ann. 1147. in Hiſpanica, *inquit*, expeditione militarunt Rex Ericus *Daniæ*, Epiſcopus Bremenſis, Burgundus, Comes Flandriæ Theodoricus, qui potiſſimam exercitus partem duxit cum Lotharingis & Anglis. Solverunt ex Anglia die 12. Aprilis in Hiſpaniam, deinde obſident Olyſibonam, quæ erepta eſt ex ſervitute Maurorum poſt quinque menſium obſidionem 25. Octobr. *Item Angelus Manrique, qui Henricum vocat in Annalib. Ciſtercienſ. Tom. 2. Lugduni 1642. Pagg. 81. ad ann. 1147.* Claſſi, *inquit*, quæ Ulyſſiponem eripuit Saracenis, præfuiſſe ingentis nominis Duces, Henricum Regem *Daniæ*, Ducem Burgundiæ & Comitem Flandrenſem, ſunt qui affirmant.

Dani Mauris Olyſibonam eripiunt.

§. 14. *Debemus Johanni ejusque Nepoti Bernh. Caſp. Kirchmannis, præter Hiſtoriam Norvegicam Theoderici Monachi, Commentarium alium Anonymi ſimul ex antiquiſſimo Manuſcripto editum Amſtelod. 1684.* de Profectione Danorum *in Terram Sanctam circa annum Chr. MCLXXXVII. ſuſcepta. Narratur ibidem, Regem Daniæ Canutum Waldemari filium Othoniæ cum omnibus Epiſcopis & regni Principibus Curiam (Comitia Dannehoff) tenentem deſtructa terra Hieroſolymitanæ rumorem lamentabili dolore affeciſſe, Esbernum autem, fratrem Abſalonis Archiepiſcopi, geſta majorum commemorando plures ad iter Hieroſolymitanum animaſſe. Hinc quindecim de Nobilioribus iter prædictum ſe ſuſcepturos juramento firmaſſe, ſed inſidiis hoſtis antiqui omnes præter quinque à propoſito reſiliiſſe. Hos quinque enumerat Cap. VI.* Quinque tantum viri, *inquit*, de XV conſtantiam voti non linquentes ad condictam navium inſtitutionem feſtinabant, quorum hæc ſunt

Alia Danorum in terram ſanctam expeditio.

nomina: Ago filius Stigh Albi (NB. ex majoribus famoſi Stigoti Mareſchalli Regicidæ Stig Hvide) qui ætate maturior, autoritate quoque conſilii prior eſſe videbatur. Alexander alter *Abſalonis* Archiepiſcopi Nepos ex Sorore. Hi jungebantur ſocietate & communione rerum & in unius navis conſtructione collaborabant. Tertius Ako nomen habuit, qui ſimiliter ſtrenuitate pollebat & genere: erat enim venerabilis viri Nepos, *Tuconis Epiſcopi*, qui præ cæteris conceptum deſiderium ardentiori æmulabatur affectu, vicem cotis gerere non deſtitit, cunctos quos poterat acuendo. Hic ſibi ſocium adſcivit ſatis induſtrium nomine Skori, quem etiam ſuæ navis, quam conſtruxerat, fecit eſſe participem. Petrus quoque vir æquè nobilis, Albi Palnonis filius divitiarum abundantia copioſus, in fabrica ſuæ navis ſolus ſudaſſe dignoſcitur: Sweino etiam Thorkilli filius unus erat ex illis, qui Matthæum, virum generoſum, literatum, militarem tamen, viæ comitem & laboris conſortem elegit.

Quinque hi Dani ducentos Norvegorum Duce Ulfone de Lauſnes ſocios itineris nanciſcuntur &c. &c.

Iterata Danor. in orientem expeditio.

§. 15. *Tribus dehinc annis nova Danorum contra Saracenos adornatur expeditio, cujus mentionem ad ann. 1189. faciunt Hvitfeldius atque Pontanus.* Platina, *inquit Hvitfeldius*, ſkriver at de Danſke, Friſer og Flandrer hafve med 50 Skibeløbet under Africä Side og giordt de Saracener ſtoer Skade, indtaget en Bye, ſom heder Siluma. *Verba ipſius Platinæ hæc ſunt:* Clemente Pontifice incitante, præter alios Principes Chriſtianos, etiam Friſones, *Dani* & Flandrenſes cum 50. triremium claſſe inter navigandum ad litora Africæ flectentes

ctentes Saracenos magnis incommodis afflixere, capta ac direpta Siluma eorum urbe. *Pontanus de hac expeditione fuſius loquitur:* Romanus, inquit, Pontifex Clemens, ipſius nominis III, miſſa ſeorſim ad Canutum (ſc. Vltum) in Daniam legatione de auxilio mari ſubmittendo iisdem in Aſia laborantibus rebus Regem cohortatus eſt. Et referunt Chronographi, Danos tum una cum Friſonibus & Flandris navium 53. claſſem in ſubſidium confeſtim expediviſſe. Quæ exinde claſſis, poſtquam oram ſolviſſet, vi tempeſtatum in partem Olyſibonenſium delata tam inſignem Sanctio Portugallenſium Regi operam navavit, ut civitas Sylvenſis à jugo Saracenorum liberata ipſius tum acceſſerit imperio. Ita autem cum claſſis Præfectis convenerat Sanctius, ut ipſis præda, ſibi vero oppidum cederet. *Hæc Pontanus. Quoad Chronologiam leviter diſcrepat in Chronico ſuo Wolfgangus Dreſchlerus:* Eodem, *inquit*, anno (ſc. 1188.) *Danica* & Flandrica claſſis Africana litora infeſtat, Sylva urbe capta & incenſa. *Sed cum calculo Hvitfeldiano conſpirat Thomas Fullerus in Hiſt. bell. Sacr. Libr. V. cap. 22.* His ſucceſſor Canutus anno 1189. had provided his navie, but was prevented by death: his ſckips neverthelesſe came to Syria. *Joh. Micralius in Syntagm. Hiſt. libr. 3. Sect. 3. de Regibus Portugalliæ pag. 705.* *Sanceius I. F.* bellis adverſus Saracenos inſtitit auxilio Danorum ad ſacrum bellum egreſſorum uſus. *Elegantiſſimè autem Hiſtoria Hieroſolymitana Abbatis Aquikenſis.* Felix illa claſſis, quæ è *boreali* peregrinans oceano & iter attentatum aggreſſa tot tractus maris, tot terræ ambitus, tot pericula victrix permeavit & ab Europa per Africæ diſtricta tranſiens, Aſiæ etiam labboranti ſuccurrit. Hanc claſſem Dani moderabantur & Fri-

Portugalliæ Regi opitulantur Dani.

ſones, quos ab Aquilone progreſſos rigor nativus exaſperavit, & ad bellum aptavit triplex commoditas, artus proceri, mens indomita & fidei fervor &c. De adventu illorum in Palæſtinam audiendus Georgius Fabricius in Chronico Saracenorum: Baronius, inquit, in Annal. Eccl. & Rogerius de Expedit. Hieroſolymitana ita: Cæterum una cum navibus Teutonicorum quoque *Danica* convenerunt in Palæſtina ad obſidionem munitionis hoſtilis.

In expugnanda Ptolomaide non ultimi ſunt Dani.

§. 16. *Ludovicus Maimbourg Hiſtoire des Croiſades Livre V. l' an. 1190. deſcribens obſidionem, qua Ptolomaidem cinxit Rex Hieroſolymorum, Gui de Luſignan, memorat periclitantes jam Chriſtianos, & Saladinum obſeſſis ſuppetias laturum trementes, geminam claſſem adventare conſpicatos, cujus potior pars* Danica *erat navibus Friſicis mixta; Verba ſunt:* La premiere etoit celle des Danois & des Friſons, aux qvels s'etoient joints ceux d'entre les Anglois, qvi ne voulurent pas attendre qve les deux Roys de France & d'Angleterre fuſſent d'accord pour faire avec eux le voyage de la terre ſainte. Ceux-cy etoient tous gens d'elite, reſolus d'employer jusqv' à la derniere goute de leur ſang pour delivrer le ſepulchre de Jeſus Chriſt, & ils accomplirent ſi bien le veu qv'ils en avoient fait, que de douze mille maitres qu'ils etoient, il n'en reſta pas plus de cent en vie à la fin de le siege. *Et poſt plura,* le corps de battaille etoit formé d'une partie des troupes Allemandes, ſous le Landgrave, des Danois & des Anglois, avec l'Archeveque de Piſe.

§. 17. Idem

§. 17. Idem Livre IX. l'an. 1217. Le Roy de Norvegue, qui fit equiper un grand nombre de vaiſſaux bien armez pour la guerre ſainte, ne voulut pas abandonner ſon Royaume en prennant la croix qu' il fit prendre à pluſieurs de ſes ſujects, pour avoir part à l'honneur de cette entrepriſe.

Rex Norvegiæ contra Saracenos claſſem inſtructiſſimam mittit.

Extant Ludovici Regis Galliæ literæ, ex quibus innoteſcit, Regem Norvegiæ Hacquinum Hacquini Fil. (qui anno 1218. ad imperium Norvegiæ evectus eſt) in ſubſidium terræ Sanctæ peregrè proficiſci propoſuiſſe: Verba hæc ſunt: Ludovicus D. G. Francorum Rex univerſis amicis & fidelibus ſuis Ballivis, Majoribus & Præpoſitis, ad quos præſentes literæ pervenerint, Salutem. Cum chariſſimus noſter, illuſtris Hacon Rex Norvegiæ, in ſubſidium terræ ſanctæ transfretare proponat, ſicut nobis per literas ſuas intimavit, vobis mandamus, quatenus ſi eundem Regem per navigium ipſius per mare contiguum terræ noſtræ tranſire contingat, vel in terram noſtram, vel in feuda noſtra alicubi applicare, ipſum ac ſuos benigne & honorifice recipiatis, permittentes eosdem in terra noſtra victualia emere & ſibi per forum legitimum de ſibi neceſſariis providere. Actum apud S. Germanum in Laja 1248.

Litteræ Regis Galliæ de expeditione Norvagorum in terram ſanctam teſtantes.

Snorro Sturleſonius *nec ad ann. 1217. neque 1248. ſacræ ex Norvegia expeditionis meminit, ſed ad an. 1218. hæc habet:* **Sigurd Kongens Frende drog det Aar ud til Jeruſalem.**

§. 18. *Equeſtrem Danorum Ordinem Elephantinum expeditionibus hiſce ſacris ſuam debere originem pluribus eruditè demonſtrat Jvarus Hertzholmius*

Equeſtris Danorum ordo Elephantinus bello ſancto deberi perhibetur.

mius in Breviario Equeſtri Cap. IX. Sect. I. ſequ. Inde, *inquit*, à Regum & Principum noſtrorum expeditionibus & geſtis ſatis ſuperque cognitis conſtans illa traditio etiam ad Auguſtiſſ. gl. m. Fridericum III. Regem manavit, maximum ſcilicet ordinem Elephantinum primordia à Normanno quodam inter Principes noſtros accepiſſe, qui contra Africanos & Mauros acriter pugnavit & Elephantem in Oriente occidit, unde Elephantem in inſigne militare, ut ſacrum contra Barbaros trophæum, reportavit. Traditiones Authenticas literas inter Regni Archiva quondam repertas una cum Chriſt. II. exulaſſe facile dixeris. *Allegat præterea Hertzholmius MSS. antiquum, ubi traditur*, aliquem de literis bene meritum affirmaſſe, ſe legiſſe, Danum quendam in bello ſacro pro recuperatione terræ ſanctæ geſto fortisſime ſe albiſſimo Elephanto objeciſſe, eoque cæſo gloriam & teſſeram genti ſuæ peperiſſe, ut in torque memoriam Danicæ fortitudinis circumferrent.

Incerta de Danis bellatoribus per Ind. & Afr. fama.

§. 19. *In India cæſum hunc Elephantem docet Vigelius in Encomio generoſæ mentis:* Ut repetamus, *inquit*, Danorum improviſa facinora, qui ſub Chriſtiano Duce miraculis vix credendis victoriam ad Indos extendebant, hanc gloriam inde ſecum reportantes, ut Comitatus ibi erexerint, ipſique ex illorum Elephantibus jam nunc nobiles milites inſigniantur.

Danorum in India triumphus.

Comitatus a Danis in India erecti.

Jacobus Meurſius Deſcriptionem Africæ Ol. Dapperi dedicaturus Auguſtiſſ. Regi Chriſt. V. ita loquitur: Sonder Zweifel mus vor dieſem die Däniſche Crone ein groſſes darinn (ſc. Africa) beſeſſen haben. Es kan aber zuforderſt aus dem erhellen, daß durch die ſonderbahre Tapferkeit einiger Däniſchen Helden in ermeldtem Africa

Danorum in Africa geſta.

da-

damahls ſo groſſe Progreſſen gethan, daß derſelbigen Thaten von ihrem König mit einem abſonderlichen Ritter-Orden vom Elephant ſind belehnt und begabt worden.

III. Ad Tertiam Claſſem referendi veniunt, qui alias diverſas ob cauſas v. gr. *curioſitatem peregrinandi, linguarum ſtudium, connubia, commercia aut crimina in Orientem ſunt delati.*

§. 1. *De Olavi Tryguini Norvegiæ Regis in Græciam itinere, unde cognomentum Græci traxit, ita Snorro Sturlæus in Chron. Norveg. 125.* Samme Vinter døde hans Dronning Geira, thi ſeglede hand af Sorg ud af Landet og kom til Garderige, der kom ham fore i en Siun udi Søfne om de Chriſtnes ævige Glæde oc de fortabte og fordømbte Hedningers ævige Pine, thi drog hand derfra og til Grækeland og havde en lærd Mand derfra med ſig til Garderige igien ved Nafn Paulum, hvilcken med dronning Arlogiæ Tileggelſe omvende Kong Valdemar til den Chriſten Tro med hans gandſke Land. (Hinc patet curioſitate religioſa Græciam petiviſſe Olaum, ut in religione inſtitueretur Chriſtiana.) Et poſt nonnulla: Olaff ſeglede fra Franckerige og agtede til Engelland, men Vinden forſatte ham, ſaa at hand kom til dend Øe, ſom Sylling kaldes og ligger i Veſter i Hafvet fra Engelland, der laa hand nogen Stund og var der paa ſamme Øe en Eremit, ſom var en Spaamand, hannem talede Olaff meget med, hand lærdte og underviiſte ham meget i den Chriſtne Troe og Religion, og effter hans Raad ſeglede Olaff til et Cloſter og blef der

Olai Trygvini Norvegiæ R. in orientem profectio.

døbt af Abbeden, der hand var 46 Aar gammel, og blef hand kaldet Oli den Grækiſke (Oli hin Girſke) &c.

Olaus cognom. græcus.

Cel. Torfæus *Hiſt. Norv. Tom. 3. Cap. XIIX. p. 29* *de* S. Olavo: Inde fretum Gaditanum trajecturus Syriam, mox etiam Hieroſolymam petere meditabatur. Scriptores itineris Qvirini *Chriſtophorus Floravant* & *Nicolaus Michaël* eo vel hoc ipſo, vel quovis alio tempore, profectum ſuggerunt. Nam à Thrandiæ (Nidaroſiæ) civibus magnam ipſi comitibusque ejus exhibitam humanitatem teſtantur, cognito quod Veneti eſſent, idque in memoriam S. Olafi, quem à Principibus urbis illius, tum in abitu, tum etiam reditu, cum Hieroſolymas usque peregrinaretur, humaniſſime exceptum noviſſent. Repugnantibus ventis detentus vidit forte per quietem virum, forma valde conſpicuum, terribilem tamen, ſe accedentem, monentemque, ut propoſitum iter in orientem miſſum faceret, rediret ad proprios lares, ibi in æternum Regem futurum. Expergefactus interpretatus eſt, viſione hac regnum Norvegiæ ſibi promitti, propinquosque ſuos diu ibi regnaturos, conſilio deſtitit. *Hæc* Torfæus. Haraldus. Huitfeld *Chron. Dan. in fol. p. 54. ubi de pugna navali inter Svenonem barb. furc. Dan. Reg. & Olav. Tryguin. loquitur:* Kong Olof Tryggeſøn ſprang for Borde udi ſit fulde Tøy og død ſit lif dermed. *Ubi in marginal.* Andenſteds læſes, hannem at være bleven beholden og ſiden at have givet ſig udi Cloſter keſner udi Syria hos Jødeland.

S. Olavus in Syriam ac Paleſtinam cogitat.

Venetor. in S. Olav. humanitas.

Viſio S. Olavi.

S. Olavus in Monaſt. Syriaco degiſſe dicitur.

Obſervat Cel. Barthol. *in MSS. Bibl. Acad. Hafn. ad ann. 1030, Legendam novam de S. Olavo Rege inter*

ter alia poſt mortem ejus patrata miracula referre, quod Imperator quidam Conſtantinopolitanus, auxilio B. Olavi, ſibi apparentis, obtenta contra paganos hoſtes victoria, eccleſiam in urbe Regia in ejus honorem conſtruxerit. Conſ. Paſſionale Lubecenſe. Templum S. Olavi Conſtantinopol.

§. 2. *Author eſt* Reſenius *in præfat. ad* Erici Krabbe *Verſ. Germanicam Legis Jutica Hafn. 1684. germanum ſuum* Paulum Reſenium *Patavio, ubi Medicinæ Doctor renunciatus fuit, ſolviſſe Conſtantinopolin & inde ad ſacrum porrexiſſe ſepulchrum. Hoſpitem Fratres Monaſterii, quod ſepulchro Servatoris imminet, benigne excepiſſe, exceptum conſveto pedum lavacro, epulis & concentu Muſico, cujus ipſe gnarus erat, liberaliter habuiſſe. Dormitum deinde veſperi euntem in conclavis, quò ducebatur, januа præter alias quatuor literas exarata offendiſſe, ſequentia:* Ottho Schram nob. Danus fit eques S. Sepulchri.

OTTHO SCHRAM
Danus 1599.

Pollicitumque fuiſſe in epiſtola ex dicto Cœnobio ad Fratrem data, ulteriorem, ubi Cairum Ægyptiorum perventum eſſet, de hiſce & aliis per literas notitiam; ſpem verò illam eluſiſſe præcocia, quæ in itinere illo Africano, Metropoli Ægyptiaca nondum acceſſa, Paulum Anno 1657. extinxerunt, fata. Pergit deinde Reſenius *Genealog. Nobil. MSS. quam apud Communit. Reg. Præpoſit. poſtea Epiſcop. Alburgenſ. Doct. Janum Bircherodium olim viderat, meminiſſe* Otthonis Schrammii, Toparchæ *in Hammergaard, peregrinationibus variis maximam partem orientalibus defuncti, Wiburgi Cimbrorum in publico à Domino Severino Parocho in Hornum cultro transfoſſi, id quod circa annum 1616. contigiſſe obſervavimus. De*

peregrinationibus Noſtri anno 1587. initis & ſeptennio abſolutis, nec non equeſtri, qua Gvardianus memorati Conventus, qui Sanctus Salvator *dicitur, dato diplomate abeuntem cohoneſtavit, dignitate legi meretur Itinerarium ejus MSS. ex inclyta Bibliotheca.* Foſſiana *nobis perhumaniter communicatum, hujus tituli :*

Erlig og Velbiurdig Mands Hr. Otte Schrams til Hammergaard, hans Peregrinationer og Reyſer ſaaledes, ſom hand dennem i en Journal af hannem ſelv ſkrevet, haver forfattet. Førſt ud af Dannemarck igiennem Tydſkland til Øſterrige, og derfra igiennem Schleſien ind i Polen paa det Tog, ſom Ertz-Hertug Maximilianus af Øſterrige Kæyſer Rudolphi Broder giorde ind i dette Rongerige. Siden ud af Polen til Conſtantinopel og derfra Pilegrims-Viis til den Hellige Grav, hvor hand af Gvardianen udi Cloſteret S. Salvator blef giordt til Ridder. Begyndt udi Aaret 1587 og endt 1592.

Ibidem ipſe dicti conclavis, ubi inſcriptionem in janua reliquit, talem facit mentionem:

Den 8de Aug. 1591. ved 10 ſlet Formiddag komme vi til Jeruſsalem &c. Som vi nu komme i Staden og i det Cloſter S. Salvator er Pater Guardian med andre Munke kommen mod os, og undfanget os, og ſom vi nu hafde taget vores Toy af Eſlerne, har deført os op i Cloſtered og udviiſt os et Cammer, hvor ellers alle Pillegrime, ſom did hen komme, ligger &c. *Hinc verò patet genuinum Schrammianæ Inſcriptionis annum eſſe 1591. non 1599. ut perperam heic ſiſtitur:*

Pro-

Programma, quo equeſtres Schrammio conferebantur honores, vernaculè ibidem translatum, contenti eſt hujusmodi:

Frater Franciſcus ab Hyſpello, Gvardianus provinciæ Sancti Anthonii, Hieroſolymorum & totius Terræ Sanctæ Commiſſarius Apoſtolicus, omnibus conſtare cupit, quod Dominus Ottho Schram, Danus, Hieroſolymitanam anno 1591 acceſſerit urbem & ſacra ibidem loca v. gr. Bethlehemum, Montem Calvariæ, Sepulchrum Dominicum, Montem Oliveti, Sepulchrum Div. Virginis in Valle Joſaphati cæteraque peregrinatoribus religioſis adiri ſolita devotè perluſtraverit, ideoque ſe ob inſignem, qua ſingula venerabundus aſpexit, pietatem pereximiis aliis comitatam virtutibus in fidei ejus Chriſtianæque religionis incrementum poteſtate Apoſtolica ſibi ad id conceſſa dictum Otthonem Schrammium Sepulchri Dominici Equitem creare omnibusque per orbem ordinis hujus Fratribus renunciare, permiſſis ipſi Sanctæ Crucis, Sancti Sepulchri, Sanctique Georgii inſignibus reliquisque privilegiis equeſtribus ordini huic conſuetis. Datum Hieroſolymis in Coenobio S. Salvat. d. 22. Aug. Anno 1591. ſub ſacri Sepulchri Officiique ſui Sigillo. Diploma equeſtre.

Membranaceum diplomatis hujus autographum Excellentiſſimo & Illuſtriſſimo IVARO ROSENCRANTZ, S.R.M. à Conſiliis intimis &c. ſe olim obtuliſſe in ſuis ad nos literis monuit Vir Eruditiſſimus Mag. Chriſt. Tychonius *Diœceſ. Wiburg. Præpoſit. Primar.*

§. 3. Præ-

Danorum aliorum peregrinationes Oriental.

§. 3. *Præter hunc Schrammium noſtratium alii abſque ſuperſtitione curioſi poſt reformata ſacra ſacrum viſitarunt ſepulchrum, quos inter Dominus* Henricus Rantzovius *de Paltsgaard, cujus Itinerarium Germanica lingua extat impreſſum.*

Henric. Rantzov.

D. Joh. Schougaard Sultanis charus.

Doct. Iohannem Schougaard, *Medicum Danum, Conſtantinopoli obiiſſe refert* Thomas Bartholinus *Avus in Diſſertat. VIII. de Medicina Danorum domeſtica pag. 373.* Alii, *inquit,* (*ſc. Medicorum Dan.*) voluntario exilio extra patriam defuncti, ut *Rhodius,* qui Patavii obiit, *Scogardus, qui Conſtantinopoli, Sultanis charus,* defunctus; & *Reſenius,* qui in itinere Hieroſolymitano periit.

D. Paulus Reſenius.

Ivarus Vindingius.

Eraſm. Vinding. *ad calcem Acad. Hafn. meminit fratris ſui* Ivari, *poſt viſam Conſtantinop. Regii in Polon. muniendi Magiſtri.*

Theodor. Petræus.

Theodorus Petræus, *Flensburgo-Cimber, ut peritiam Lingg. Orientalium, quam Lugduni Batavorum alibique ſibi paraverat, eximiam augeret,* Friderici III. *Danorum Regis auſpiciis ac ſumptibus in Oriente, ac Græcia inprimis, Syria, Palæſtina & Ægypto annos aliquot exegit. Hinc cum divite MSS. Exoticorum ſelectiorum Theſauro redux accuratiorem linguarum Orientis hactenus ignotarum Æthiopicæ, Copticæ, Armenicæ, Ægyptiacæ & Perſicæ Notitiam* Europæ NB primus intulit, *qui otio vitæ privatæ literario (quod Profeſſionibus LL. Or. Publicis ab Academiis, Leidenſi, Hafnienſi & Viadrina ſibi deſtinatis prætulit) in Batavia, Anglia & tandem ab Anno 1669. Hafniæ ſeſe ad A. usque emortualem 1673 oblectavit. Monumenta ſua in lingg. Orientalibus peritiæ reliquit:* Homiliam Æthiopicam de Nativitate Jeſu Chriſti latino ſermone ad verbum

MSSta Oriental. domum refert.

Accuratam variarum Orientalium linguarum notitiam Petræus noſter primus Europæ intulit.

dona-

donatam Lugd. Batav. 1660. in 4. Prophetiam Jonæ ex Æthiopico in Latin. ad verbum verſam & notis aliisque adagiis illuſtratam, ibidem 1660 in 4. &c. *Vide Moller. Hypomn. ad Alb. Barth: item Ejuſdem Præfat. de Gentium Boreal. in literas meritis, nec non Clar.* Mölmanni *Diſſertat.* de viris claris Flensburgo oriundis.

Illuſtribus literatisque Eoi orbis peregrinatoribus Danis accenſeri merito debent, Heros generoſiſſ. Caſpar Friis, *1643. extinctus, cui Ægyptus, Arabia & Palæſtina viſæ, teſte Conc. funebr. Joh. Michaël. De fatis ejus conſ. Cel. Lud.* Holberg. *Hiſtor. Dan. Tom. 2. pag. 711. Nec non qui poſt peragratam Ægyptum, Nubiam aliasque hujus tractûs terras ſub initium hujus anni magno civium gaudio, majore Sereniſſ. Regis viaticum clementiſſimè largiti, voluptate patriæque emolumento incolumis domum rediit, Nobiliſſim. Dn.* Nordenius, *S. R. M. Navarcha militaris, Capitaneum vulgò vocant, cujus Itinerarium orientale longè curioſiſſimum & aliorum in deſcribendis iſtis regionibus hallucinationes detecturum, Danico Gallicoque ſermone brevi prodibit, figuris æneis exornatum. Hic teſtatur laudati ſuperius* Reſenii *nomen Pyramid. Ægypt. ſe offendiſſe inſculptum. Ut taceam* D. Janum Scherbecium, *Medicum olim Lubecenſ. teſte epitaphio Lubecæ erecto Cimbrum, quem nonnulli Flensburgenſem fuiſſe volunt, nos verò ex pago Cimbriæ ſeptentrionalis Skiærbech cum nomine genus traxiſſe opinamur, Danice* Jens Skiærbeck, *cum nomen Janus, noſtratibus* Jens, *Danis ſolis in uſu ſit. Hunc per orientem latè admodum peregrinatum teſtatur alterum ejus Lubecæ epitaphium Cap. de Danor. per German. Geſt. & Veſt. integrè adducendum, ubi inter alia:*

Peregrinationes orientales Caſp. Friſii & Nordenii.

Item Scherbecii.

Cui

Cui viſa Europa eſt, Aſia & minor Africa viſa eſt
Nilus Erythræo cum mare: viſus Arabs. &c. &c.

Haraldus R. Daniæ uxorem ducit filiam Regis græci.

§. 4. *Legitur Cel.* Peringſkioldio *teſte, in Hiſtoria* Haraldi Ringbanii *inter Codd. MSStos, quod* Haraldus Ringonis F. *Daniæ Rex nuptias contraxerit cum* Signia, Dagonis *Græciæ Regis filia*, regni illius mox etiam adeptus imperium. *Haud aliter ac* Ingo Sveciæ *Rex primò* Marſebilem, Margarii *Syriæ Regis filiam, ſecundo* Ludam, Lucarti *Bœotiæ Regis duxit Viduam.*

Haraldus Rex Dan. Græciæ Imperium adeptus dicitur.

Fabula de litteris Soldani Babylon. ad Chriſt. III. Dan. Reg.

§. 5. *Ad Regia hæc connubiorum exempla fabricatus eſt, quisquis fuit ille impoſtor, excogitatiſſimas* Soldani Babylonici *literas filiam ſuam* Xerzinam, Chriſtophoro Bavaro, *Danorum, Suecorum Norvegorumque Regi ſcilicet! deſponſantis. Quanto in pretio putidiſſimum figmentum habuit Doctiſſimus aliàs* Peringſkioldius *prodit in Not. ad Vitam Theodor. Regis Gothor. p. 501.* Harum literarum, *inquit*, apographum ex translatione Latina, quæ in Archivo Regio cuſtodiebatur ante deplorabile incendium nuperum, deſcriptum veluti *pretioſam purpuram* noſtro panno ſubtexere haud alienum fuerit:

Tenor Epiſtolæ Imperatoris Babiloniæ ad Dominum Regem Chriſtophorum Regem Svecorum &c. Anno MCDXLIV.

Litteræ ficititiæ.

Baltaſar Soldanus, conſanguineus Deorum, Babiloniæ Imperator continuus, Alexander Macedo, Dominus Dominantium Africæ, Rex Regum Arabiæ, Caldeæ, Perſiæ, Libiæ, Barbariæ, Armeniæ, Aſſiriæ, Moſtenoiæ, Nubiæ, Alexandriæ, Egypti, Parthiæ, Mediæ,

Meſo-

Meſopothamiæ, Cuſtosque Speluncæ Crucifixi: Salutem & amicabilem felicitatem. Nuper per tuum nuncium nobis dilectum Magiſtrum Johannem de Europa auribus noſtris intonuit, te fore magnum Regem Trullorum, purgatorii & diſtrictuum gelidæ terrenalis plagæ, ſcilicet Norvegiæ & validorum Svedorum & magnæ gentis Danorum & Principem Bavarorum & victorem inexpugnabilem Gothorum, qui magna & varia olim in regnis noſtris triumphantes fecerunt & noſtris Divis Prædeceſſoribus anguſtias poſuerunt. *Igitur* de tua perſona & potentia amicitiam volumus, in quibus auditi miro modo gaviſi ſumus & fuimus. Ideo in Baſilicis noſtris Deorum noſtrorum offerta obtulimus, quod de Deo tonante tibi ſit data poteſtas, laus & gloria hujus mundi in tam juvenili ætate. Miramur, quod obedis Sacerdoti Romanorum, cum etiam Dii noſtri, Machomatus, Amon, Cromethuy tibi proſperitates faveant. Ea propter ſcias, me brevi viſitare te cum Zephyro navigio noſtro magno verſus ſeptentrionalem plagam, verſus Arachoſiam Vesgentiam (alii legunt vergentem) Moſchoviam Ruſſiæ tuam regionem tangentem, perſonaliter viſitare & ibidem filiæ noſtræ Xerzinæ pulcherrimæ conſignare te in maritum & ipſam tibi in uxorem; ideo miſimus tibi epiſtolam præſentem noſtris cum munuſculis, vas aureum puro balſamo plenum, per tuum prædictum hominem, commenſalem noſtrum continuum, qui tibi noſtra ex parte multa dicet. Datum Babiloniæ ſuper Nilum

Mag. Johannes de Europa Legatus Danicus ſcilicet Conſtantinopolin.

Ma-

Machometi & Crometi (alii Clemeti) Deorum noſtrorum Ramedati (alii Rameati) Amonis Elgaſiſtri.

Superſcriptio.

Cui noſtri Dii favent, de quo in Oraculo noſtro Deorum noſtrorum reſponſa habemus & in quo forte Spiritus Alexandri Magni operatur, Magno Regi Gelidorum Trullorum & purgatorii, Norvegiæ, Danorumque atque Suedorum, Gothorum robuſtorum & Schlavorum, Bavarorum Principi excellenti, collaterali noſtro, nobis præcaro.

Vitus Beringius *in* Flor. Dan. *ex* Meſſenii Theatro *paulo aliter ſiſtit.*

Magno Regi Gelidorum Hyperboreorum Svedorum, Gothorum robuſtorumque Danorum & Slavorum &c.

NB. *Per Regem purgatorii intelligitur ignivoma Islandorum Hecla, Papiculis olim purgatorium, gentilibus ipſum infernum credita, vid. Th. Barth. Antiquit. Danic.*

Accuratè fabulam explodit Beringius l. c. pag. 668. Quodſi, *inquit*, Soldanum Babylonicum excutias, nec eum quidem aut vivente Chriſtophoro Balthazarem fuiſſe reperies, qui tum temporis tremendus non minus animo, quam nomine, extitit, Amalec Aldaber, Saifoddin, Abuſald, Jachmach, Alolai Aldhaberl, qui imperare cœpit Anno 1438. & obiit anno 1453. Et fac competere nomen, nec ſic quidem a quoquam exſpectaveris, ut ventóſiſſimæ epiſtolæ adhibeat fidem. *Et poſt nonnulla:* Quid opus fuit, in toto orbe quærere generum, cui remugiente Alcorano & frementibus Muphtis, filia elocaretur. Si-

ti-

titulos inſpicias non alibi generum videtur poſſe, quam in coelo reperire. Fruatur quisquis volet blando mendacio & prolixè indulgeat ſibi. &c.

§. 6. *Mercatores Arctoös emporia Orientis & in ſpecie Alexandriam Ægyptiorum olim frequentaſſe author eſt Judæus Navarrenus, qui Europam, Aſiam & Africam peragraverat, Rabbi Benjamin, Jonæ filius Tudelenſis in Itinerario ſuo* מסעותי בנימן *Lugduni Batavorum 1633 cura* Conſtantini L' Empereur *ultima vice impreſſo. Verba ejus huc facientia ita vertit* Joannes Jacobus Bircherodius in Arcto Alexandriæ ſeu de priſco Septentrionalium in Urbe illa mercatu Hafn. 1685. Mercatores Dani per orientem noti.

„Regio hæc commerciis frequentata omnium populorum eſt negotiatrix, & è toto imperio Edom „(Chriſtianorum) Alexandriam adventant, è regio-„nibus Valentiæ, Toſcanæ, Longobardiæ, Apuliæ, „Malchi, Siciliæ, Cracoviæ, Cordubæ, Hiſpaniæ, „Ruſſiæ, Germaniæ, Schweſchniæ (Sveciæ) Dane-„marchiæ, Gelatz (Islandiæ) Flandriæ &c. &c. *Nec ſecius emporia Septentrionis olim acceſſerunt Mercatores Orientis, Venetam Pomeranorum & Wisbyam Gotblandiæ, Strelovio teſte in Chron. Guthiland. pagg.* 120. & 121. *ubi Judæos & Græcos hic mercaturam exercuiſſe commemorat. Reciproco huic Orientalium & Septentrionalium commercio nummos deberi Arabicos heic locorum olim effoſſos, non eſt quod dubitemus, accedente teſtimonio Scriptorum Hiſpanicorum, qui, dicente* Hertzholmio, *referunt majores noſtros Regibus Arabicis multum negotii faceſſiſſe, ſpolia ipſis detraxiſſe, multumque argenti domum ſecum attuliſſe.* Veteres Dani etc. Regibus Arabicis graves.

Hodiernæ Danorum in oriente coloniæ.

§. 7. *Nec hodie ceſſant noſtratium cum Orientalibus commercia, inſtitutâ anno 1618 ſuaſu Hollandi* Marchelis de Boshower, *Indis* Principis de Migomme *vocati*, Euro-Indica *Mercatorum Danorum* Societate, & Tranquebara *emporio noſtratium* Coromandelico *una cum Fortalitio Danoburgo excitata. Qui quæſtuoſam Danorum in Indos navigationem auſpicatus eſt, Archithalaſſus Danicus*, Owenus Giedde, *ad* Caput bonæ ſpei, *quod vocant, in reditu provectus, in Auguſtiſſimi Daniæ Regis honorem mnemoneuticam hanc lapidi ad portum, qui Tafel-Bayenſis audit, inciſam voluit inſcriptionem.*

Regna firmat Pietas

CHRISTIANVS IV.

Den Danſke Konges IV. Skibe komme
i Tafel-Bay
Anno 1619. d. 19. Julii
under
Den Aerlige og Velbaarne Mand
Offe Giedde
til
Tommerup,
Hvilcken kom atter her tilbage fra Indien
med det Skib
Elephanten
Anno 1621 d. 30 Aug.

Id

Id eſt:

Quatuor Daniæ Regis navibus
Taſel-Bayenſem An. MDCXIX. d. XIX. Jul. intravit
portum
Vir Nobiliſſimus & Generoſiſſimus
Owenus Giedde
de Tommerup,
Nave; cui ab Elephante nomen eſt,
Anno MDCXXI. d. 30 Aug.
ex India huc revectus.

Eleganter Poëta Lipſienſis Clar. Dominus Gottſched in Carmine Gratulatorio: Gedichte auf die Land-Cantzler-Würde des Herrn von Friccius in Holſtein 1737.

Wo Phoebus nach verſtrichner Nacht
Noch in Aurorens Armen lacht,
Dahin geht Copenhagens Handel,
Dadurch erſchallt das Chriſtenthum,
Der Europæer eigner Ruhm,
Nach Malabar und Coromandel.

Initio pagus erat Tranquebar, quem Rex Tanjourenſis *ea lege noſtratibus ceſſit, ut ipſi annuatim 2000 Perdous ſolverentur. Hodie vero Commerciorum beneficio in amplam ac ſpectabilem accrevit civitatem, præter quinque gentilium delubra fanumque Muhamedanum longè vaſtiſſimum tria Chriſtianorum Templa*, Danicum, Miſſionario-Malebaricum, & Romano-Catholicum *oſtentantem. Anno 1718 eductis 40000 militum copiis, Urbem Tranquebarenſem novem menſium obſidione preſſit Rex Tanjourenſis,*

Urbs Indica Danor. Tranquebar.

 magna

magna argenti vi mitigatus. Territorium Tranquebarenſe quindecim pagos complectitur, quorum unus nomine Boreiar *non contemnendæ civitatis fortunam æquat. Haud æquis paſſibus nobis ſucceſſit commercium Ceilonenſe, adeo ut nihil tanto dignum hiatu tulerit promiſſor* Boshowerus, *nomine Imperatoris Indici aureos heic, quod ajunt, montes pollicitus.*

Commercium Ceilonenſe.

Islandorum aliorumque Sept. cum Japonenſibus commercium.

§. 8. *Islandis noſtris cum* Japonenſibus *olim interceſſiſſe Commercia ex affinitate quadam linguarum colligit* Claudius Duretus *in Hiſtor. Lingvar. Cap. 76.* Sunt ex Neotericis, *inquit*, auctoribus, qui obſervarunt, quod in Inſula Japoniæ multæ voces reperiantur conformes vocibus Islandicis, ſignum Commerciorum, quæ olim inter has duas nationes exercebantur. *Hæc* Duretus. *Quid quod dentur, qui aſſerere non dubitant, Japonenſes hodiernos & ortum & religionem debere vetuſtiſſimis Scandinaviæ incolis Celticis, tempore Cyri & Darii eò delatis. Meo quidem palato minus arridet narrationis iſtius fundamen valde lubricum. Nihilominus huic loco & inſtituto non ineptum erit adducere & ipſi Lectori dijudicanda relinquere verba eximii operis à Jacobo Meurſio editi Amſtelodami An. MDCLXXX. in Fol. ſub rubro.* Ambaſſades memorables de la Compagnie des Indes Orientales des Provinces unies, vers les Empereurs du Japon, *ubi P. I. p. 89. hæc habet.* Ces Prêtres etoient iſſus des Gots, qui etant ſortis de la Scanie, dans laquelle etoient autrefois compriſes la Suede, la Norwegue, & la Schoone, furent menez par leur General nommé Taunaſis juſqu' en Egypte, où ils vainquirent le Roi Veſoſis

ſofis. De là, ils marcherent contre les Perſes, où ils d'etranges ravages ſous le Regne des Rois Cyrus, Darius & Xerxes. Enſuite ils inonderent les Indes, la Chine & le Japon, où ils confererent de la Religion avec les Brachmanes, & les Bonzes, ſi-bien que ce n'eſt pas merveille qu'il y ait tant de conformité entre leurs opinions.

§. 9. *Commercium Gvineenſe initium ſumpſit An. 1658 cum* Henricus Charlof *auſpiciis* Friderici III. Cabo Caſſo *Svecis extorſerat, Chriſtianiburgo in Regno Acara ſequenti anno 1659 fundato. In Pace deinde Hafnienſi Anno 1660 Commercio huic in totum renunciavit Suecus. Cum verò Gvinea & America uni negotiantum unà aſſocientur Societati*, Occidentalis Indiæ *vulgò dictæ; veniam facilè impetraturos nos ſperamus, ſi nos quoque Euro junxerimus Notum, Laconicam trium, quas America Danis debet, mentionem hic facturi inſularum, videlicet* S. Thomæ, S. Johannis & S. Crucis, *priores duas cedentibus Anglis 1675, ultimam verò Gallis Anno 1732. Mittimus* Novam Daniam *in America Septentrionali Anglis parentem. Ineptè admodum in libello de antiquiſſimo Helmeſtadii ſtatu Vir aliàs Doctiſſimus* Hermannus Conringius, *Scandinaviam noſtram olim ingreſſis Germanis, priores incolas (ſi Dis placet) in Americam usque aufugiſſe. Hac occaſione Commerciorum ἐκ παρόδου monere libuit jam vela in Orientem retrorſum danda.* Danorum in Africa & Amer. Coloniæ.

§. 10. *Extremum igitur occupabunt locum, quos ob patrata crimina in Orientem eructavit Septentrio, ſive fugâ, ſive relegatione eò delatos. Superſtitioſa ſecula quod attinet, orienti ſe non rarò credebant ca-* Qui ob crimina ſua ſive fuga ſive relegatione in Orientem delati.

 pitalium

pitalium ſcelerum rei ſpe inprimis remiſſionis peccati ſepulchri Dominici ingreſſu potiundæ. Exemplo eſt Olaus Strangeſonius *qui* Haſburdum *vita privaverat. Vide Cantil. Heroic. Part. 3. num. XII.*

v. 22. Og nu ligger ungen Haſburd og er ſlagen død fra Heſt: Oluf Strangeſøn er en fredløs Mand og Skoven ſkiuler ham bedſt.

v. 23. Og nu ligger ungen Haſburd og Blodet rinder hannem til døde. Oluf Strangeſøn rider til Jorſals-Land, hand kand vel tiene ſin Føde.

v. 24. J give mig Vand at ledſke min Tørſt, Jeg drikker det heller end Viin, Ret aldrig kommer jeg fra Jorſal hiem, At tale med Moder min.

Noſtra verò memoriâ Vates ingenio & arte felix, ſed quæ ejus infelicitas fuit, Satyricus, Mag. Jacobus Wormius, *olim S. S. Theol. Vice-Lector & Paſtor ad Ædem Franciſcanor: Wiburgi Primarius, ob libellos quosdam famoſos v. gr. Studioſum Lamentantem, Horologium Regium, Viſionem Abrahami, Idola Jeroboami &c. &c. quibus in Regem, Optimates & Statum Reipublicæ effreni licentiâ eſt debacchatus, capitis primum damnatus, ſed capitali ſupplicio, interceſſione Gyldenlovii aliorumque, quos ſupplicibus è carcere fatigavit carminibus, in exilium mutato, Tranquebaram Indorum Anno 1681 deportatur, Cantoris eccleſiæ ibidem munere aliquandiu functus. Ante ann. 1694 extinctum conſtat, qvippe quo relicta Vidua* Abela Aothonia *ſecundis nuptiis* Mag. Matthiæ Trane *Præpoſito poſtea Viburgenſi juncta fuit. Poëmata Noſtri ſpiſſo ſatis volumine habentur Mſſ. Ad calcem tale ejus adjicitur Epitaphium.*

Sand-

Sandheds Elſkere Udyds Hadere, Sit Fædernelands Prophet, Indiens Danſke Apoſtel.

Mag. JACOB WORM.

Der ey vidſte at hyckle, men Synd og Laſter at ſtraffe, der Vantroe og Utroe baade med Pen og Mund underviiſte, fick for Sandheds Skyld ſin leyr og Hvile-Sted paa dette Sted, ſaa hand ſkiønt hand af Fædernelandet blev forbandet, dog ikke af Soelens Heede er bleven forbrændt, men naturlig og ſalig effter hans overfart over Havet, hans korte være i Indien, hans ſtøre Opbyggelſe iblandt de Sorte, til det himmelſke Fæderneland af Chriſto er annammet.

Nec magnificè minus de eo loquitur Mag. Fridericus Brecklingius, *Paſtor olim in Holſatia Handewittenſis à Doct. Klotzio, Superint. Gen. heterodoxiæ accuſatus officioque motus, in ſic dicto* Catalogo Teſtium Veritatis, *quem Parti IV Hiſtoriæ ſuæ Eccleſiaſticæ* (Kirchen- und Ketzer-Hiſtorie) *ſubnectit Gothofredus Arnoldus, ubi inter alios noſtratium offendimus* Wormium *hoc elogio decoratum: pagg. 765.* Mag. Jacobus Wormius iſt wegen eines Tractats von Dan und Bethel in Dennemarck aufgerichtet, alldar abgeſetzet, und nach Oſt-Indien verſandt, da er die Bibel in Oſt-Indiſcher Sprache überſetzt. *Sed* Brecklingio *incauto Cenſori fucum feciſſe videtur* Apologia Wormiana *in ergaſtulo conſcripta, ubi ſibi cum graſſantibus ſolummodo peccatis, non hominibus litem fuiſſe ex omnibus, quas ſcripſit, Satyris ſpecioſum prima fronte Zelum ſpirantibus, evincere allaboravit, provocando*

ad ſexcenta ſacræ paginæ dicta & poſt illa ad Scuppii Speculum Regnatorum, *unde complurima hauſta voluit, ad exemplum Doct.* Chriſtophori Georgii Dybvadii, *illuſtris olim in Acad. Hafnienſi Mathematici, qui non abſimili calami linguæque incontinentiâ quondam graſſatus, pleraque ex* Bodini *de Republica libello ſe mutuatum prætexit. Quodſi vero Brecklingius ipſos, ob quos vapulabat* Wormius, *inſpexiſſet libellos, petulanti dicacitate & obſcoenis non raro locutionibus deformes, iſtiusmodi profecto abſtinuiſſet præconio. Nec circumſpectè magis in ſequentibus proceſſit idem* Brecklingius Wormio *immediatè adjungens libidinoſum iſtum Mag.* Olaum Biörn, *Autorem fictitiæ obſeſſionis diabolicæ, cujus urbs in Cimbria* Tiſtadienſis *olim laborabat infamiâ, tanquam ſanctiſſimum Dei in expellendis dæmoniis inſtrumentum, quæ omnia falſis rumoribus tribuenda. Quod verò attinet ſacras Literas à Wormio Indicè translatas, famâ comprobatur,* Malebaricæ Novi Teſtamenti Verſioni, *ut & Ethnicorum Converſioni navaſſe operam, ad meliorem frugem miſeris jam rebus, ut ſperamus, redactum, id quod ipſe innuit ſequenti* Carminis Valedictorii *diſticho.*

Da Lykken ſlog mig feyl, da lærdte jeg at kiende
Min Gud, min Ven, mig ſelv, men allermeeſt min Fiende.

Inter præſtantiores Vernaculæ Vates in eleganti Summi Poëtæ nobiliſſ. Cimbrorum Areopagitæ Theocari Reenbergii *Carmine, quod* Deorum in Parnaſſo Concilium *inſcribitur,* Wormii mentio injicitur his verbis: Da ſaae man een at komme med Bolte om ſit eene Been og Vers udi ſin lomme

me etc. *Eruditionis non vulgaris teſtes reliquit Diſputationes publicè habitas numero viginti duas, argumenti Philoſophici & Philologico-Græci, Ebræi & Syriaci, in Promotione Magiſteriali gratiarum actionem Hebraicis, quod inſolitum, metris complexus. Natus erat Kircke-Helſingiæ in Nomarchia Sialandiæ Leonina* (Løve-Herred) *d. 8. Dec. 1642. Patre uſus Dno* Petro Jacob Wormio, *Præpoſito & Paſtore ibidem, Avo autem & eponymo* Dno Jacobo Petri Wormio, *Eccleſiaſte in Sialandia Neapolitano. Integro ſeptennio Rectorem ſuſpexit Schola Slangerupiana, nuper abolita. Anno 1669 obtulit Auguſtiſſ. Regi Chriſt. V. Scriptum à ſe elucubratum ſub titulo.* Jus Regium vocandi Paſtores. *Hæc ſunt potiora ipſius Perſonalia, quæ quanquam propriè hujus loci non ſint omnia, hic tamen, ne interirent, adſcribere placuit.*

P. S.

Danor. in Ind. Miſſio Evangelica auſpiciis FRIDER. IV.

Videtur inſtituti ratio requirere, ut hoc loco non nihil dicatur de famigeratiſſima iſta ad propagandum per Indias Evangelium Jeſu Chriſti, *inſtituta* Miſſione, *quam ſub ſeculi currentis initium i. e. An. 1705 orſus eſt pius Magnanimi Regis Daniæ & Norv.* &c. FRIDERICI IV. *zelus, datis hunc in finem præter alia munera bis mille imperialium ex reditibus annuis, commiſſaque primitus hujus rei cura inſigni aulæ ſuæ Theologo,* Franciſco Julio Lutken (*Epiſcopo Hafnienſi* Henrico Bornemanno *id renuente*) *& fundato poſtea anno 1714. die 10 Dec. Collegio ſpeciali, quod* de curſu Evangelii promovendo *dicitur, cujus membra prima fuere, ex ordine Equeſtr.* Joh. Georg. de Holſtein & Wilhelmus Mauritius de Buſeck *dictus* Munch, *uterque S. R. M. à conſiliis intimis. Ex Ord. Eccleſ.* Joh. Steenbuch *Theol. Prof.* P. Jac.

Lodberg *Theol. Prof. deſignatus & ad Æd. D. Virg. Paſt. & Præpoſ.* Chriſtianus Wendt *in aula Princ.* Caroli *pueror. nobilium Gubernator. Cum verò penitior hujus rei notitia commodè hauriri poſſit ex emanantibus quotannis relationibus Hallenſibus ſub rubro:* Bericht derer Königlichen Däniſchen Miſſionarien zu Tranquebar in Oſtindien, *quarum ſumma in compendium redacta Halæ prodiit, hoc labore jam ſuperſedeo, curioſum Lect. eò remittens. Ne tamen ſicco pede rem tanti momenti videar præteriiſſe, dabo brevem recenſum ſeptem Miſſionum, cum nominibus piorum virorum, qui ſucceſſivè ſpartam hanc difficillimam in ſe ſuſcipere non detrectarunt, videlicet Ao. 1705 ad Evangelizandum Indis, jubente & auſpicante S. R. M. Dan. miſſi ſunt Dn.* Ziegenbalg, Plutſchow & Böving. *Anno 1709. Dom.* Grundler. *Anno 1713. Dn.* Berlin & Adler. *Anno 1719 Dn.* Schultze, Dahl & Kirſtenmacher. *Anno 1725 Dn.* Breſſier, Boſe & Walther *Anno 1730 Dn.* Richtſteig & Worm. *Anno 1737* Obuch, Widebrock & Kohlhoff. *Fideles iſti veritatis ſalutiferæ præcones multa gentilium millia Chriſto lucrati ſunt, non in ditione tantum Danor. Tranquebarica, ſed & in circumjacentibus oris, idque partim in propria perſona, partim per edoctos & præparatos in ſeminario Danico pædagogos, partim verò libris in Typographia Tranquebarica excuſis: Translata quippe eorundem ſtudio & opera eſt S. Scriptura non in Malebaricam tantum ſed & in Malaicam, Varugicam, illamque Portugall. linguæ, quæ Indis familiaris eſt, dialectum. Malebaricè his typis vulgata prodierunt tota Biblia, Nov. Teſt. ſæpius. An. 1716 inchoatum eſt, præter ſcholas plures, ſeminarium Theol. pro inſtituendis præparandiſque Miſſionariis ex ipſa gente Malebarica* oriun-

oriundis. Hi lingua vernacula Theologiam utramque Hiſtoriam aliasque Doctori neceſſarias ſcientias addiſcentes Pædagogi, Catechetæ, quin & Paſtores impoſitione manuum rite ordinati evadunt. Nec tacendum eſt, Danorum Miſſionarios imitationis ſtimulum addidiſſe Anglis, Batavisque, unde Madras, Cudelur aliisque in locis vicinis ſimile quid oriri magna cum voluptate percipimus. Incrementum concedat Pater Luminum, à quo omnia dona perfecta ſuperne deſcendunt.

CAP. II.

DE DANORUM PER ITALIAM GESTIS AC VESTIGIIS.

Introitus ex Wormio de Monument. Volateran. Peroſin. Florentin. & Meſſanenſi.

Sectio I. Antiquiora ſiſtens.

§. 1. *Cimbrorum in Italia Geſta longè inclytiſſima.* Adductis binis inſcriptionibus Romanis Mario ob triumphatos Cimbros poſitis.

§. 2. *Gothorum in Italia Res geſtæ & Oſtro-Gothicum ibidem regnum.* Allatis inſcriptionibus, marmoreæ ALARICI Gothorum Regis Statuæ Romæ in Hortis Mediceis adhuc ſuperſtitis, Templi S. Appollinaris Ravennæ à THEODORICO Oſtro Gothor. Rege fundati, Lipſano-thecæ Ejusdem in antiquo ipſius Palatio ibid: nec non Ulnæ cupreæ Gothicæ in campis Veronenſibus effoſſæ.

§. 3. *Longobardorum in Italia Geſta & regnum.* Ubi Epitaphium ARIBERTI, PERTARITI, GUNDIPERTI, CUNIPERTI, LUIPERTI,

PERTI, RAGUMPERTI & ARIPERTI Secundi Regum Longobador. Papiæ in Baſilica Salvatoris Monachor. Benedictinor. FLAVII LUITPRANDI Regis Longobard. in Eccleſ. S. Petri ibidem. Idem FLAVIAE Reginæ DESIDERII ultimi Longob. Regis Uxoris Breſſiæ in Monaſterio.

§. 4. Clarus in Italia Oligerus Danus.

§. 5. Expeditio Lodbrochidarum in Italiam.

§. 6. Geſta Danorum Duce Haſtingo in Italia.

§. 7. Normannorum in Italia & Sicilia Regnum.

Sectio II. Recentiora continens.

§. 1. Beſſius Norvegus Romæ in Æde S. Petri ſepultus.

§. 2. Epitaphium Dithlevi Ranzovii Nobilis Cimbri Romæ extans.

§. 3. Epitaphium Severini Norbye Equ. Dani Florentiæ.

§. 4. *Merita Doct. Thomæ Finchii Flensburgenſis in Acad. Patavinam & Statua ejusdem marmorea in Æde D. Sophiæ ibidem.* Adductis ſimul Nationis Germaniœ Patavinæ ad glor. mem. FRIDER. II. Regem Danor. literis, munificentiam Regiam eidem Academiæ provocaturis.

§. 5. Imago Doct. Chriſtiani Oſtenfeldii Dani, Acad. Patav. olim Pro-Rectoris, marmorea ſimul ac ænea ejusque inſcriptio Patavii.

§. 6. Binæ Inſcriptiones Patavinæ in memoriam Chriſtiani Bruni, Dani, olim Acad. Patav. Pro-Rect.

§. 7. Alia ibidem memoriæ Gasparis Severini Hiort, Nobilis Dani, Acad. itid. Pro-Rect. dicata.

§. 8. Epitaph. Jani Kaas Nobilis Dani Patavii.

§. 9. Doct. Johannes Rhodius, Danus, percelebris inter Literatores Patavinos.

§. 10. Epitaphium Johannis à Veza ſeu Veſalii Archiepiſcopi Danici Conſtantiæ.

§. 11.

§. 11. Fortiſſimus Heros Curtius Adelaer, Norvegus, Venetorum contra Turcas Propugnator egregiè meritus.

§. 12. Octavii Ferrarii Prof. Patavini Epiſtola ad Petrum Lalandam, in Exercitu Venetor. Gallicæ cohortis præfectum, qui an Lalandia-Danus ſigna Gallica fortè ſecutus, incertum.

§. 13. Virtus Copiar. Danicar. auxiliar. ann. MDCCII. Ducibus Guldenlovio & Trampio in Italia ſtrenuè militantium, Eugenio Principi decantata.

§. 14. Peregrinationes magnificæ duorum Dan. Regum ſtirpis Oldenburg. in Italiam ſcil. glor. mem. CHRISTIANI I. & FRIDERICI IV.

P. S. De peregrinat. Canuti Magni & Erici Boni Dan. Reg. ut & de Princ. Dan. Monacho.

E*xtitiſſe olim in Italia Majorum noſtrorum veſtigia memoratu digniſſima, non immerito ſuſpicatur Celeberr. Antiquitatum Borearum Indagator* Ol. Wormius *ad calcem libr. 6. Monumentor. Danicor. pagg. 524, his verbis.* Introitus.

Apud exteros extare quædam hujus generis (ſc. literaturæ Runicæ) novi, quorum ſpecimina addidiſſem, ſi in vota proclives inveniſſem amicos. Italica Volaterana nempe, Peruſina, Chimeram Florentinam à L. Scradero productam aliaque ejus generis, an huc referam, neſcio. Vaticanam ſi excusſerint Bibliothecam ii, quibus eſt facultas, forſan quæ huc quadrent, invenient. Gothos enim noſtros tractus illos diu incolentes Cimbrosque nullam poſt ſe ſuis literis reliquiſſe geſtorum memoriam vix mihi perſvadeo. Quod & de iis in Hiſpania aliisque provinciis degentibus ſuſpicor. De Sicilia quid dicam? Meminit in Siciliæ & objacentium inſularum tabulis antiquis Meſſanæ ære publico editis Monum. Volater. Peruſ. & Florent &c.

Georgius

Inſtrum. Meſſanenſe Gothice liter.

Georgius Gvalterus inſtrumenti cujusdam Wilhelmi II. Regis Siciliæ Meſſanenſibus communicati, cui ſigillum appoſitum ipſius Wilhelmi fuit, in ſigno rotundo ſpecie literarum Gothicarum rufo colore. *Hactenus* Wormius. *Italica, quæ nobis obſervare contigit Danorum Geſta ac Veſtigia, ſunt vel antiqua vel recentiora.*

Sectio I. Antiquiora ſiſtens.

Cimbrorum in Italia geſta longe inclytiſſima.

§. I. *Primi Septentrionalium Italiam inundarunt Cimbri, Cherſoneſo noſtra effuſi, Teutonumque ſocietate aucti, de qua expeditione longè decantatiſſima ipſique Orbis capiti Romæ contremiſcenda ita* Johannes Aventinus *Bojaricæ Hiſt. Libr. I.* Anno Urbis 640. Cecilio Metello & C. Papirio Carbone Coſſ. armorum crepitus & tubæ ſonitus auditus è coelo futuras portendit calamitates, ab eo enim tempore horribili Marte uſularunt Cimbri, Teutones, Ambrones cum Regibus Celeo, Teutobroto & Bolo tranſcendentes Rhenum, multis mox cladibus Romanorum ſuisque nobiles: Germaniæ magnæ hi ſunt populi, qui ab Oceano Germanico & his regionibus, quas nunc Saxones Danique incolunt, in Illyricum provinciam Rom: ſeu prædæ ſpe, ſeu inopia egeſtateque agri cum copiis profecti fuerant irrupturi in Italiam, miteſcentia hic Alpium juga facilem in Italiam aditum præbent. C. Papirius Carbo, ne quid Respubl. detrimenti pateretur, eos armis Italia prohibiturus circa Neream urbem ſupra Aquilejam occurrit, collatis ſignis re infecta recedit. Vexato Ulgrico Conſulem iterum aleam belli tentare cogunt, ipſum cum exercitu fundunt, trucidant, delent. Deinde ad Helvetios plurimo auro locupletes

Victoria Cimbrorum.

tes tunc in pace vitam agentes iter fecerunt. Helvetii cum viderent Cimbrorum opes prædâ partas ſuis longè majores eſſe Cimbris Teutonibusque ſollicitati ab ipſis ſeſe conjungunt. Sociatis igitur viribus totam Galliam occupant atque depopulantur: transgreſſi Pyreneos montes Hiſpaniam invadunt, magna illam calamitate afficiunt. Pulſi à Celtiberis in Galliam remigrant &c. *Et poſt nonnulla:* Cæterum Cimbri, Teutones, Ambrones & Tigurini, Divicone Principe, cum omnem Galliam occupaſſent, in Italiam contendere parant. Quocunque ibant longe late omnia vaſtabant. L. Craſſum Coſſ. in finibus Allobrogum cædunt. L. Piſonem Legatum interficiunt, mox ad M. Julium Syllanum Coſſ. in caſtra legatos mittunt, inde ad ſenatum petentes, ut populus Rom. aliquid ſibi agrorum terræve dent, quaſi ſtipendium, cæterum ut vellet manibus atque armis eorum uteretur, Senatus negavit: Repulſi igitur quod nequiverant precibus, armis petere conſtituunt, Syllanum aggreſſi in fugam vertunt, caſtris exuunt, cum exercitu cædunt. Inde Aurelius Scaurus legatos haud ſecundiore fortuna confligit, fuſo ejus exercitu, ipſe captus eſt. Et cum in exilium ab hoſtibus evocatus, deterret eos ne Alpes tranſirent, *eò quod diceret Romanos minimè vinci poſſe, à Bolo Rege feroci Juvene occiſus eſt.* Eodem fato a M. Manlio, Q. Servilio Cepione Procoſ. male pugnatum eſt, victi fugatique, octoginta millia Romanorum cæſa ſunt, Lixarum quadraginta millia. Ea tempeſtate quinque conſulares exercitus Romanis abſtulerant. Cunctationem autem Marii metum interpretantes bipartito agmine, animo potiundæ urbis per Alpes venerunt. Marius Teutonas duobus præliis victos oppreſſit, in fugam vertit. Teutobrotus

Vict. Cimb.

Vict. Cimb.

Teutones oppreſſi.

toſrotus Rex quaternos ſenoſque equos tranſilire ſolitus proximo in ſaltu comprehenſus, inſigne ſpectaculum fuit, quippe *vir proceritate eximia ſuper Trophea ipſa eminebat.* Sublatis Teutonibus in Cimbros convertitur. Hi repulſo fugatoque ab Alpibus Q. Catulo Procoſſ. qui fauces Alpium inſederat ad flumen Atheſim Caſtellum editum reliquerant. Ipſe a Cimbris pulſus, cum unam ſalutis ſpem haberet, ſi flumen trajiceret, cujus ripam hoſtes tenebant, in proximo monte copias oſtendit: Fugientem igitur Procoſſ. perſequuti, flumen trajiciunt, *ſi ſtatim infeſto agmine Urbem petiiſſent, grande diſcrimen fuiſſet.* C. Marius & Q. Catulus conjunctis exercitibus cum ſoli cœlique clementia hoſtium virtus elanguiſſet, eos vinci dulcedine mitigatos *dolo* in tempore aggrediuntur. Diem deinde pugnæ a Mario petunt Cimbri: Ille proximum dat additque virtuti *dolum*, primum namque diem nubiloſum nactus, hoſti inopinatus occurrit, tum ventoſus quoque pulvis in oculos atque ora hoſtium ferebatur. Tum acie converſa in orientem ex ſplendore galearum repercuſſo, quaſi ardere cœlum viſum eſt. Scribunt alii Marium conſtituta die dimicaturum firmatum cibo militem ante caſtra collocaſſe. Et aliud incommodum addidiſſe, ut ordinata acie ſuorum ex adverſo ſole, vento pulvere hoſtium occuparetur exercitus. *Cimbri* igitur & Teutones *fuſi deletique.* Nec minor cum *uxoribus* eorum *pugna*, quam cum ipſis fuit, cum objectis undique plauſtris atque carpentis aliæ deſuper, quaſi de turribus lanceis contisque pugnarent. Deſperata tandem ſalute ſuffocatis cæſiſque paſſim infantibus ſuis, aut mutuis concidere vulneribus, aut vinculis ex crinibus ſuis factis ab arboribus jugis plauſtrorum pependerunt. *Canes* quoque Cimbros

Vict. Cimbr.

Cimbri dolo oppreſſi.

Cimbri a Mario fuſi deletique.

Virtus mulierum Cimbr.

Canes Cimbr. ſuperſtites ca-

bros defendebant, cæſis Dominis eorum plauſtris impoſiti. Celeus Rex in acie impigre dimicans nec inultus occubuit. fis dominis fideles.

Tantæ molis erat Cimbrorum cadere gentem.

Ut non immerito Florus: Actum fuiſſe de Republica Romana, niſi Marius iſti ſeculo contigiſſet. *Hinc* Juvenalis Sat. 8. v. 249. ſeqv.

Hic tamen & *Cimbros* & ſumma pericula rerum
Excipit & ſolus trepidantem protegit Urbem.
Atque ideo, poſtquam ad *Cimbros* ſtragemque volabant,
Qui nunquam attigerant majora cadavera corvi,
Nobilis ornatur lauro collega ſecunda.

Vaſta moles corpor. Cimbror.

Hæc benefacta Marii, *ut canit* Propertius, *aurea provocarunt Trophæa in Capitolio, teſte* Paulo Merula *Deſcript. Ital. p. 460. olim coruſcantia. Adde magnificam, quæ à* Mazochio *reformata, apud* Gruterum *pag. 436. legitur, inſcriptionem:*

Aurea Marii in Capitol. trophæa.

C. MARIVS. C. F. COS. VII.

PR. TR. PL. Q. AVGVR. TR. MIL. EXTRA
SORTEM. BELLVM. CVM. IVGVRTHA. REGE. NVMID.
GESSIT. EVM. CEPIT. ET. TRIVMPHANS. IN. SECVNDO.
CONSVLATV. ANTE. CVRRVM. SVVM. DVCI. IVSSIT.
III. CONSVL. APSENS. CREATVS. EST. IIII. CONSVL.
TEVTONORVM. EXERCITVM. DELEVIT. V. CONSVL.
CIMBROS. FVGAVIT. EX. IEIS. ET. TEVTONEIS. ITERVM.
TRIVMPHAVIT. REM. P. TVRBATAM. SEDITIONIBVS.

Inſcriptiones in honorem Marii Cimbrorum Triumphatoris.

TR. PL. ET. PRAETOR. VI. QVI. ARMATI. CAPITOLIVM.

OCCVPAVERANT. VI. CONSVL. VINDICAVIT.

POST. LXX. ANNVM. PATRIA. PER. ARMA. CIVILIA.

PVLSVS. ARMIS. RESTITVTVS. COS. VII. FACTVS. EST.

DE. MANVBIEIS. CIMBRICEIS. ET. TEVTONICEIS. AEDEM.

HONORI. ET. VIRTVTI. VICTOR. FECIT. VESTE. TRIVM-

CALCEIS. PVNICEIS. (PHALI.

Nec non aliam, quam ex Muſeo Franciſci Moſcardi *eruit diligentiſſimus Antiquarius* Johannes Mabillon *Muſei Italici Tomo I. Parte I.*

D. F.

G. M. TRVCIDATIS.

CIMBRIS. IN. F. ITA. A. V.

R. R. OB. INSIGNEM. EIVS.

MEMORIAM.

S. P. Q. R.

Et præterea Scutum Marianum Cimbricum *pro roſtris conſpiciebatur.* Suetonius *in Vita* Julii Cæſaris *Cap. XI.* Trophæa C. Marii de Jugurtha, deque Cimbris atque Teuthonis olim a Sylla disjecta reſtituit. *Ad qua* Beroaldus *in Scholiis:* Cajus Marius ex devictis Cimbris atque Jugurtha Romæ ſtatuerat trophæa, quæ, ut ſcribit Plutarchus, inſculptis literis indicabantur: hæc olim disjecerat Sylla, utpote Marianæ factionis oppreſſor, nunc a Cæſare reſtituebantur Marianarum partium acerrimo propugnatore.

gnatore. Hæc vero Cimbrica Trophæa non ſolum reſtituit Cæſar, ſed etiam Marii Statuas noctu erexit in Capitolio. *An ad Capitolinas haſce Marii ſtatuas, marmorea* Marforii *referenda ſit ſtatua, non refragante, ut videtur, vocabulo, aliis relinquimus dijudicandum, de qua* Gaſpar Ens *in Deliciis Apodemicis per Italiam pagg. 4.* „In area Capitolii fons „eſt, ſupra quem caput marmoreum muro inſer„tum: ex cujus magnitudine colligitur, fuiſſe cujus„dam Coloſſi, & juxta fontem inter alia fragmenta „reperitur pes & pars brachii ex marmore, itidem „inſignis magnitudinis, ut partes fuiſſe dicti Coloſſi „videantur. Sub hoc capite in fonte ipſo recumbit „ingens ſtatua marmorea, quam Marforium vocant, „a doctis Piſtorius Deus, ſive panarius Jupiter eſſe „creditur, quod tumores inſtar panum circumqua„que promineant, alii exiſtimant, eſſe ſimulachrum „Rheni Germaniæ fluvii.

Cimbrica Trophæa & Marii Statuæ.

Locus ſtragis hujus Cimbricæ inter Aquas Sextias & S. Maximinum exinde appellatus Campi Marii *ſeu* Camarguet. *Prudenter admodum Clar.* Petr. Frid. Arpius *in Themide Cimbrica Hamburgi 1737. pag. 60.* Cæterum quæ hic geſta ſunt a Romanis Cimbrorum hoſtibus accepimus, quorum magna pars intercidit, ſcilicet quæ Q. Luctatius Catulus Marii collega & Aul. Licinius Archias de bello Cimbrico conſcripſerant &c. Illi vero, qui ſuperſunt, Plutarchus, Livius, Florus, Vellejus Paterculus, Plinius, Eutropius in ipſa, quam prædicant, victoria, nec diſſimulant animi morbos. Quod ſi Bardus aliquis aut Saltator Martius majorum geſta cantans nobis facta retuliſſet, majores noſtros non inultos cecidiſſe innoteſceret & Beleus Bojonæ & Teutobochus, eorum Principes, aliis depicti coloribus in acie verſarentur.

Locus ſtragis Cimbricæ.

Scriptores Romani partium ſtudioſi.

Num Cimbri a Mario, prorſus deleti.

rentur. *Item pag. 67.* Non aliter ſermones Romani faciunt cum de Cimbris mentio eſt, ac ſi ad unum omnes illa clade Mariana interiiſſent. Verum eorum animi morbos plus una vice jam in apricum produximus. Quibus affectus Strabo, quomodo Auguſto tunc nuper lebetem, qui apud ipſos ſacerrimus habebatur, Cimbri dono miſerint, narrat, veniam illatarum injuriarum expetentes. Quæ de noſtris Cimbris tranſalbianis vera eſſe vix poterunt: quibus indefeſſum libertatis erat ſtudium, quid illis in mentem veniſſet, aut qualis panicus terror tum invaſiſſet, ut ex ignotis iſtis regionibus ſupplices Romam contenderent, ad aquilas venerandas nunquam hactenus viſas. *&c. &c.*

Cimbror. in Ital. reliquiæ.

Fuit & illuſtriſſimæ genti apud Romanos cognomen Cimbri, de quorum gloria Joannes Dan. Major in dem neu bevölckerten *Cimbrien. Plœnæ 1692. Hujus proſapiæ fuit* Tullius Cimber, *qui*, Suetonio *teſte, violentas manus in Cæſarem primus injecit. Confer de his & aliis Cimbrorum reliquiis* Pontanum *in Chorograph. Dan.*

Tullius Cimber.

Invidendam iſtam Cimbricæ expeditionis gloriam, præter dictum Joh. Dan. Majorem *affectibus occœcatum ejusque ſequaces, nemo paulo ſincerior* Danis *abjudicaverit, in participationem tamen ejus venire tentant nonnulli, de quibus* Jonas Coldingenſis *in Deſcript. Dan. pag. 30.*

Nomen Cimbricum quibus competit.

„Nomen Cimbricum, *inquit*, plures gentes glo„riæ avide ſibi uſurpare haud verentur, quibus tamen „parum competit. Nam ſi Germanis Cherſoneſo „noſtræ Cimbricæ vicinioribus attribui jure nequit: „quantò minus aliis procul diſſitis gentibus aſſignabi„tur? id quod vel e Ciceronis pro lege Manilia oratione

„tione manifeſtum eſt. In qua C. Marii fortitudi-„nem celebrat & Cimbros diverſos populos a „THEVTONIS eſſe probat: Idem, inquit, cum „Jugurtha, idem cum Cimbris, idemque cum Theu-„tonis bellum geſſit. Appianus Alexandrinus idem „de bellis Gallicis corroborat, ubi progeniem Cim-„brorum & Theutonum diverſam eſſe aſſerit.

Eleganter Tacitus *de Mor. Germ. Cap.37.* Eundem Germaniæ Sinum proximi oceano Cimbri tenent. Parva nunc civitas, ſed gloria ingens, veteriſque famæ late veſtigia manent, utraque ripa, caſtra & ſpatia, quorum ambitu nunc quoque metiaris molem manusque gentis & tam magni exercitus fidem. *Et* Baptiſta Mantuanus; Vera Cimbrorum patria.

Nec vos, gens ultima Cimbri,
Segnities damnat, latum vos fama per orbem
Prædicat Altanimos, vos explorare Latinam
Rem memorant auſos belloque laceſſere Romam.

Sed ſat Cimbris datum.

§. 2. *Provehimur nunc ad aliam, quæ ſequiori ævo Italiæ ex Borea oborta eſt, tempeſtatem, nam, canente* Lucano: Gothorum in Italia Res geſtæ & Oſtro-Gothic. ibid. Regnum.

- - quoties Romam fortuna laceſſit
Huc iter eſt bellis.

Gothos *puta, quibus, (verba ſunt laudati* Arpi *l. c.)* labefactata Romanorum Respublica & veterno quaſi ſopita, excitavit animos, ut priſtinæ virtutis memores munera conſueta poſtularent. Romanis abnuentibus, auſpiciis Fridigerni, Alathei & Saffrach, ſigna moverunt, & clauſtris imperii occupatis, leges pro lubitu victis impoſuerunt. Quas ut implerent Gothi munera a Romanis poſtulant, lata repulſa.

 cum

cum & voluntas & deſiderium deeſſet Romanis, Alaricus Gothorum Rex injurias forti dextra vindicaturus, jam imminebat Italiæ, cum Honorius Imp. Gallias iis, Hiſpaniasque offerret, ſi a Vandalis vindicare auderent. Prædæ cupidis placuit conditio, abitumque parabant, cum Stilico, ſocer Imp. & belli Dux, ex inſidiis adoriretur, ut, ſi poſſet, ad unum omnes opprimeret. Verum perfidum ſucceſſu caruit conſilium, & Gothi, fuſo Romanorum exercitu, in Italiam erumpentes, plurimis editis virtutum documentis, ipſam Romam, caput olim terræ, ſuo ſubjecerunt imperio. &c. &c.

Romani a Gothis fuſi.

Roma Gothis ſubjugata.

Gothi, an Danis annumerandi?

Verum enim verò antequam ulterius promoveamus pedem, uno alteròve documento evictum demus, Danos trophæis Gothicis meritiſſimo jure gloriari. Ut enim taceamus apertiſſima Gothici nominis in Iutis *noſtris* (*levi mutatione pro* Guthis) *veſtigia, teſtatur Præfatio Carmini antiquiſſimo* Grottaſaung *præmiſſa, Daniam antiquitus* Gothiam *dictam, ibi enim ſic habetur.* Skioldr het ſonr Odins er Skioldungar eru frakomnir, hann hafdi atſetu oc red laundum, thar ſem nu er kaullut Danmaurck, en thá var kallat Gotland. i. e. Scioldus nomen erat filio Odini, unde Skioldungi promanarunt, is conſedit regnavitque ubi nunc Dania dicitur, *illo vero tempore* Gotlandia (Gothia) *vocabatur. Conſpirat Monumentum aliud vetuſtiſſimum* Rimhegla *addens incolas dictos* Godiod *ſeu* Gothos. Einn af Sonum Odins er nefndr Skioldr, ſa er land tok ſer, that er nu heitir Danmork. Enn tha voru theſſi Lond er Aſiamenn bygdu, kollut Godlond, en folkit Godiod. i. e. Unus ex filiis Odini Skioldus dictus eſt, qui illam regionem occupavit, quæ nunc Dania dicitur. Tunc

Dania Gotland dicta.

Dani Godiod dicti.

vero

vero hæ terræ, quas Aſæ incoluerunt, Godlandiæ dicebantur, populus autem Godiod (*Divina progenies*, *explicante* Torfæo *in Ser. Reg. Dan. p. 266. nam God Deum ſignificat, Jod Sobolem. Forte & legendum Godthiod, id eſt Divina Natio, thiod enim gentem denotat. Adde quod Edda Islandica Sueco-Danicam Gothici Nominis Societatem diſerte adſtruit.* I thann tima var kallat allt meginland that er hann (Odinn) atti Reidgotaland en Eyar allar Eygotaland, that er nu kallat Danaveldi oc Sviaveldi, *ſive* Ea tempeſtate (*ſc. Othino Septentrionem occupante*) univerſa continens, quam poſſidebat (*Othinus*) Reidgothia, inſulæ vero omnes Eygothia appellabantur, id nunc Daniæ & Sueciæ regna nuncupatur. *Hinc tetraſtichon in antiquiſſimo MSS. Codd. teſte* Jona Coldingenſi *repertum.* **Reidgotland & Eygotland.**

Gotthi ſunt Dani, Dani Gotthique vocati;
Hos armis genuit quia Schytica Dania ſævos,
Traditio veterum ſimul & Schytas vocat illos;
Nomine ſic terno gens Danica magnificatur.

Grotius *in Prolegom. ad Procop.* „Ad ſcriptorum „teſtimonia rerum documenta accedunt, nam qui „nunc Juttæ vocantur, Gioti ſunt mediæ ætatis ſcri„ptoribus, ut Elvardo Anglo a Gothis deducta, ut „origine ſic & voce, nam poſterioribus Danis id eſt „uſitatum, G literam in J conſonam inflectere, un„de & illam Scanziæ Gothicam Jytland ipſi vocant „& partes ejus Ooſter Jytland, Weſter Jytland (NB. „*Danis ſunt Synder Jylland & Nörre Jylland, Sue„cis vero Oſter-Gylland & Weſter-Gylland*) & amnis „in Juttia eſt Gudden Aa, id eſt, Gothorum flumen. „Qui ex Juttia in Angliam venere, in Annalibus An„glicanis Petroburgenſibus Geatuni dicuntur & ali-

„bi Jotuni. *Suffragatur huic teſtimonio Grotiano* „Henricus Spelmannus *in Archæol.* Guthi ſunt, *in-* „*quit*, Gotthi, quibusdam Jutæ, Romanis Getæ, An- „gloſaxonibus Geatun, a priſco vocabulo Jæt, quod „ſignificat gigantem. Emanuel Theſaurus *in opere Del Regno d'Italia:* Da Popoli piu Aquilonari ſi ſcrive Got. dagl' Ingleſi Good; et i Daneſi mutano la G in Jota. *Et poſt nonnulla:* Queſti dunque di lunghiſſimo tempo trapaſſato il Seno Codano, ſ' impadronirono della Cherſoneſo de Cimbri, che ſurgendo dal Continente Germanico preſſo la Holſatia, come lunga Peniſola, oppoſita alla Scandia verſo Ponente; hoggi è la Dania principale, che infino al preſente ſi chiama Jutia, cio è Gotia. *Gothi hi noſtri bina condiderunt Imperia* Oſtro-Gothicum *&* Wiſe-Gothicum *ſeu* Weſtro-Gothicum, *qui orientem verſus Italiam occupabant, Oſtro-Gothorum invenerunt nomen. Qui vero in occidentis partibus Hiſpaniam moderabantur, Weſtro-Gothi appellabantur. Alii potius de patriæ ſitu & migrationibus inde ſuſceptis Oſtro- & Weſtro- Gothorum nomen accepiſſe autumant, ut* Grotius *l. c. &* Camdenus *in* Britannia, *qui Weſtro-Gothos ex Dania, Norvegia & Jutia, Oſtro-Gothos ex Svecia accerſit.*

Gothorum diviſio.

Superſtes ſtatua Alarici R. Gothici Romæ.

Inter Italica, quæ ſuperſunt, Gothorum veſtigia principem locum meretur, quæ Romæ in Hortis Mediceis Magni Ducis Hetruriæ viſitur, ſtatua marmorea, à devictis olim Romanis ALARICI *Wiſe-Gothorum Regis honori dicata, luctam pugilis Romani cum Leone, quem in inſignibus habebat Alaricus, eleganter repræſentans, addita hac digna Epigraphe:*

Ao.

A° CHRI. CCCCXII. KL. APR. ALARICVS. GOTTHORVM REX ROMAM OCCVPAT ET MAXIMAM EIVS PARTEM INCENDIO DEVASTATAM DESTRVIT.

Statuam hanc quantivis pretii ſummo ſtudio delineatam Ao. MDXCVII orbi communicavit Janus Jacobus Boiſſardus *Italus Parte II. Antiquitatum Romanarum & poſt eum Cel. Peringſkioldius in Notis ad Vitam Theodor. Regis Oſtro-Gothorum p. 262.*

Surgit Ravennæ Templum S. Appollinaris memoriam Fundatoris ſui Theodorici, *qui* Odoacre *Herulorum Rege occiſo Italiam obtinuit & potentiſſimi Regni Oſtro-Gothici fundamenta jecit, poſita ſupra altare majus inſcriptione ſequenti conſervat:* Veſtigia Theodorici R. Goth. in ædificiis reſidua.

THEODORICVS REX GOTHORVM FVNDAVIT HANC ECCLESIAM IN NOMINE DOMINI JESV CHRISTI. Inſcript. Templi Ravennæ.

Extra mœnia Urbis Ravennæ aliam erexit ædem ſepulchro ejus ſpectabilem dictam hodie S. Mariam Rotundam. Monumentum ejus bombarda hoſtili dejectum, reliquiæ vero vaſis Porphyrei, quo oſſa Regia condebantur, muro apud introitum palatii, quod olim fuerat Theodorici, inſertæ ſequentem gerunt inſcriptionem: Inſcript. vaſis, ubi Reg. Theodorici reliquiæ ſervantur.

VAS HOC PORPHYRIACVM OLIM THEODORICI GOTHORVM IMP. CINERES IN ROTVNDÆ APICE RECONDENS HVC PETRO DONATO CÆSIO NARNIEN PRÆSVLE FAVENTE TRANSLATVM AD PERENNEM MEMORIAM SAPIENTES REIP. RAV. P. P. C. MDLXIII.

De morte & ſepultura ejus ita Hiſtoria Theodor. Regis Gothorum ex MSS. antiquiſſimo Ricobaldi Ferrarienſis, *quam una cum Vita ejus per* Cochlæum *aliosque conſcripta notis eruditis illuſtratam edidit laudatus* Johannes Peringſkiold *Holmiæ 1699.*

Poſthæc Theodorico Veronæ conſiſtente propter metum gentium facta eſt lis inter Chriſtianos & Judæos Ravennæ &c. Theodoricus fluxum ventris incurrit, & dum intra triduum evacuatus fuiſſet, eodem die, quo ſe gaudebat eccleſias invadere, ſimul regnum & animam amiſit. Ergo, antequam exhalaret, nepotem ſuum Athalaricum in regnum conſtituit. Se autem vivo fecit ſibi monimentum ex lapide quadrato, miræ magnitudinis opus, & ſaxum ingentem (NB. *ita legitur*) quem ſuperponeret, inquiſivit.

Monument. Theodor. R. Goth.

Patria Urbs & prima ſedes Theodorici, antequam Ravennam migravit, erat Verona, inde in antiquis hiſtoriis ac cantilenis Thiodrecks vel Tiderichs Bern (Verona Theodorici) appellata, quemadmodum ipſe viciſſim Tiderich von Bern ſ. Theodoricus Veronenſis audit. Ex nomine Danico Biørn *etymologiam forte duxiſſe opinatus eſt Beat.* Andr. Vellejus *in Notis ad cantilenam Heroicam Part. I. num. X. quæ ita incipit:*

Theodoricus Veronenſis dicitur.

Etymol. Urbis Veronæ.

Jeg vil mig af Landet ride, det ſagde Meſter Hildebrand: Hvem mig den Vey vilde viiſe til Bern udi Greckeland etc. *Ubi ita* Vellejus: Den Stad Bern, ſom her og andre Steder næfnes i de gamle Viſer ſkal have ſit Nafn af den Galliſke Høfvidsmand, ſom kaldtes Brenno, eller kand ſkee Biørn paa vort Danſke Maal, og blef næfnet i fordum Dage Brenona eller Bernona, ſom Juſtinus ſkriver. Siden har man kaldet hende Verona. Den ſiges her at

ligge:

ligge i Græckenland, maa vel ſkee af denne Aarſag, at de, ſom her have holdet Huus, have meeſte Parten Greckiſke Sprog, og været de Greckiſke Keyſere af Øſterleden undergifne, ſom det ogſaa lader ſig anſee af deres Hiſtorier, beſynderligen udi Kæyſer Leonis, Zenonis og Juſtini Tid etc. Der Kong Tidrich med ſine Gotther og Gyndinger og ſiden de Longobarder og andre Danſke Mænd have holden denne mægtige Bye for deres Hovedſtad etc. Meſter Nafn gaves fordum gamle og ypperlige forfarne Førſter og Høfdinger, ſom endnu brugeligt er i Franckerig og Valland paa denne Dag. Verona Danor. in Ital. ſedes primar.

*Habetur præterea alia ibidem cantilena de prælio inter Theodoricum Veronenſem & Regem Daniæ O*ligerum Danum *in Cimbria ſeptentrionali commiſſo, cum Theodoricus, in majorum ſuorum patriam aliquid ſibi juris eſſe forte perſvaſus, Danos, liberam ab omni ævo gentem, tributarios facere tentaret, ſed qui non ſine immenſa ſuorum ſtrage in fugam verſus quinquaginta quinque militibus ſtipatus Veronam repetit, unde cum octodecim millibus egreſſus erat. Apponamus commata nonnulla:* Prælium Theodorici cum Oligero Dano.

v. 1. Sterck Tidrick boer ſig udi Bern med atten Brødre giæve. Hver af dem hafde Sønner Tolf, Stoer manddom monne de bedrifve. Nu ſtander Striden norden under Jutland.

v. 3. De ginge frem for Berner (*Theodorico Veronenſi*) at ſtaae, Saa mange Kiæmpe-Kroppe. Det vil jeg for ſanden ſige, de ſyntes over Bøge-Toppe.

v. 4. Nu haver vi ſtridet i mange Aar Mod Kiæmper og Ridder Stærcke: Saa meget høre

re vi om Holger Danſke, Hand boer i Danne-marck. Nu ſtander Striden norden under Danmarck.

v. 5. Det have vi hørt om Olger Danſke, Hand boer i Nør Jutland, Hand lader ſig krone med røden Guld, Hand vil ikke gaa os til Haande.

v. 9. Det mældte høyen Bermeriis Hand tog det Ord til Giemme: Vi rider os til Dannemarck og ſee om Olger findes hiemme.

NB. *Theodoricus hic dicitur Bermeris pro Berneris ſive Gigas Veronenſis, nam* Iò Ris *notat gigantem.*

v. 11. Kong Tidrich ſender Kong Olger Bud Og lod hannem ſaa tilbiude: Hvad heller vilt du ſtride med os, eller ogſaa Skatten yde.

v. 12. Kong Olger blev ſaa vred i Hu, Slig Spot kunde hand ey lide, Du bede hannem møde paa Sletten Hede, Vi ville der med hannem ſtride.

Veſtigium prælii Theodorico-Oligeriani in Cimbria.

NB. Sletten hede, *ubi congreſſi ſunt, fuit, ni fallor, ampliſſimum Jutiæ erycetum vulgò* Alhede *juxta Wiburgum, ubi non procul ab Hald antiqua arce in Cantilenis Heroicis memorata & quondam epiſcopali ſede, innumeri viſuntur terræ tumores, tumuli, ut ferunt, accolæ in graviſſimo olim conflictu occiſorum, quod an huc trahendum neſcio.*

Dani nulli tributarii aliis tributa imperare ſolent.

v. 13. Skatten veed Danſk Mand intet af, Hand pleyer den ſelv at tage: Men ville J jo Skatten hende, J ſkulle den ilde behage.

v. 20. Kong Olger og Sterck Tidrich de mødtes paa den Hede: De ſloge af Magt foruden Skiemt, De vare i Hu ſaa vrede.

v. 21. De ſloges i Dage, de ſloges i tre, Ingen

gen hinanden vilde vige: De Danſke ſtride ſaa mandelig, Deres Herre vilde de ikke ſvige.

v. 26. Da tog Tidrich til ſine Been, Hand ſaae ikke meget tilbage: Sverting glemte at ſige god Nat, Til Bern lod de drage. Theodoricus fugit.

v. 29. Den Tid de droge af Bern Land ud, Vel atten tuſind de vare: Fem og halftredie-ſindstive komme hiem ſaa føye en Skare. Nu ſtander Striden norden under Jutland. Ingens Clades Veronenſium.

Rectè hic obſervat Andreas Vellejus *ævo quam maximè diſtare Theodoricum Veronenſem &* Oligerum Danum, *quorum prior obiiſſe fertur anno Chr. DXXVI. alter* Carolo Magno *συγχρονος fuiſſe traditur Seculo octavo. Opinamur autem, alium vetuſtorum Daniæ Regum, cujus nomen fortè exciderat, ob fortitudinem inſignem Oligerum Danum appellari, cum inferius demonſtretur, nomen ejus eximiis bellatoribus fuiſſe impoſitum. Vide quæ de Otgerio attulimus inter Geſt. & Veſtig. Dan. in Galliis. Extat adhuc alia Cantilena, continens fabulam de pugna Theodorici cum dracone, hujus initii.* Fabula de pugna Theodorici cum Dracone, niſi per Draconem hominem violentum intelligas.

Det var Meſter Kong Tidrich Hand ſkulde fra Bern udride. Der fandt hand den Løve og Lind-Orm ſaa ynckelig monne de ſtride. *Hinc* Goldaſtus *Tom. III. Conſtit. Imperial. de* Theodorico *noſtro.* Nemo Princeps, *inquit*, cujus quidem memoria ſuperet, Theutonorum carminibus celebratior ullus fuit, quæ paſſim adhuc à vulgò noſtrate in Germania, Dania, Svedia & Hungaria decantantur. *Obſervatu digna ſunt verba* Thomæ Barthol. Fil. *in Diſſert. Hiſtor. de Holgero Dano. p. 60.* Inter cæteras, qui præfati Theodorici militiam coluerunt, *Danicæ* vocis homines primum gradum obtinuiſſe, eorumque cuſtodia ſalutem ſuam Dani cuſtodes corp. Theodorico fuere.

Theo-

Theodoricum vallare conſueviſſe, neutiquam inficiari poſſumus. Quodammodo conſentire videtur Jornandes de reb. Goth. cap. 58. ſcribens, non fuiſſe in parte occidua gentem, quæ Theodorico aut amicitia, aut ſubjectione non deſervierit. In cantilenis noſtris Vidrich Verlandſon, Rancko filius Haquini, aliique nominantur, qui Theodorici ſtipendia merentes, honoris arcem virtutibus impetrârunt. *Hæc Bartholinus.*

Statua ænea Theodorici Romæ.

Peringſkioldius l. c. pagg. 569. Theodoricus poſt coronationis ſolennia Romæ inſtituta, ex decreto ſenatus, ſtatua ærea equo ſuo Falconi inſedens in medio foro conſpicuus cerni meruit. Hujus rei geſtæ, tacentibus hiſtoriis Romanis, plenam deſcriptionem exhibet vetuſta Niflungorum Hiſtoria cap. 380. quæ nunc gemina verſione illuſtrata prelo magnam partem apud nos prodierat. *De forma egregia ac proceritate Theodorici multa ſuggerit Hiſtoria* Wilkinorum *Mſſ. ubi inter alia.* Enn er han wox upp, tha war hann ſà ſtor madur wexti, ad einginn ſa hans maka, ei war hann Riſe. A honum war eckirt ſkegg ſo gamall ſem hann ward, hans Herdar woru miklar ſo ad tveggia alna war yfer ad mæla, hans armar woru ſo digrer ſem ſtockur digur og hardir ſem Steirn &c. i. e. Adultus ſodales omnes proceritate ſuperavit, infra tamen ſtaturam gigantis eminens, barba nunquam ei creſcebat. Humeros habebat latos duarum ulnarum, lacertos ſtipitis in molem craſſos ac lapidis inſtar obfirmatos &c.

Proceritas Theodor.

Theodoricus ſemper imberbis.

Verba gothica ulnæ cupreæ apud Veronam effoſſæ inſculpta.

In campis Veronenſibus (*verba ſunt laudati Peringſkioldii p. 527.*) ubi contra Odoacrem pugnarunt Theodericus Gothicæque turmæ, tumulos comparere frequentes, Gothicorum militum oſſiaria, pere-

peregrinatores fide digni retulerunt. Inde effoſſo perquiſitoque tumulo inter alia repertam eſſe ulnam cupream, Gothicam ab Italis dictam, charactere vetuſto. Aſſervatur illa in cimelio Comitis Moſcardi Veronenſis, exteris potiſſimum curioſum ſpectaculum, cujus etiam typum atque deſcriptionem laudatus Comes orbi ſpectandum exhibuit. Ita verò habet commentatio.

Della Parte ſeconda del Muſeo del Conte Lodovico Moſcardo Nobile Veroneſe, uno de Padri nell' Academia filarmonica in Verona M. DCLXXII. pagg. 404. & 405.

In oltre, in queſto tempo, che io ſcrivo apreſſo a queſto luoco da alcuni Ruſtici mentre cavavano una foſſa, furono trovate quatro coſe di Bronzo ſottile concave di forma circolare, lequali ſervivano per adornamento alle briglie di Cavalli, cioè al freno, & frontali, con una ſpada ratta, di forma quadrangulare di belliſſimo, & finiſſimo Bronzo, che imita la purita dell' oro, ſenza Elſi, con inciſi alcuni Carateri Daneſi overo Gotti: eſſendo che la Dania, che è hoggi Danimarca, fu habitata delli ſteſſi Cimbri e Tolomeo chiama quel paeſe Cimbrica Cherſoneſus. Tutte le quale coſe mi furono portate à preſentare. Scrive il Wormio nel ſuo Muſeo, che ſimili fornimenti di briglie di Bronzo, furono ritrovati in Stickelſtadii di Norvegia, è aſſeriſſe haver nell ſuo Muſeo una picciol ſpada di Bronzo, che fu ritrovata ſotto terra in un antico ſepolcro, ſenza Elſi, di figura triangolare, & che nella Selan-

Selandia, fu ritrovata un' urna ſepolcrale, apreſſo la quale v' era un pugnal parimente di Bronzo dorato, & che nella Dioceſe Wiburgenſe in Cimbrica, fu ſcoperta un, urna, nella quale ſi viddero fragmenta d' oſſi puerili, con alcuni coltelli di Bronzo; Era coſa ordinaria degl' antichi fabricar, non ſolamente le armi, ma anco le armature di Bronzo, come piu diſuſamente in queſto adietro hò ſcritto del armature, ſe ben in altro ſito della ſudetta Campagna Veroneſe nel cavare alcune foſſe, fu ritrovata un antico ſepolcro è tra l' altre coſe, che dentro vi erano, ſi vidde un cinto da ſpada, che volgarmente chiamano pendon, e dagl' antichi Latini Baltheum, fatto tutto di ſottiliſſimo acciaco alquanto dilogorato rugir, & hora apreſſo di me, delle quale coſe ſono poſte qui le figure. Scrive Olao Magno che gli antichi Gotti uſavano certi ſperoni, alla ſimilitudine di due che ſi trovano apreſſo di me longhi un piede, & un' onzia, con certe ruote larghe, li quali per la eſtraordinaria longhezza ſono molto difformi, è curioſi. Ma gia chi ſon a diſcorrer de ſperoni ſtravaganti, raccorderò eſſere due altri in queſto Muſeo, che dimoſtrano eſſer molto antichi, fatti di otton ſopra indorati, li quali eſſendo ſtati veduti dal ſignor Dottor Marcheſe Giulio del Pozzo, & connoſcendo jo il ſuo valore, ſi per ea nobile ſua Dottrina legale, come per l' altezza dell' ingegno ſuo in qualunque genere delle belle, & polite lettere mirabile, li ho chieſto, che di quelle ſente, la cui riſpoſta ſegue.

Nos

Nos Moſcardi Comitis ulnam (*pergit Peringſkioldius*) in duplo minore forma juxta noſtri capacitatem operis atque chartæ delineavimus, addimusque hic interpretationem juſtam, quam prætermiſerat Moſcardus, literaturæ Runicæ, transverſis etiam characteribus ſcriptæ, haud forte gnarus. Penes doctiores arbitrium eſto, noſtra hac explicatione meliorem aliam, ſicubi aberravimus, ſubſtituere.



Sequentem pandimus lectionem.

ᛘᛆᛋ·ᛁᛋ·ᛁᚢ·ᛘᛁᚴᚢ·ᚦᛂ·ᛋᛁ·ᛂᚱ·ᚯᛁᚦᛆ·
ᛘᛆᚱᚢ·ᚠᛆ·ᚴᚯᛁᚴ·ᚠᛂᛚᛁᚱ·ᛆᛋᛂᚱ·

MAS IS JV MIKV DE SI ER ÖIDA,
MARV FA KÖIK FELIR ASER.

Sveticè ſonat.

Man är gu Dyngia då han är döder,
Mära få Tygelen faller Herren.

h. e. Homo eſt certè fimus poſt fata,
Equi accipiunt frenum cadente Domino.

Concepta eſt inſcriptio ipſa juxta idiotismum Gothicæ linguæ, quali in pangendis carminibus uti ſolent Skaldi, ternis literis hic à M inchoantibus, ſimilis etiam ſoni vocibus in prima initiali & penultima finali ſyllaba. Ac dantur hujusmodi exempla, centum alia, in odis illis crebris, quibus Hiſtoriæ Regum

Septentrionalium paſſim ſcatent. Proinde in Veronæ campis látiſſimis repertum hocce monumentum æreum inter cætera probatioris notæ teſtimonia locum meretur principem, unde de Gothorum noſtrorum quondam in Italia geſtis, certo certius pronunciare licebit. *Hactenus Peringſkioldius, cujus pace ſequentia duximus ſubjungenda.*

Danicè ita reddatur.

En Mand er go Møg da hand er øde
Maren faaer Teylen, *falder Herren.

Ubi τὸ Miku *appoſitè redditur* Møg *fimus, unde* Møgdynge (*vulgò Modding*) *ſterquilinium, quod Peringſkioldio audit abſolutê* Dyngia, *nobis verò* τὸ Dynge *non præciſè ſtercoreum, ſed quemcunque cumulum notat. Retinemus hic vocem* Öida øde, *quæ ſignificat deſtructum, ſeu ad nihilum redactum. Aſer exponit Peringſkioldius Dominum in Singulari, ſed nil obſtat, quo minus pluraliter exponatur Domini* Herrerne (*modò* τὸ *Maru etiam in plurali ſumatur.* · Mærene *nobis equæ, non equi, ut vertit Peringſkioldius*) *nam Aſer vel Æſer à Singulari As notabat olim Aſianos, Aſiatica Septentrionis Deaſtra; As verò Singulare* κατ' ἐξοχὴν *Othinum. Et cum iſti Arctoi orbis invaſores dominium ubique divinosque affectaverint honores vel ſolo ſuperbiſſimo cultu verendi, de quo* Landnama Saga: Enn er their gengo à thingid, varo their ſva vel buner, at man hugdu, at Æſer væro thar Kuamner. i. e. Pergentes ad judicium tam ſplendide veſtiti erant, ut exiſtimarent, omnes Aſianos illuc adveniſſe, *à probabilitate haud alienum videtur, ſupra vulgarem ſortem eminentes inde audiviſſe Aſer, Dominos quemadmodum Frega Aſiatica peperit vo-*

cabu-

cabulum, quo nobiliores Matronæ hodiedum compellantur, Frue *ſ. Domina, teſte* Edda Islandica *Mytholog.* 22. Freya er agiætuſt af Aſinium, aff hennar Naffne er thad eignar Naſſn er rykes Konur eru kalladar Frur. i.e. Freya inter mulieres Aſiaticas benignisſima eſt, ab illa hic dignitatis titulus eſt, quod Matronæ divites & honoratæ Fruer appellentur. *Gothicum nomen horrorem olim orbis fuiſſe inter alia oſtendunt verba* Oroſii *Lib. XI. Cap. XV.* Getas, *inquit*, qui nunc Gothi vocantur, Alexander vitandos pronunciavit, Pyrrhus exhorruit, Cæſar declinavit. Et Jonas Coldingenſis *l. c. p. 35.* Tantum terrorem magnis orbis terrarum monarchis & gentium plurimarum debellatoribus, virtute bellica incuſſêre Gothi, ut graviter Appianus dixerit, eorum nomen totam Italiam invaſiſſe: Cujus incolæ, diu ad horridæ gentis famam adventumque, timoris amentia fracti, ne hiſcere quidem auſi fruſtra arma ſumpſerint, infeliciterque ut plurimum pugnarint. Gothici nominis terror.

Claudianus *in Eutropium Lib. II.*

Non tibi Riphæis hoſtis quærendus ab oris,
Non per Caucaſias accito turbine valles
Eſt opus. Oſtrogothis colitur, miſtisque Gruthungis
Phryx ager, hos parvæ poterunt impellere cauſæ
In ſcelus, ad mores facilis natura reverti.
Sic eat: in noſtro quando jam milite robur
Torpuit & molli didicit parere magiſtro.
Vindicet *Arctous* violatas advena leges.
Barbara Romano ſuccurrant *arma* pudori.

Sibyllæ Carmina refert Procopius *hiſtor. Gothor. Lib. I. pagg. 207.*

Quinto menſe novus Cæſar, tibi Roma; nec ultra
Experiere Gethas.

Terminus fatalis Imperii Gothici in Ital.

De Gothici in Italia imperii termino fatali ita Claud. Lyſchander *in Geneal. Reg. Dan. pagg. 91.* Tejas dend ſidſte Gothiſke Konning udi Italien, udſtod mange blodige Slactninger med Kayſerens (Juſtiniani) Feld-Herre Narſete og hafde altid den bedſte Fordeel inde, indtil hand omſider blef ſkudt udi ſit eene Been og faldt der ſom en Konge og Krigsførſte udi Marcken for ſit Rige. Med og udi hannem faldt og undergick det Gothiſke Rige udi Italien, ſom da hafde floreret fra Odoacris Tid 77 og fra Theodorici Veronenſis Riges Begyndelſe 60 Aar (pag. 53. refert interitum Oſtrogothici Imperii ad annum Chriſti 552) Siden blef Landet forlehnt fornæfnte Narſeti og efterdi hand kunde ikke regiære effter Kæyſerindens Sophiæ Villie, oc hun truede, at efterdi hand ikke var bedre krigsmand, ſkulde hun kalde hannem hiem og ſætte hannem til Rock og Teen med ſine andre Piger. Hvilcket hand fortrød og ſvarede: Skulde hand ſpinde, da ſkulde hand og rende hende en Væv, ſom hun aldrig ſkulde være mægtig at felde: kaldede ſaa de Longobarder oc deres Konge Albinum tilbage igien ind udi Italiam (NB. In præcedentibus nuper narravit, Imperatorem Gothis imparem Longobardos in Hungaria conſidentes ad ſuppetias ſibi ferendas in Italiam evocaſſe) og efſterdi de tilforne hafde beſeet

beſeet dette frugtbare Land, lode de ſig findes villige og Anno 568 den 2 April ryckte de op af deres gamle Hiem Pannonien med Huſtru, Børn Boe og Boſkab oc komme udi Italien indtoge Landet og alle de mægtige Stæder (uden Rom alleene) nedſætte ſig der, ſtiftede det Longobardiſke Rige, hvor de hvilede ſiden 206 Aar til Annum Chriſti 774.

§. 3. *Gothicum igitur apud Italos regnum excepit Longobardicum per ducentos ferè annos celeberrimum, donec Franci ſupervenientes, auſpiciis* Caroli M. Deſiderio *eorum Rege devicto, provincias eorum occuparent.*

Longobardorum in Ital. geſta & regnum.

Rectè Svaningius *in prolegomenis Chron: ſtatuit,* Peucerum *nullam fidem mereri,* qui Lib. III. Chron. Carionis Canina facundiâ (*verba ſunt Auctoris*) vocavit fabuloſas ineptorum narrationes, quæ Longobardos ex inſulis Arctois deducunt. *Aliud nos docent gravisſimi Auctores tum exteri, tum domeſtici, quos inter primo audiendus* Longobardus *ipſe,* Paulus Warnefridus, de Longobard. Lib. I. Cap. 2. ſequ. Pari etiam modo & Winilorum, hoc eſt, Longobardorum gens, quæ poſtea in Italia feliciter regnavit &c. ab inſula, quæ Scandinavia dicitur, adventavit. Igitur ea pars, cui ſors dederat, genitale ſolum excedere exteraque arva ſectari, ordinatis ſuper ſe duobus Ducibus, Ibor & Ajone, qui & germani erant (*ſc. fratres*) & juvenili adhuc ætate floridi & cæteris præſtantiores ad exquirendas, quas posſint incolere, terras ſedesque ſtatuere, valedicentes ſuis ſimul & Patriæ, iter arripiunt. *Cui accedit Proſper Aquitanus:* Longobardi, *inquit,* ob extremis Germaniæ finibus

Longobardos originis Danicæ fuiſſe, evincitur.

 Oceani-

Oceanique protinus littore, Scandiaque inſula magna egreſſi & novarum ſedium avidi, Ibone & Ajone (*NB. Noſtratibus Ebbo & Acho ſalutantur*) Ducibus, Vandalos vicerunt. *Daniam verò genuinam Longobardorum patriam fuiſſe, diſertè tradit* Pomponius Lætus *in Comp. Hiſt.* Narſes ſollicitavit, *inquit*, Longobardos, qui in Pannonia erant, quorum auxilio delendis Gothis uſus fuerat, ut Italiam occuparent. Natio fuit Germanica, quæ ad quærendas ſedes ex Cimbrica peninſula profecta fuerat. *Hoc confirmat Saxo Grammaticus, ſub imperio Regis Daniæ* Snionis (*quod Gaſſaro & aliis inchoatum audit anno Chriſti DLXXVII. ut obſervat Wormius ad Monumentum Regium Snionis Gunderupenſe in Cimbria libr. 5. pagg. 321.*) *è Dania egreſſos memorans: Verba ejus ſic habent:* Cum, ſive parum compluta humo, ſive nimium torrida torpentibus ſatis, ac parce fructificantibus campis, inediæ langvor defectam eſcis regionem attereret, nullumque, parum ſuppetentibus alimentis, trahendæ famis ſupereſſet auxilium, Agone atque Ebbone autoribus, plebiſcito proviſum, ut ſenibus ac parvulis cæſis omnique demum imbelli ætate Regno egeſta; robuſtis duntaxat patria donaretur, nec niſi aut armis aut agris colendis inhabiles domeſtici laris paternorumque penatium habitacula retinerent. Quorum mater Gambaruc, id ad ſe deferentibus filiis, cum à ſceleſti decreti autoribus ſalutem in crimine repoſitam animadverteret, damnata concionis ſententia, neceſſitatem paricidio redimi oportere negabat: propius honeſtati conſilium fore aſſerens, animorumque ac corporum virtuti expetibilius, ut ſervata erga parentes & liberos pietate, patria exceſſuri fortè deligerentur. Quæ ſi ſenes invalidos obtu-

Ibor vel Ibo & Ajo noſtratibus Ebbo & Acho Longobardor. Duces.

Emigrationis Longobard. occaſio fames.

obtuliſſet, robuſtiores ſe eorum loco exilio offerrent, ejusque pondus pro debilibus perferendum ſua ſponte ſuſciperent. Cæterum indignos eſſe vita, qui illam ſcelere & ſacrilegio comparare parentesque ac prolem tam iniquo ſententiæ genere perſequi ſuſtinuiſſent, charitatis loco crudelitatis officia peracturi. Poſtremò cunctos malè patriam demereri, apud quos parentum aut liberorum amori proprii ſpiritus charitas præponderaret. Huic voci, ad concionem relatæ, plerique ſuffragiis aſſentiebantur. Igitur omnium fortunis in ſortem conjectis, qui deſignabantur extorres adjudicati ſunt. Quo evenit, ut qui ſponte neceſſitati parere noluerant, fortunæ judicio obſequi cogerentur. Primum itaque Blekingiam advecti, ac deinde Boringiam præternavigantes, ad Gutlandiam appulerunt: ubi & Paulo teſte (*intelligit Paulum Warnefridum Diaconum, vetuſtisſimum rerum Longobardicarum Scriptorem*) auctore Frig Dea, Longobardorum vocabulum, quorum poſtea gentem condiderunt, traduntur adepti. Tandem ad Rugiam ſe applicantes, deſertisqúe navigiis ſolidum iter ingreſſi, cum multam terrarum partem emenſi, armisque depopulati eſſent, poſt editas latè ſtrages, poſtremo petitis in Italia ſedibus, priſcum gentis vocabulum ſuo nomine permutarunt. *Hæc Saxo Hiſt. Dan. Libr. VIII. Confer. Tractat.* Thom. Barthol. Fil. *de Origine Longobardorum. Regem hunc Snionem, cujus auſpiciis Argonautica illa contigerit expeditio, ex Catalogo Regum Daniæ expungere ſatagit* Torfæus *in Ser. Reg. Daniæ, ſed quem Monumentum ejus Runicum à Wormio deſcriptum, Lapis ſcilicet in Cimbria Gunderupenſis facile propugnaverit. Nam licet memoriis Islandicis multum, plus tamen ſaxeis monumentis antiquiſſ.*

omni exceptione majoribus adhibeamus oportet fidei. Johannes Lyſcander *in Antiq. Dan. Serm. ad tempora Haraldi Cærulidentis refert.* Habitavit, *inquit*, Halaricus in Regno Getico & Scandia minori, fuitque ſedes ejus Syllesburgum, ubi eo vivente, quod certiſſimum eſt, congregati ſunt ex omnibus provinciis arctois bellicoſi illi populi, qui poſtea nomen Longobardicum acceperunt, ibique celebravêre ſtativa, Scandia egreſſuri. Johannes Magnus Upſalenſis *ſub* Omundo *Daniæ & Gothero, Sveciæ Regibus*, *egreſſos contendit.*

Sapientiſſ. Heroina Gambaruc Conſilii Saluberrimi architectrix.

Sapientiſſimi conſilii Architectricem Paulus Warnefridus Diaconus Gambaram *vocat*, Saxo, Gambaruc, Peringſkioldius Gamborgem, Claudius Lyſchander **Gamle Fru** Berethe **aff Vendel eller Vendſyſſel** *ſive* Dominam Birgittam de Wendela, ut loquitur Saxo vel Wenſalia ætate provectam, *quam Regis Snionis amitam facit. In Cantil Heroic.* **Ebbe og Aage vare ypperſte i Raad, de vare to i Helledebalde, deres Moder hede Gambaruck, ſom de dette Oplag fortalde. Udi Jutlandboede den viiſe Frue, Hun var de Vendelboers ære.** Reſenius in *Atlante Dan. Mſſ. obſervat, ſedem ejus fuiſſe Arcem antiquam in Wandalia, ut vulgo vocant, Cimbrica*, Asdal, *quaſi vallem Othini Aſiatici dictam. Primo nupſerat, dicente Lyſcandro*, Heroi Winelo (**Vendelboe**) *cui peperit* Ebbonem, *ſecundis vero nuptiis tranſierat in torum* Nobilis Scani *in Nomarchia Gydingenſi*, Achonem enixa, *quorum quisque ſuos ducebat populares, ſortilegii fato ad emigrandum deſtinatos, Ebbo Winilo-Cimbros, Acho Scanos; cum verò natu major eſſet Ebbo Winulus, toti cohorti Winulorum nomen impoſitum: hinc* Diaconus, Winilorum, *inquit*, hoc eſt

Ebbo & Acho Gambarucæ filii geminum ducunt agmen

Lon-

Longobardorum gens, *quod poſtea, Longobardis antiquioribus, juxta Albim, ubi hodie Archiepiſcopatus Magdeburgenſis, devictis, in Longobardicum abiit. Relatio hæc Lyſcandrina nititur Rhythmis Gothlandicis, queis etiam Stephanius tantum tribuit, ut iis, quod ad Longobardorum emigrationem, multo verius multoque accuratius, quam eſt Paulo Diacono præſtitum, omnia celebrari pronunciaverit. Exhibeamus heic initium duntaxat & epilogum.*

Antiquiorum Longobardor. ſedes.

Rhythmi Gothlandici de Emigratione Longobardor.

Ebbe oc Aage de Hellede fro
Siden de for Hunger af Skaane dro:
Da ſtædis næſt vorum gute Gutland
Met gamle oc unge baade Quindum oc Mand
Deres Sneckum varum half fierdum ſti
Oc hundrum Mandum inden huerum di.
De neffnede ſig Vinnilænder, Jach ſiga kand,
Effter Ebbe ſom kam af Vendelbo-Land

Et tandem multis interjectis.

De ſloge de longobarder indum derum Land,
Der bleff icke Leffnend einum eniſte Mand,
Saa lode de ſig longobarder kaldum,
Pannonien beſtridum de oc med allum
Oc togum ſaa indum Vallandum dernæſt,
Der timedes dennum Lycken allum beſt.
Hæd er vel ſkreffnit, hæd er vel ſpurt
Hvad de haffue ſidum mandelichum giord.
Oc meſt ſiden de indum Vallandum kom,
Hæd er vel kynd allum Verldum om.
Fordi aff dennem leed mangen Mand Møde,
Til Carl Keyſer hin ſtora fick lagd dennem øde.

Elegantiſſimam verò Viti Beringii Poëtæ incomparabilis Verſionem Latinam addere lubet integram.

Ebbo Aggoque Duces, quondam cum forte paternos

Laſſa Ceres fruſtraret agros, inimicaque ſuetas
Flora negaret opes, Scanis de finibus acti
Externas alio quærebant ſidere ſedes.
Fluctivagæ placuêre acies & claſſibus æquor
Captum, jam ſtabant naves, centumque virorum
Quæque capax radebat aquas & compede vinctus
Ingemuit pontus, decies ſeptena propinquas
Neptunus ſtupuit ferientia claſſica gentes.
Vandalicus dictus populus: *nam* Vandalus Ebbo

NB. Tò Vinnilænder *hic Vandalos reddit* Beringius, *ſed* Paulus Diaconus *diſtinguit inter Winilos ſeu Longobardos & Vandalos Lib. I. Cap. 8. quando prodit, acceſſiſſe Wandalos ad Wodan (Othinum) victoriam de Winilis poſtulantes. Et* Proſp. Aquitano *Longobardi dicuntur viciſſe Vandalos. Licet Vandalicum nomen ex provincia Wendſyſſel communiter quoque repetant. Unde* Grotius: In eadem Jutiæ pars ultima Wendela Saxoni, Windila aliis, nunc Wendſyſſel, Wandalis ſe inſeſſam probat. *Videtur igitur gemina Expeditio ex Wendela noſtra appellationem traxiſſe, Wandalica altera, & altera recentior Winulica.*

Expeditio Vandalica a Winulica diver.

Indiderat ſociis nomen; ſed ſtirpe Godingâ
Aggo ſtetit: quamvis minor ortus diſpare terra
Rettulit Ebbonem materno ſangvine fratrem.
Ut Gothicum tetigêre ſolum, primo excita ſede
Gens ruit & patriis fremuerunt murmura portis
Defenſura lares: ſed poſtquam Cimbrica tranſtra,
Et mites novêre Duces, non horridus ultrá
It fervor, condunt lituos, pugnæque relangvet
Impetus, & rabidas clementia temperat iras.
Convenit in dextras &, binis menſibus actis,

Con-

Concordem ſociant aciem, coiere Gothorum
Mille viri centumque rates, ſtructæque phalanges;
Vicinas toto populantur littore terras.
Bellanti patet omne gregi: ſuperataque priſcos
Rugia declinat faſces: vagus incola mundi
Errat & emiſſis extendit ſceptra colonis.
Jam tum defunctis Ducibus placuere ſecures
Regis Hagelmundi: paret fortuna potenti
Ferro; victrices animæ famulantibus aſtris
Oſtendunt latè dextras nudantque feraces
Longobardorum pacatis ſedibus oras,
Et ſibi devictæ depromunt nomina gentis.
Dic clades, dic, Drave, tuas, quæque alluit Iſter
Paſcua, Pannoniæque domus, tuque, alta Vienna,
Cæſariique lares, etiam vos Dana juventus
Stravit & edomitâ victrix ſaltavit arena.
Reſtabat Latium totius curia mundi,
Hæc quoque ſuccubuit jam lapſis viribus ægra:
Adria teſtis erit, Veſulus cum cederet axis,
Eridanusque ſuas ſtupuit palleſcere ripas,
Laus viget & toto volitant præconia cœlo,
Famaque dicet anus, quot claris bella triumphis
Geſſerit hic populus, donec poſt ſecla ſequutam
Carolus afferet, ſucciſa ſtirpe, ruinam.
Laudo tamen Cimbros, qui, dum ſibi cætera ſubdunt,
A ſummo tantum voluerunt Cæſare vinci.

Cantilena Heroica de Emigr. Longobard.

Extat cantilena Heroica de emigratione Longobardorum Collectionis Vellejo-Septimianæ Part. I. num. 3. quæ ita incipit: Der boede en Konning i Danmarck Konning Snie lod hand ſig kalde, Hunger og Nød var i hans Land og ſtoer Miſtrøſt med alle. De maa ſaa vel i Danmarck. Delibemus inde nonnulla: v. 14.

Ebbe

Ebbe hand førdte de Juder med ſig, en Vendelboe lod hand ſig kalde: Fra Skafven lagde den førſte ud, for Skaane lode de Seylet falde. De maa ſaa vel i Danmarck.

v. 15. Aage hans Broder ey dveldes ved, med Gyndingerne frem monne ſige, Af Halland og Blekinde fulde det med ret Mand og alle tillige. De maa ſaa vel etc.

v. 16. For Cimbrishafn de ginge til Skibs, det var ſaa Fauer en Skare: Kongen og hans ædle Raad, de bade dem alle vel fare. De maa ſaa vel etc.

v. 27. Saa droge de frem fra Land til Land, forſøgte hvad Lykken vilde gifve: Paa ſidſte komme de i Pannonien ind, der lyſtet dem da at blifve. De maa ſaa vel etc.

v. 27. Med Herulers Hob hulde de en Strid, monne dennem ſaa mandeligen tvinge, Med Gepiders Hær giorde de ogſaa, Baade Bytte og Seyer de finge.

v. 28. Albuinus var deres Konning gief, Hans Nafn er kiend ſaa vide: Hand drog den Romerſke Magt imod, Hand lærde dem ret at ſtride. De maa ſaa etc.

v. 29. Paphie den meget berømte Stad, Belagde hand tre Aar end meere, Hand vand den Stad med ſtoer Umag, Med andre Stæder fleere.

v. 33. Saa giordes der den ſtadige fred, ſom mand vel meente hin trygge. Men Tiden lærte det anderledes, paa den var ikke at bygge.

v. 34. De Romere bare derved ſtoer Nag, at ſee de fremmede Giæſte, Thi falde de dem

ſaa

ſaa ofte i Land Og Krigen med dennem Friſte.

v. 35. Der de ikke ſelv af egen Magt, Dem kunde i Orlog beſtande: De bades om Hiælp af Kæyſer Carl, hand kom af fremmede Lande.

v. 36. Naar mange Muus ere om en Kat, da nødes hand til at vige, Saa gick det med vore Longobarder for Sanden maa jeg det ſige. De maa ſaa etc.

v. 37. Saa lagdes da ned deres Kongl. Nafn, landet monne de beholde: Som de hafde i to hundrede Aar under deres Haand at volde.

v. 38. Landet bærer Nafn paa denne Dag (ſc. Lombardie) Og ſaa til Verdens Ende: Den Danſke Adel og Ridderſkab lader ſig endnu der kiende. De maa ſaa vel i Danmarck. Nobiles familiæ ſuperſunt in Longobardia ex Danis oriundæ.

Ubi Andreas Vellejus *in Not:* Denne Viſe er lagd om de Longobarders Udferd af Danmarck. Aarſagen til deres Vandring ſætter Saxo end i Kong Snies Tid, ſom regiærede her i Riget hen ved 600 Aar effter Chriſti fødſel. Saa at Aars Tid og Tal følges ikke eller rimer ſig over et med det, ſom af andre ſkrives om den Tid at de komme førſt udi Italien og indtoge Lombardien. Hvilcket ſkeede paa det Aar effter Chriſti fødſel 568. *De qua diſparitate temporis fuſe diſputat* Torfæus *in Ser. Reg. Dan.* Stephanii calculus *hic eſt in Not. ad Saxon. p. 181.* Egreſſum Longobardorum ex patria Annales noſtri referunt ad Ann. Chr. CCCLXXXIII. Exinde plus quam Seculum ad ann: nimirum Epocha Expeditionis Longobardcæ.

CCCCLXXXIV.

CCCCDLXXXIV. conſedere in Inſula Rugia. Circa annum DXXVII. traducti in Pannoniam. In Italiam comigrarunt Anno Chriſti DLXVIII. evocante eos ex Pannonia Narſete Patricio, quem Juſtini Imperatoris Conſtantinopolitani conjux, Sophia Auguſta, aculeato nimis ſcommate offenderat: Videatur Otto Friſingenſis Lib. V. Cap. 5.

Chr. Muſæi Carmen vernacul. de Exped. Longobard.

Invitatus occaſione Regiæ Divi Friderici Quarti *in Italos peregrinationis Expeditionem Longobardicam & florentiſſimum illud Danorum in Italia regnum venuſtiſſimo carmine vernaculo proſecutus eſt* Chriſtianus Muſæus, *poſtea Epiſcopus ex Ripenſi Fionicus, Vates dexterrimus, quo tantam ſibi Auguſti conciliaverit gratiam, ut pro Laurea Poëtica mitram, invenerit Epiſcopalem.*

Nomen Longobardicum diverſimo de interpretantur grammatici.

Unde Longobardorum provenerit nomen (*verba ſunt* Clariſſ. Arpi *in Themide Cimbrica p. 220.*)

Grammatici certant & adhuc ſub judice lis eſt. Quidam quòd *longi barbari* eſſent, inde appellationem repetunt; quidam à *longis Barbis*, quibus conſpicui. Alii a *longis Bardis* ſive haſtis, quo gravi armorum genere fuerint uſi. Alii a longo veſtitu ita dictos augurantur: qualis *Bardo cucullus* apud Martialem & Julium Capitolinum. Quidam a longis terræ tractibus Boorde ad ripas fluminis degentes nomen accepiſſe & Germanicè vocandos Landwärter, quaſi *cuſtodes* regionis conjectant. A Bardis Celtica gente alii dictos autumant, unde Bardevicum provenerit, *Urbs* Bardorum & Bardisholmium Cimbriæ, *inſula* Bardorum. *Hæc Arpus.*

Arridet nobis inprimis judicium Stephanii *l. cit.* In noſtris, *inquit*, Longobardis occaſionem antiquiſſimis temporibus atque cauſam nominis fuiſſe exi-

exiſtimo eandem, quam Tacitus in libello de Germania, Chattis maxime ſuo ævo adſcribit, his verbis: Et aliis Germanorum populis uſurpatum rara & privata cujusque audentia apud Cattos in conſenſum vertit, ut primum adoleverint, crinem barbamque ſubmittere, nec niſi hoſte cæſo, exſuere votivum obligatumque virtuti oris habitum. *Ibidem ex* Strabone Tacito, Ptolomæo *ac* Procopio *probat rectius ac magis genuine* Langobardos *quam* Longobardos *dici MSSta* Diaconi *exemplaria meliora habere Langobardos & ſæpiſſime apud Procopium legi* λαγγοβάρδοι. *Præclariſſimas rogarunt leges Longobardi, quibus interpretes contigere* Carolus Cotta *Siculus*, Andreas de Baruto, Nicolaus Boerius *&c. Vid.* Struvii *Hiſtor. Juris Jenæ 1718.* Gaudentius Merula *libr. I. Antiqv. Vice Com. Mediolan.* Legem Longobardam *celebrari ait, cujus præcipue Autor Rotharis & reliqui Reges perhibentur.* Nec non eſſe NB. quasdam Italiæ civitates, quæ in hanc usque diem judicia ſua ex Edictis Longobardorum magis, quam ex Decretis Imperatoriis, exerceant. De Jure Feudali Longobardorum, *non parvæ per Germaniam auctoritatis, conſulendus* Chr. Thomaſius *in* Selectis Feudalibus *& quos ex profeſſo ſolicitos habuit*, Philibertus Carnotenſis, Gerhardus Niger, Hugolinus, *alii. Longobardici & Danici Juris Harmoniam molitur* Thomas Clitau *noſtras, JCtus & Poëta præſtantiſſimus.*

Jurisprudentia Longobard.

Edicta Longobardica obtinent hodiedum per Italiam.

Jus Feudale Longobardor. in German. viget.

Harmonia Juris Danici cum Longobardico.

Hiſtoriam regni Longobardorum in Italia debemus Toeknero & Carolo Wattrang *Upſal. 1709. Inter Italica Longobardorum veſtigia memoranda veniunt Monumenta Regia Ticini ſive Papiæ extantia: v. g. in Baſilica Salvatoris Monachorum Benedictinorum.*

Reſidua Longobardorum apud Italos veſtigia.

LON-

LONGOBARDORVM OSSIBVS HIC JACENTIBVS ARIBERTI PII, PACIS ET JVSTITIÆ ET RELIGIONIS CULTORIS, QVI TEMPLVM HOC CVM CÆNOBIO CONSTRVXIT, AMPLISQVE REDITIBVS AVXIT; PERTARITI, GVNDIPERTI, CVNIPERTI, LVITPERTI, RAGVMPERTI ET ARIPERTI II. QVI SVMMA IN DEVM ET SS. MONACHOS PIETATE CLARVERVNT. MONVMENTVM HOC INSTAVRATVM FVIT ANNO 1585.

Ibidem in Eccleſia S. PETRI.

FLAVIVS hoc tumulo LVITPRANDVS conditor olim, (ſc. hujus ædis.
LONGOBARDORVM Rex inclytus acer in armis.
Et bello victor Sutrium atque Bononiam firmat,
Hoc & Ariminum nec non invicta Spoleti
Mœnia: namque ſibi hæc ſubjecit fortior armis.
Roma ſuas vires jam pridem hoc milite multo
Obſeſſa expavit. Deinceps tremuere feroces
Usque Saraceni, quos diſpulit impiger &c.

Et poſt nonnulla:

Auguſtinus ubi huc aliunde abductus eodem
Rege jacet, cujus doctrina Eccleſia fulget.

Item Breſſiæ:

D. O. M. FLAVIÆ ANSÆ REGINÆ, FLAVII DESIDERII, VLTIMI LONGOBARDORVM IN ITALIA REGIS, VXORI: VETVSTISSIMI HVIVS MONASTERII FVNDATRICI.

§. 4. Ad

§. 4. *Ad* Deſiderium *hunc, in quo Longobardicum exſpirabat imperium, ut iræ offenſi Cæſaris* Caroli Magni *ſe ſubduceret, confugiſſe decantatum illum* Oligerum Danum, *refert* Monachus Sangallienſis, *quem, præter* Henricum Caniſium, *inter Hiſtoriæ Francorum Scriptores Tom. II.* Andreas du Cheſne *edidit. Scripſit Sangallienſis ille Monachus binos de geſtis* Caroli M. *ad* Carolum Craſſum *libros, horum altero, Cap. 26. ita loquitur.*

Clarus in Italia Oligerus Danus.

Contigit autem ante aliquot annos, quendam de primis Principibus, nomine Oggerum, offenſam terribiliſſimi Imperatoris incurrere & ob id ad eundem Deſiderium confugium facere. Audito autem adventu metuendi Caroli, aſcenderunt in turrim eminentiſſimam, unde longe lateque proſpicere venientem potuiſſent. Apparentibus vero impedimentis, quæ expeditiora Darii vel Julii fuiſſent expeditionibus, dixit Deſiderius ad Oggerum: Eſtne Carolus in tanto exercitu? At ille reſpondit, non adhuc. Videns vero exercitum populariuin de latiſſimo Imperio congregatum, diffinite pronunciavit ad Oggerum: Vere in his copiis Carolus exultat? Reſpondit Oggerus: Sed non adhuc, neque adhuc. Tunc æſtuare cœpit, & dicere: Quid faciemus, ſi plures cum eo venerint? Dixit Oggerus: Videbis, qualis ille veniat. De nobis autem neſcio quid fiat. Et ecce iſta ſermocinantibus, apparuit ſchola vocationis ſemper ignara. Quam videns Deſiderius, ſtupefactus, iſte eſt, inquit, Carolus. Et Oggerus: Non, infit, adhuc. Poſt hanc cernuntur Epiſcopi, Abbatesque & Clerici Capellani cum Comitibus ſuis. Quibus aſpectis, hæc vix ægre jam lucis inimicus mortisque Deſiderius ſingultando blateravit: Deſcendamus & abſcondamur in terra a facie furoris

Fuga Oligeri Dani ad Longobard.

adverſarii tam immanis. Ad quæ retulit extumeſcens Oggerus, verum & apparatus incomparabilis Caroli quondam expertus, & in meliori tempore aſſuetiſſimus. Quando videris, inquiens, ſegetem campis inhorreſcere, ferreum Padum & Ticinum marinis fluctibus ferro nigrantibus muros civitatis inundantes, tunc eſt ſpes Caroli venientis. His necdum expletis, primum ad Occaſum Circino vel Borea cœpit apparere, quaſi nubes tenebroſa, quæ diem clariſſimam horrentes convertit in umbras. Sed propiante paululum Imperatore, ex armorum ſplendore dies omni nocte tenebroſior oborta eſt incluſis. Tunc viſus eſt ipſe ferreus Carolus ferrea galea criſtatus, ferreis manicis armillatus, ferreo thorace ferreum pectus humeroſque Platonicos tutatus, haſta ferrea in altum ſubrecta ſiniſtra impletus. Nam dextera ad invictum chalybem ſemper erat extenta. Coxarum exteriora, quæ propter faciliorem aſcenſum in aliis ſolent lorica nudari, in eo ferreis ambiebantur bracteolis. De ocreis quid dicam? quæ & cuncto exercitui ſolebant ferreæ ſemper eſſe uſui. In clypeo nihil apparuit, niſi ferrum. Caballus quoque illius animo & colore ferrum retinebat. Qvem habitum cuncti præcedentes, univerſi ex lateribus ambientes omneſque ſequentes, & totus in commune apparatus, juxta poſſibilitatem erat imitatus. His igitur, quæ ego balbus & edentulus, non ut debui, circuitu tardiore diutius explicare tentavi, veridicus ſpeculator Oggerus celerrimo viſu contuitus, dixit ad Deſiderium: Ecce habes, quem tantopere perquiſiſti: Et hæc dicens pene ex animis cecidit. *Ad quæ* Thomas Barthol. *Fil. in Diſſert. Hiſtor. De Holgero Dano, Havn. 1677. Cap. VII. p. 84.* Cauſam irarum Caroli tacet: tempus indicat: ante aliquot an-

nos.

nos, priusquam Carolus, implorante opem Hadriano, in Italiam exercitum duceret, id contigiſſe inquiens. Cum autem Carolus Italiam ingreſſus ſit anno 773, Holgerus, quantum conjectura aſſequi licet, anno 771 ad Deſiderium fugit. Eodem enim, juxta Tilii calculum, anno Berta uxor Carolomanni cum duobus parvis ex ea liberis comiteque Audomaro ſummæ tota Gallia dignationis gratiæque viro, ad Taſſilonem Bavarum, & cum in eo plus animorum, quam virium, cerneret, ad Deſiderium Regem ſe contulit, Carolo iratum, ſorore repudiata, & Francorum opes metuentem: & iis forſitan, relicto incerta cauſa Carolo, Holgerus ſe adjunxit. *Et Cap. VIII. pag. 91.* Deſiderio Longobardorum Rege cum uxore parvisque liberis Leodium Eburonum exilii cauſa miſſo, Holgerus Carolo, cujus clementia ſæpius perſpecta erat, ſe dedit levique verborum caſtigatione contra ſpem omnium in amicorum numerum receptus & in honore habitus eſt &c. *In anteceſſum verò Capite V. egerat* Bartholinus *de Verona & Brixia Italiæ urbibus in poteſtatem Holgeri Dani redactis. pag. 71.* Hieronymus Tromba, *inquit*, Poëta Italus, e numero Romanzorum non inglorius, grande volumen de Holgero noſtro admirabili verſuum artificio compoſuit, quadraginta ſex conſtans cantibus, hujusmodi decoratum titulo:

Carolus Magn. Oligero Dano reconciliatus.

Verona & Bresſia in poteſt. Oligeri redactae.

Daneſe Ugieri Opera bella, & piacevole d'Armi, & d'Amore.

Summarium totius operis primo cantui præfixum tale legitur:

In comincia il libro del Daneſe Ugieri. Il qual tratta del conquiſto di Verona & di Breſſa, & come combattendo amazzo il Re Manſimion, & ſimilmente ſotto Parigi amazzo il

Re Bravieri, il qual hauea preſo Re Carlo, con trecento, e vinti baroni, & altre battaglie, le qual fece, come leggendo intender &c.

Sed hæc (*ſubjungit Bartholinus*) poëticis magis decora fabulis, quam incorruptis rerum geſtarum monumentis, tradi, valde ſuſpicor, cum ſides Romanzorum nimium ſuſpecta ſit. Gryphiander de Weichbildis Saxonicis Cap. 16. Poëtæ Italici, quos *Romanzos* vulgo dicunt, cum conſtituiſſent, novas & inauditas fabulas ſub quadam veri ſpecie ad voluptatem legentium proferre, plures Heroas finxerunt, eorumque fortia facta Poëtarum more exaggerantes, eos ex regio Caroli M. aliorumque Principum genere deducere, glorioſum duxerunt.

De Linguæ Gotho-Longobardicæ in Italia veſtigiis alibi acturi erimus.

Expeditio Lodbrochidarum in Italia.

§. 5. *De Italica Lodbrochidarum expeditione audiendus Cel.* Torfæus, *qui in Ser. Reg. Dan. ex Regneri Lodbrochii Dan. Regis Vita Jslandice conſcripta & nonnullis Volſungorum Hiſtor. appellata hæc affert:*

Aventicum Helvetiæ urbs occupata.

Luna Italiæ urbs occupata.

Interea Ragnaris filii militaris gloriæ avidi piraticam exercere cœperunt &c. Tandem Wifilsburgum veniunt (Helvetiæ Urbs eſt, ad Murtanum lacum ſita; veteres Aventicum dixêre) cujus incolæ ſtrenuè ſeſe diu defendebant. Ad ultimum verò Lodbrochidæ (*Ragnaris filios ſic nominare libet*) urbe potiuntur, eamque, civibus trucidatis, ſolo æquant. Inde ulterius progreſſi Lunam urbem occupant, quàm in Germania ſitam hiſtoriæ hujus auctor credidiſſe videtur: nos Hetruriæ oppidum ad Macræ fluvii oſtium ſitum indigitari arbitramur. Heic dum Romam recto itinere pergere atque ex nobilis urbis

expu-

expugnatione gloriam acquirere meditabantur, ſenex quidam eos fortè acceſſit, qui varias ſeſe terras peragrâſſe ac itaque locorum viarumque non leviter gnarum eſſe jactavit. Hunc Lodbrochidæ interrogarunt, quantum itineris Romam adhuc reſtaret? cumque is Urbem Lunâ longiſſimè diſtare innueret, hi viarum ignari tam laborioſo ut exiſtimarunt itineri ſe committere nolentes conſilium mutarunt & ad ea, quæ à tergo forte vincenda reſtabant, ſe converterunt; tandemque victoriæ gloriâ pleni domum redierunt.

Romam expugnare meditantur.

§. 6. *Nec ſemel (ut videtur) Danorum armis artibusve ſuccubuit Luna, reſtabat illi adhuc oppugnator Haſtingus, de cujus in Italia Geſtis ita* Pontanus *circa ann. DCCCLVII. Libr. IV. Hiſtor. Dan. p. 105. ſeqv.* Haſtingus aliis Haddingus, Regio ſanguine Vir, magnumque nomen domi militiæque cum ob animi promptitudinem, tum res præclarè geſtas adeptus. Hic à Rege Biorno, *Coſta ferrea* cognomine, qui inter filios quoque Regneri recenſetur, exercitus Dux declaratus, poſt Galliæ Borealis oras variè tentatas, inſtructa cum claſſe Herculeo freto penetrato, atque ora illa Hiſpaniæ interioris præternavigata, Rhodanum aſcendit. Eodemque viciſſim non ſine clade incolarum regreſſus Italiam petiit, caput orbis Romam incurſione ſubitanea aut territurus aut ſuam in poteſtatem redacturus. Sunt, qui tradunt, in animo habuiſſe, modo omnia ex animi ſententia ſucceſſiſſent, Biornum Cæſareo diademate ornatum Imperatorem proclamare. Primam omnium Liguriæ claram urbem Lunam cum haberet in conſpectu, eam Romam arbitratus, inopinatum intravit. Moxque dolo magis quam armis agendum ratus, delegit ex

Danorum Duce Haſtingo in Italia geſta.

Haſtingus Biornum ad faſtigium Cæſareum evehere ſtatuit.

 prima-

primariis linguæ peritos, qui, legatorum quaſi vice fungentes, urbis præfectos, inſtituta in hanc fere ſententiam oratione, compellarent: Reliquimus, viri illuſtres, Daniam natale nobis ſolum, non culpa aut crimine, ſed ſorte ducta ex more gentis, cum alendæ multitudini vix terra ſufficeret. Multis maribus transmiſſis Franciam primum ingreſſi atque inde armis repulſi curavimus: Tandem variis circumacti tempeſtatibus haud ſatis notam nobis regionem veſtram attigimus, nihil a vobis niſi amicitiam & lares hoſpitales expectaturi. Facultates & opes commeatui comparando non deſunt. Fas modò ſit â mari adhuc recentes veſtris in oris refici pauliſper ac reſpirare. Senior, quem Principis loco colimus, annis gravis & jam viribus feſſus, tum & maris tædio fractus, ante abitum vitæque extremum habitum imbui Chriſtianis ſacris ſeque Baptiſmatis fonte ablui depoſuit. Si quid apud vos pium propitiumque eſt, miſeremini. His dictis, reſpondit Pontifex: alienum a ſe & moribus ſuorum eſſe, lavacro ſalutis quempiam prohibere, illud potius agere, ut invitentur atque allicientur etiam reluctantes & dubii. Itaque Principi veſtro vobisque ſi cordi ſit pietas, liberè, inquit, accedite & teſſeram hoſpitalem commerciaque nobiscum communia pacifici accipite. Hinc magno apparatu lavacrum juſſu Pontificis inſtruitur, accurrentibus ad novum ſpectaculum omnis ſexus atque ordinis hominibus ſimulque admirantibus, virum Barbaræ gentis Principem ad ſacra Chriſti feſtinantem. Omnibus rite præparatis, prodibat auro oſtroque inſignis Haſtingus, innixus baculo ac debilem (ut videbatur) greſſum trahens. Sequebantur ordine longo juvenes aliquot honeſta veſte, ac vultu, ſatellitibus ac militiæ præfectis proximum latus claudentibus.

Strategema.

Mox

Mox ſolenni ritu ſacris initiatus, fidem oppidanis fecit, ſine fuco & fallaciis rem agi. Itaque ſpeculatus urbis ingreſſum ac mœnia contemplatus ad claſſem reducitur. Proxima luce fama divulgat vitâ functum Principem. Simulatur luctus in caſtris ac toto exercitu. Procedunt pullati Proceres, ac locum ſepulturæ ab urbis præſidibus petunt. Eoque impetrato, parantur intra urbem regio more funeralia, confluente ad exequias tota civitate. Poſthæc, ut erat armatus, feretro imponitur, inque publicum producitur, concomitante pro more gentis exercitu militariter inſtructo. Nec erat, qui dolum ſuſpicaretur in luctu. Itaque procedente in hunc modum funere, antiſtes loci ſolemni indutus habitu rem divinam facere meditabatur: ſed feretro commodum depoſito, exſurgit Haſtingus, ac dato militibus ſigno, proſternuntur ſacra cum prophanis. Ipſe non tantum Epiſcopus, ſed & clerus laicique ſine diſcrimine cuncti trucidati. Vaſa ac donaria eccleſiæ & quicquid uſpiam in templis aut ædibus habebatur pretioſum, ad naves deferebatur. Ac denique exuſto oppido, luctus, quem ſimulaverat exercitus, in verum urbis luctum converſus eſt. Haſtingus ejusmodi ſtratagemate eluſis ac devaſtatis Lunenſibus in Franciam præda onuſtus revertitur. *Hæc* Pontanus. *An hæc cum priori una eademque fuerit, an diverſa expeditiones, non ſatis liquet.*

Lunenſes trucidati.

Luna a Danis ſpoliata & exuſta.

Conferatur hic omnino, quem ſequitur Pontanus, Dudo *S. Quint. Decan. in Collect. ſcriptor. Norm. Quercetana pagg. 65. ubi inter alia:*

Gloriabatur Anſtignus (ſive Haſtingus) cum ſuis (ſc. occupata Luna) ratus cepiſſe Romam caput mundi. Gratatur, ſe tenere Monarchiam totius imperii, per urbem, quam putabat Romam, quæ eſt gentium

Haſtingus errore intellecto, cum Romam ſe cepiſſe opinatus eſſet, exacerbatus.

 domi-

dominatrix. Hanc non eſſe Romam, poſtquam didicit, commotus ira, ſic inquit: Prædamini omnem provinciam & incendite urbem iſtam &c.

Vetus Chronicon incerti authoris, ſed qui Monachus Floriacenſis fuiſſe videtur, apud Quercetan. p. 32.

Haſtingus diu Lunæ degiſſe dicitur.

Alſtagnus, a Francorum terra per oceanum pelagus Italiam tendens, Lunæ portum attigit & ipſam urbem continuo cepit. Qua potitus per numeroſa annorum curricula ibidem deguit.

Normannorum in Italia & Sicilia Regnum.

§. 7, *De Regibus & Regno in Italia & Sicilia à Normannis conſtituto agit* Pontanus *Libr. IV. p. 120. ſeq.* Epiphonematis hic loco, *inquit*, paucula quædam ſuperioribus adjicienda de primis Apuliæ & Siciliæ Regibus. Hos enim ex gente Normannorum ut nemo ortos ambigit, ita unde & quando in Italiam venerint, haud liquido traditum apud auctores occurrit &c. &c. Quapropter ut propius aperiantur fortiſſimæ gentis natales, repeti obiter a prima origine expeditiones neceſſum eſt, quæ in Italiam diverſis profectionibus ab ipſa fuerunt inſtitutæ. Nam præter ea, quæ ſuperius de Haſtingi in Itália claſſe & rebus ſunt commemorata, occupatam nimirum ab eo Lunenſium civitatem, accedunt inſuper Sigeberti varia teſtimonia, ex quibus veriſimile fit, non unis in locis ſedes apud Italos poſuiſſe Normannos, quemadmodum factum ab iisdem in Galliæ maritimis partibus. Ait enim anno quinquageſimo ſeptimo poſt octingentos: Normanni Hiſpaniam & Africam navigantes ingrediuntur Rhodanum, direptisque civitatibus ac monaſteriis in Inſulam, quæ Canarias dicitur, venerunt. Et anno ſexageſimo: Normanni Italiam petunt & Piſas civitatem aliasque capiunt ac devaſtant. Et rurſus anno ſeptuageſimo nono,

Piſæ a Danis occupatæ.

no, cum Imperium Carolus Calvus teneret: Normanni mare intrant & pars quædam ex ipſis in Italiam rediit: Ubi diſertè rediiſſe in Italiam dicuntur, ut conſtet, jam ante ſedes ibi tenuiſſe &c. &c. Nec deſunt, qui tradunt, Tancredum, Gulielmi patrem, quintum fuiſſe à Rollone &c. Eumque Tancredum natum patre Richardo III. Normanno, qui ex duabus uxoribus cum ſuſcepiſſet duodecim filios, & res domeſticæ eſſent, quam pro tot filiorum numero, tenuiores, ad ampliores quærendas in Italiam profectum primo militaſſe Berengario contra Hunnos, deinde Pandulpho Longobardorum Duci contra Guaimarum Salernitanum: Moriturum verò ceteris filiis præfeciſſe Gulielmum Ferrobrachium, qui & præter ceteros Fratrem habuerit Robertum, cognomine Guiſcardum &c. &c. Initium autem claritudinis ipſorum in Italia, & quomodo Duce, quem diximus, Gulielmo Apulia atque inde Sicilia potiti ſint, ita ſe breviter habet: Gulielmus gente Normannus, cognomine Ferrobrachius, annum circiter milleſimum, ceſſantibus in Italia motibus, à Berengariis & Saracenis atque Ungaris (quorum incurſibus diu labefactata erat provincia) præclarum aggreſſus eſt facinus, Capuano namque & Salernitano Principibus per foedera ſociatus ad Malochum Græcum, Apuliam Calabriamque pro Imperatore Græcorum adminiſtrantem, legatos mittens, eundem foederibus adjungit. Convenitque inter quatuor, ut æquis viribus ac fortunis enavigantes in Siciliam, eam, Saracenis ejectis, occupent. Collatis viribus enavigatum eſt, & inſulam ingreſſi Saracenos obviam euntes fundunt, fugatisque reſiduis præda ingenti locupletantur, æqualiter inter ſe diviſa. Malochus autem inſulæ poſſeſſionem ſuo ſervavit Impe-

Guilielmus Ferrobrachius Normannici in Apulia Imperii Conditor.

 ratori

ratori. Indignatus Gulielmus, quod ſibi ceteriſque inſulæ partem non daret, expedito agmine, reliquis quieſcentibus longum iter ingreſſus duxit in Apuliam, circumſeditque Melphim & ad extremum expugnavit. Quo accepto Malochus & ipſe cum milite feſtinus accurrit, urbem recuperaturus. Ibi autem Normannus Græcos, ab itinere feſſos, nec caſtris adhuc communitos, agreſſus facile fudit ac fugavit: & magnam ſimiliter illius territorii partem, pulſis Græcis, ſibi acquiſivit &c. Poſtea: Græci Normannis in Apulia gravi bello oppoſiti, pellere eos anniſi ſunt, ſed fruſtra. Collatis enim ſignis victores Normanni Græcos ejecere &c. Gulielmo deinde fatis functo, frater Drogo ſubſtituitur. Quem ſecuti poſt fratrem Hunfredum, Godefredus & Robertus cogn. Guiſcardus. Hi conſilio & opera Bettumeni Saracenis oriundi expugnarunt Meſſanam in Sicilia anno Chriſti milleſimo ſexageſimo. Inde progreſſi continuis triginta annorum bellis, poſt aliquoties profligatos Saracenos, Sicilia univerſâ potiti ſunt anno milleſ. nonageſimo. Roberto nepos fuit ex filio Rogerio Gulielmus, qui & poſtmodum ſucceſſit, natus ex Adeliſia ſive Adela Canuti IV. Dan. Reg. relicta Vidua, Roberti Flandrenſis filia &c. Atque hæc tum in Italia tum in inſula florentiſſ. Sicil. Normannici Imperii fuerunt initia. *NB. Sequitur deinde apud Pontan. ſtemma Reg. Siciliæ ſtirpis Normannicæ.*

Melphis Apuliæ urbs a Normannis occupata.

Græci a Normannis fuſi.

Meſſana in Sicilia a Normannis expugnata.

Sicilia univerſa Normannis cedit.

Adela Regina Daniæ.

Jam ad recentiora.

Sect. II. recentiora continens.

§. 1. Thormod. Torfæus *Hiſtor. Norveg. Part. 3. Cap. XII. p. 214.* Beſſius, Torfi Poëtæ filius, Roma, quo

Beſſius Norv. in æde S. Petri Romæ ſepult.

quo religioſum cum Sigvato iter ſuſceperat, profectus, cognito Regis (ſc. St. Olavi Trygvini Norv. Martyris) fato, graviore moerore, quod Lachrymas fundere nequiret, correptus in urbem rediens exſpiravit, adque ædem St. Petri ſepultus eſt.

§.2. Romæ *Dithlevo Rantzovio*, Canonico Hamburgo-Bremenſi, an. 1504 defuncto tale poſuit epitaphium Henningus Conradinus. Epitaph. Dithlevi Rantzovii cimbri Romæ.

Cimbria me genuit, docuitque Bononia clara,
Doctrinæ verò præmia Brema dedit.
Fecit & hoc Hamburga quidem: porro Itala tellus
Me rapuit, gremio ſervat & ipſa ſuo.
Cimbria ſic cunas dedit, invida *Roma* ſepulchrum;
Hæc patriæ reducem nec tulit eſſe meæ.
Sors eadem *Cimbris* fuit eheu! pluribus olim,
Res quibus in bello eſt optima viſa mori.
Terra inimica, vale: ſolerti perſpice cura,
Ne repetat cineres Cimbrica terra ſuos.

NB. *Moriens Coenobio S. Cathar. Lubec. quadraginta legavit aureorum, totidemque Monaſteriis Pretz, Itzehoe & Schleswig teſte* Andrea Angelo Holſt. *Chronic. pagg.* 147.

§. 3. Florentiæ Severini Norby Florentiæ.

Epitaphium
SEVERINI NORBII
Equit. Aurat. Dani.

Oceanum hoſtili toties qui ſangvine tinxit
A gelidæ Thyles littore ad uſque Cronum,
Quem non immeritò Sclavi, Svedique, Gothique
Vandalicæque Urbes extimuere Ducem.

NOR-

NORBIVS Etruſco jacet hic SEVERINVS in antro,
A Florentina miſſus in aſtra pila.
Barbarus ille nequit captivum extingvere Moſchus,
Mergere non mediis Ennoſigæus aquis.
Debuit in Latio, velut orbis in arce, perire,
Tanta Viri ut virtus undique nota foret.

NB. De Heroe hoc, ſpectatâ fortitudine & in Regem Chriſtianum II. regnis profugum, fide clariſſimo, ita Pontan. Chorogr. Dan. p. 787. Severinus Norbius, qui è Dania eque captivitate Moſcovitica in caſtra Cæſarea ab ipſo Imperatore Carolo V. evocatus, ut ſua vel opera vel operibus acceleraret deditionem Florentinam, grandiori ubi tormento percuſſus mortem fortiter obiit. Ei epicedium poſuit Cornel. Scepperus Flander Regi Chriſt. II. a conſiliis.

Patavii.

Doct. Thomæ Finchii Flensburg. merita in Acad. Patavin. & Statua marmor. in Æde D. Sophiæ. Finchius Procurator & Conſiliarius Nat. German. Patav.

§. 4. *Celeberrimus Doctor* THOMAS FINCHIUS, *Medicus atque Mathematicus illuſtris, Neſtor olim Academiæ Hafnienſis Seculum fere emenſus integrum, anno 1656 defunctus ætatis 96, in Stipendio Medico-Philoſophico Finchiano adhuc ſuperſtes, Academiam juvenis anno 1584 adierat Patavinam, quæ illo Nationis Artiſtarum Germanicæ* Procuratore *initio, & dein circa anno 1586* Conſiliario *gaviſa Meritorum ejus in ſe magnitudinem* Inſcriptione Statuæ Marmoreæ in Æde D. Sophiæ, Literis auratis inſculpta *deprædicavit, ſibique hodienum de* Bibliotheca *Nationis Germanicæ* Medica, quam primus fundavit, *gratulatur, Vide* Joh. Molleri *Hypomn. ad* Alb. Barthol. *de ſcriptis Danorum p. 446.*

Finchius Fundator Bibl. Medicæ Patav.

Ad

Ad Finchianam *hancce in Bibliothecam Patavin. munificentiam alludere videntur, quas circa id, ut apparet, ævi ad Regem. Dan. glor. mem.* FRIDERICVM II. *Natio Germanica Patav. dedit literas, liberalitatem Regiam eidem Bibliothecæ ac Academiæ provocaturas. Extant in Octavii Ferrarii Epiſtolis inter Opera ejus Varia Patavii MDCLXVIII. Part. altera. pagg. 8. hujus tenoris.*

FRIDERICO II. DANORVM REGI
Germanicæ Nationis nomine.

Natio Germanica, quæ Patavii ſtudiis liberalibus operatur, quum non uno jam ſeculo nova ſubinde ſubole eam urbem incolat, ad hanc tamen diem in peregrino ſolo hoſpitatur, nec ſibi certum ibi figere domicilium potuit, ubi Muſarum omnisque literaturæ ſedem Orbis conſenſus poſuit. Id cum neque ex gentis majeſtate, neque ex vetere Germanorum gloria videretur, non ita pridem decretum eſt, ut emeretur publicè domus, atque inſtrueretur in eam formam, quæ gentem ipſam & Muſas deceret. Ut ſcilicet libraria ſuppellex, quæ hactenus in conducto habitat, ac veluti penſionis pignori oppoſita eſt, libera, ac ſui ſoli proſtaret, ipſaque juventus jam non inquilina convenire in unum, nec vectigales cœtus celebrare poſſet, gentisque caput Conſiliarius locum conventibus tributo nexum indicere ne cogeretur. Contulere certatim pecuniam omnes, *præcipuè Dani Tui*, quà viaticum, quà juvenile demenſum fraudantes: illi etiam, quibus in hac Urbe brevis mora futura erat, patriæ decori, ac poſterum commodo conſulentes. Sed nondum ea ſumma confici potuit, quæ operi conſummando deſtinata eſt. Itaque auſi ſumus, Domine, iſthuc vota noſtra vertere,

Litteræ Nat. Germ. Pat. ad gl. m. Frid. II. Dan. Regem.

Danorum liberalitas in Acad. Patav.

Regi-

Regiamque munificentiam provocare, moti ea fama, qua literas & diſciplinas fovere impenſius, atque inter Imperii curas non ad oſtentationem adſciſcere prædicaris: tuaque ac magni parentis Trophæa novis ingenii monumentis extendere. Nos ejus domus veſtibulum quercu tua, ac lauro inumbrabimus, atrium auguſta imagine ſacrabimus. Et cum triumphos Tuos poſteritas loquetur, Regiæ liberalitatis monumenta in ipſo Italiæ gremio defixa venerabitur. Interim victricem Tuam dexteram oſculamur. Vale.

Frid. II. in literas propenſio.

§. 5. *In Palatio Academiæ Patavinæ, cui anno 1654 in peregrinatione literaria Pro-Rectorem egit & ad Senatum Venetum non ſemel Oratorem, Doct.* Chriſtianus Oſtenfeldius *Wiburgo-Cimber, Acad. patriæ poſtea Profeſſor Medicus* πολυμαθεςατος, *ob ſpartam præclarè ornatam imagine tum marmorea tum ænea cohoneſtatus eſt, addita Inſcriptione:*

Imago Chriſtiani Oſtenfeldii Acad. Patav. olim Pro-Rect. marmorea ſimulac ænea ejusque InſcriptioPatavii.

GENIO. ET. MERITIS. CLAR. V.
CHRISTIANI. OSTENFELD. DANI.
AD. SEREN. VENET. PRINC. ORATORIS.
OB. NAVATAM. STRENVE. DIFFICILIB.
TEMPORIB. OPERAM.
NATIO. GERM. ICTOR.
M. P.
PATAVII. M. DC. LIV.

Vide Jac. Phil. Tomaſini Gymn. Patav. Lib. 4. p. 466. *Ex* Octavii Ferrarii *Prof. Patavini Variarum Inſcriptionum atque Elogiorum Libro uno ad calcem Operum ejus Variorum edito Patavii MDCLXVIII.*

Binæ Inſcriptiones Patavinæ in Memoriam Chriſtiani Bruni Dani olim Acad. Pat. Pro-Rect.

MDCLXVIII. Inſcriptiones ſequentes Patavinas oppido curioſas adducere nobis volupe fuit. pagg. 551.

CHRISTIANO BRVNO DANO
CVI OB FORMAM IMPERIO DIGNAM
ANIMIQVE DOTES REGIAS
PRÆCIPVE SPLENDOREM ET MVNIFICENTIAM
GYMNASIVM PATAVINVM
SVAS FORTVNAS COMMENDAVIT
EIVSQVE SEDVLA OPERA ET PROVIDENTIA
TRISTISSIMA TEMPORA MODERATE EXEGIT.
PRORECT. B. M.
JVSTITIÆ SACERDOTES
P. P.

Ibidem CHRISTIANO BRVNO DANO
PRORECTORI
PRINCIPIS BENEVOLENTIA
CVNCTORVM ORDINVM
FLAGRANTISSIMIS STVDIIS
SEMPER BENE VSO
ASTREÆ CVLTORES P.P.

De illuſtri hoc Bruno *altum, quantum ſcio, in patria jam ipſius ſilentium. Cæterum cognomen* Brun *noſtratibus hodiedum nec inſuetum. Numerat præterea Dania inter veteres, quæ exaruere & degenerarunt, ſtirpes equeſtres nobilem* Brunorum *familiam.* Alia ibidem memoriæ Gaſparis Severini Hiort.

§. 7. Pag. 562. GASPARI SEVERINO HIORT NOBILI DANO. QVI DVM PRÆCIPVA EVROPÆ GYMNASIA LVSTRAT NA- Nob. Dan. Acad. itid. Pro-Rect. dicata.

TIO

TIONIS PRECIBVS AD ISTIVS REGIMEN COMPVLSVS, CIVILIS PRVDENTIÆ QVAM VNDIQVE CONTRAXERAT TALE SPECIMEN DEDIT, VT CVM IN IPSO ORNANDO VIRTVTES OMNES CERTARENT, MAGNIFICENTIA CETERIS PRÆFVLSERIT. SAPIENTIÆ CANDIDATI P.

Epitaphinm Jani Kas Naob. Dani Patavii.

§. 8. *Et inter Epitaphia, quæ Ferrarianis hiſce inſeruntur, ecce epicedium Nobilis Dani* Jani Caaſii *Patavii extincti pagg. 569.*

JANVS à KAAS CIMBER DOMINVS IN ORNDRVP HIC SITVS FATIS INVIDIAM FACIT, QVÆ FORMA GENERE INDOLE PRÆCELLENTEM MAGNA ORBIS PARTE AD CAPIENDVM ANIMI CVLTVM PERAGRATA PATAVII DEPREHENSVM PRIMO ÆTATIS FLEXV ACERBO FVNERE MERSERVNT.

Doct. Johannes Rhodius dercelebris Patavii morit.

§. 9. *Anno 1659 d. 24. Februar. ætat. 72. Patavii obiit Literator magni nominis Doctor* JOHANNES RHODIVS *noſtras, cui tale ſcripſit Epitaphium Cel.* Thom. Bartholinus *Avus Lib. 8. Carminum.*

Dania me genuit, famam ſuper æthera Pallas
Et tumulum membris Urbs Patavina dedit.
Hactenus exilio Patriam mihi ſponte negavi,
In coelis patria eſt proſpicienda mea.

Hafnienſem perperam ſalutant Wormius *in Literat. Run.* Bartholin. *in Diſſert. 2. de Medicin. Dan. Domeſtica & illos ſecutus* Mollerus *in Hypomn. ad*

Alb.

Alb. Barthol. *cum ex Curia Paſtorali* Aſſerbalgenſi *in inſula* Alſingia *oriundus fuerit. Clauditatis, qua* (Bartholino *teſte in Lib. de Morb. Bibl. pagg.* 4.) *laborabat, vitium ſtupenda Polymathia ſummoque ingenii ac judicii acumine abundè penſavit. Juvenis* 1624 *Patavium delatus in otio iſtic literario perpetuo & exilio voluntario poſt recuſatam Profeſſionem Acad. Patavinæ Botanicam & deinde Hafnienſis patriæ Phyſicam coelebs conſenuit, reditum ejus, quippe ſuperſtitione Romana ineſcati, pluribus literis fruſtra urgente* Olao Wormio; *vide Epiſtolas Wormianas ab Illuſtr.* Jo. Grammio *publici juris factas. Ferunt monſtratum digito per plateas Rhodium additis ſuſurris.* En eruditiſſimum Danum, qui ſcripta fabricatus eſt, quorum munere Tomaſino mitra obtigit Epiſcopalis! *In relationis hujus veritatem ſequentibus inquirit Cel. Mollerus l. c. p.* 305. An Rhodio, *inquit*, tanquam vero Autori ſint vindicanda Jac. Phil. Tomaſini Th. D. & Epiſcopi in Iſtria Æmonienſis Elogia Virorum Illuſtrium Tomis II. Patavii anno 1630 & 1644 edita cæteraque ſcripta Hiſtorico-Antiquaria pleraque, ambigo. Non ignoro Caſp. Hofmannum rumorem pro ſe allegantem publicum, à Bibliopolarum etiam Venetorum pueris ſparſum ac Canonicatum Ædis Summæ Patavinæ, remunerationis loco, Rhodio à Tomaſino promiſſum eſſe perhibentem Ep. 20. & 44. ad Reineſium p. 51. 377 & in Epiſt. ad G. Richterum p. 254. Paulumque Colomeſum Js. Voſſii fide ad ipſius Rhodii provocantem Teſtimonium. (en Recueil des Particularitez pagg. 109.) Noſtro illa deberi & Tomaſinum ejus Amicum Autorem mentiri, Eruditis perſvadere eſſe conatos & Vinc. Placcio, Andr. Baileto, W. E. Tenzelio, H. Wittenio, Joh. Alb. Fabro aliis-

Phodius in Alſingia natus

Claudus.

Rhodius an fabricatus ſit ſcripta Tomaſini.

aliisque re ipſa perſvaſiſſe. Sufflaminat tamen me, ne his aſſentiar, ſequens Thomæ Bartholini utriusque familiaris pro Tomaſino Apologema in Diſſert. II. de legendis Libris pagg. 44. Reverendi Tomaſini, *inquit*, Manes lædunt, qui Operum variorum famam cum Rhodio noſtro partiuntur. Limam ſubinde illis à Rhodio adhibitam non ignoramus, et ſi forſan loca Autorum deſiderarentur, pro amicitia, quæ utrique intercesſit maxima, ſicut inter doctos fieri ſolet, communicata, utriusque Amicus bona fide teſtari debeo. Nec aliud hujus modeſtia & ſveta longo uſu ſcribendi penna ſvadet. *Hæc Mollerus. Cæterum de eruditis foecundiſſimi ingenii Rhodiani lucubrationibus compluribus certiorem te reddant* Albertus Bartholinus *de ſcriptis Danor. p. 87. & laudat.* Mollerus *in Hypomnemat: Effigiem Rhodii æri inſculptam Tractatui ejus de* Acia *Haſn. præfixam voluit Editor Bartholinus. Nec tacenda heic magni-*

Elogia Rhodii. *fica, quæ Rhodio contigere, elogia v. gr.* Renat: Moræus *Gallus in Ep. ad* Th. Barthol. *Cent. I. Epp. hujus Med. n. 81. p. 347. ſalutat eum* Magnum Seculi Lumen. J. Theod. Schenkius *(ibid. Cent. III. n. 77. p. 322.)* Virum nunquàm ſatis laudandum. Caſp. Sagittarius *in Diſſert. de Corona Chriſti ſpinea. §. 54.* Virum Summum de Arte Medica & univerſa Re literaria, infinitis modis meritum. Luc. Schrockius *Jun. in Mem. Welſchiana Cap. 3. §. 13. & c. 6. §. 33.* Muſarum Ocellum, Virum ſummæ eruditionis magnisque in omne literarum genus earumque Cultores meritis celeberrimum. Vinc. Placcius *in Præfat. Catal. Script. Suppoſitit.* Muſarum Euganerum Phoebum, Virum Medicinæ juxta & humanioris literaturæ peritiâ celebrem & circa Hiſtoriam literariam curioſiſſimum. *Præclarè inprimis de* Rhodio

Gabr.

Gabr. Naudæus *in Ep.52. p. 405.* Amicis frequenter narrare ſoleo, latere Patavii hominem ex ultimo Septentrione illuc delatum, excolendi animi gratia, judicio exquiſito, doctrina rara, morum candore & facilitate mirifica præditum, qui eruditus ipſe ab optimis, eruditos alios & optimos faciat, quem honores, quos fugit, invitum ſequntur, cujus ſvaſu præclara multa fiunt & ſingulis rebus ſplendor & decus accedit, dum ipſe interim tacita meditatione nominis ſui gloriæ elaborat per literarum Monumenta propaganda. *Hæc* Naudæus. Petrus Burmannus *in Epiſtol. ad* Capperonerium *pag.31.*

Johannes Rhodius, *inquit*, licet gente Danus, vir tamen verè doctus & ab omni faſtu pædagogico alienus. *Ob quam aculeatam adeo Panegyrin Dano-maſtix iſte Batavus ab Ampliſſ.* Ludov. Holbergio *in ſic dicta* Holgeri Dani ad Burmannum Epiſtola *inter* Opuſcula ejus Latina *Lipſiæ 1737 ultimo impreſſa ſalſè admodum exagitatur.*

Conſtantiæ

§. 10. Reverendiſſimus in Chriſto Pater ac Dominus Dnus IOHANNES a VEZA, ab Archiepiſcopatu Lundenſi in Dania & ejusdem ſuffraganeatu Roſchildenſi exulans Epiſcopus in gratiam Romanorum Imperatoris Caroli, nec non Regis Ferdinandi in Epiſcopum Conſtantienſem poſtulatus repentina morte tredecimo Junii Anno à nat. Salv. CIↃ. IↃ. XLVIII. præventus ſub hoc ſaxo ſomnum tubæ expectat. Epitaphium Johannis a Veza Archiep. danici Conſtantiæ ſepulti.

Not. *Quoad annum emortualem leviter diſſentit Chronicon Conſtantienſe pagg. 698. ubi & ſepulturæ locus nominatur.*

Johannes de Weza bona ſua non Capitulo Conſtantienſi ſed Abbati Salernitano teſtamento legavit, qui tamen conſervandæ amicitiæ Capitulo omnia reſtituit, unde Capitulum Abbati magnum ſcyphum argenteum obtulit. Moritur Weza anno 1547 ſepultus in Augia majori.

Johannes a Veza Imp. Car. V. Conſil. intim. poſt. Epiſc. Conſtantiens.

Nonnullis dicitur Veſalius. Magna argenti vi corraſa cum Rege Chriſt. 2. Anno 1523 in Bataviam aufugit, factus primum Imperat. Carol. V. *à Conſiliis intimis, dein ejus ope Epiſcop. Conſtantienſis, ubi tandem Apoplexia abripitur.*

Elogium Veſalii *ſcripſit* Andreas Maſius, *ubi etiam Archiepiſcopatus Lundenſis fit mentio, quod habet* Bruſchius Monaſter. German. pag. 50. Idem Bruſchius, Veſalium *in carmine ad* Rodolphum à Weza Johannis *Nepotem celebrat pagg. 688.*

Veſalius Reformationi Dan. occaſionem dediſſe dicitur.

Paulus PP. III. graviter exarſit, quod Joannes Veſalius Archiepiſcopus Lundenſis, ſedis Apoſtolicæ delegatus, dignitatis Sacramenti & beneficiorum Palium immemor fidei decreta ad Imperii Ordines remittenda pronunciâſſet. Itaque Epiſcopum Politianum ad Cæſarem in Hiſpaniam ablegat, qui doceret, Veſalium prævaricatorem turpi vita Regem Daniæ offendiſſe adeoque in apoſtaſiam præcipitaſſe, ut is Proteſtantibus accedens, Veſalium ſede ejecerit. Qui mendicato apud Hiſpanos vivere compulſus, poſtea à Magiſtratu Auguſtano 250 florenorum millia, ut Confeſſioni Auguſtanæ ſubſcriberet, acceperit. Falſum eſſe quod Cæſari perſvaſerat, toleratis Lutheranis, Germaniam obſequentem fore. Bzovius n. 4. p. 55. Petrus Svavis *Polanus Hiſt. Concil. Trident. lib. I. p. 68. Ut ad annum 1539 in* Adverſariis Mſſtis *Biblioth. Acad.* obſervat Cel. Thomas Bartholinus Fil.

§. II.

§. 11. *Dedit olim Norvegia noſtra, fortiſſimorum illa virorum ab omni ævo feraciſſima procreatrix, navali Venetorum militiæ invictiſſimum prorſus Ducem, tot Ottomannicis palmis illuſtrem* Curtium Adelaer, *(aliis minus rectè Cunradum vernaculè* **Cort** *) quem cum* Marco Curtio *Heroe Romano, eleganter comparat Cel.* Ludovic. Holbergius *Lib. I. Epigrammat.*

Fortiſſimus Heros Curtius Adelaer Venetorum contra Turcas propugnator egregie meritus.

Curtius antiquus celebratur in orbe Latino,
At is, quam celebrat Dania, major erat.
Illum pro patria ſemel occubuiſſe fatemur,
Sæpius hunc ſcimus non timuiſſe mori.
Eſt magnus, facili redimit qui ſangvine famam,
Major, laudari qui ſine morte poteſt.

Quantum ſibi Rempublicam Venetam incredibili virtute devinxit, ſequentia ex Programmate Academico Exſequiali excerpta curioſum Lectorem edocebunt.

CVNRADVS ADELAR

Dominus de Bratsberrig & Giemſoe. Ord. Danebrog. & D. Marci Veneti Eques, univerſæ Reg. Dan. armatæ claſſis cum Generalis Admiralii titulo ſummus Præfectus, Collegii Maritim. Vice-Præſes & Conſiliar.

Perſonal. Adelarii.

Naſcitur Brewigi Norvegorum Anno 1622 d. 16. Decembr. è medio civium ordine. Asperè habita juventus ad merendum magni nomen ipſi profuit. Adhuc ephebus in Belgium transfretavit, ubi, poſtquam brevi tempore Mathematicis ſe oblectasſet ſcientiis, infimo militiæ navalis gradu ſtipendium ſuſcepit, primis militiæ rudimentis ſub auſpiciis famigeratiſſimi Herois Martini Harbregti Tromp ſumma cum laude poſitis. Erat tunc temporis Thra-

Natus Brevigæ Norvegor.

Mathematicis ſcientiis in Belgio operatur.

Sub Trompio ſtipendia facit.

Thracico bello implicita Venetorum gens. Hic glorioſius belligerari poſſe ratus eſt, ideoque Joanni Reyers navis unius Præfecto primum addictus ſub D. Marci ſignis ſtipendia mereri coepit, cui mortuo ſuccedens apud rei maritimæ proceres quam plurimum gratia valebat. Longum foret ſingula recenſere, quæ per tres ultra tria luſtra annos, quo tempore Adriatica Græcaque maria virtutis ſuæ theatra habuit, geſta ſunt facinora, prætervecti igitur varia primis Venetæ militiæ annis, quibus laudabiliter interfuit, certamina, ibi conſiſtemus, ubi declivis ipſi ad maxima quæque factus eſt curſus. Datis in Dienſi Cretici maris portu literis Anno MDCLI. 25 Martii Illuſtriſſimus Jacobus de Riva Eques & Venetæ claſſis cum imperio Præfectus magnam ipſi obtentæ ad Helleſponti fauces victoriæ partem attribuit, quod ærata vectus nave, cui St. Georgii nomen erat, tam pertinaciter inimicis ſe objeciſſet ictibus, ut quamvis undique ex propugnaculis perpetua fulminatione quateretur & tormentis jam ferè comminutum, quo vehebatur, navigium, pelli ſe ſtatione paſſus non fuiſſet, atque ita conſtanter fortis & contemptor periculi virtutem ſibi vita potiorem eſſe oſtenderit, quin & quod inter volitantes pilas impavidus munitionibus Vollenſis Caſtelli ſucceſſiſſet, tamdiuque fortiter pugnando vim & impetum hoſtilem ſuſtinuiſſet, donec incenſis demerſisque pluribus, captæ Turcarum naves quinque in prædam Venetis ceſſerant. Idem Purpuratus inſigni elogio ſuam illi & alterius e Procerum numero, qui, ut ſingulorum vel virtutem vel ignaviam obſervaret, publica authoritate Claſſem Decemvir comitabatur in Cretam navigaturus, vitam deberi profeſſus. Exorta enim in portu Argenteriæ ingenti ex auſtro procella ſpiſ-

Militiæ Venetor. navali adſcriptus.

Venetor. Victoria Helleſpontiaca Adelario accepta fertur.

Duos Proceres Venet. e vitæ periculo liberat.

ſpiſſisque repente tenebris, pugnantium elementorum impetus navis Prætoria, qua bini vehebantur Senatores, non ſatis ſuſtinuit & omnis ſalutis ſpes ferme evolaverat, fluctante huc illuc incertis ventis fluctibusque obnoxia rate nautisque trepidantibus, quando ille audaciæ propior, ut ſuccurreret periclitantibus, concredita ſociorum fidei immenſisque fundo maris anchorarum retinaculis ſua navi, demitti ſcapham jubet, in quam ipſe prior deſcendit, ſecumque abductis, quos lacertis ſciebat valere maximè, expediri remos facit, clavo ipſe incumbens. Hinc quamvis adverſo vento fretoque luctaretur, laboranti in undis Prætoriæ navi tanta dexteritate Senatores eripuit & adeo tempori, ut liberati reliquias navis ab undis extemplo hauriri penitusque ſepeliri conſpexerint. Inſequenti anno, cum qui in præſidiis *Amphimaliæ* erant, præterquam quod numero ita decreviſſent, ut Turcicos impetus ſuſtinere amplius non poſſent, rerum omnium vexaremur inopia, ille ſubſidio venit & ſubmotis ſtatione hoſtibus, copias expoſuit, annonam & ſtipendia militibus diviſit ultimumque ab Urbe & Caſtello diem avertit. Hac quoque expeditione aliis Cretæ caſtellis ſubvenit & variis locis non ſine proprii capitis discrimine, expoſita præſidiariorum manu, oſtendit non minus ſe ingenio & conſilio, quam manu ac armis valere. Sed omnium maxime memorabilis fuit iterata ad crepidinem Helleſponti pugna, cum An.1554 d.16.Maji tam à Venetis, quam à Thracibus in prælium deducta eſſet claſſis & conſtituta acie datoque ſigno fortiter dimicaretur. Etenim cum circumfuſum ſe hoſtium concurſu cerneret, invicto animo per totam hoſtilem claſſem iterum iterumque eundo & redeundo & cominus eminusque pugnando viam ſibi per

Amphimaliæ a Turcis obſeſſæ ſuccurrit.

Iterata ad Helleſpont. pugna.

medios hoſtes aperuit ferroque ac igne tam diu ſubmovit aſſultus, donec tandem ipſius navim à ceteris ſejunctam ultra ſeptuaginta barbarorum triremes lembique armati circumſtetere, quos omnes, tam exigua manu (res miraculo propior eſt) momento diſſipavit, ut ex obſidentibus triremes quindecim cum demerſiſſet, incenſis pluribus, intentis velis remisque turpiſſimæ ſe fugæ committeret hoſtis. Atque hac pugna, cum qua poſt hominum memoriam vix alia comparari poteſt, maxime ſtrenui & pugnacis nomen invenit, quippe qui cum infinita multitudine, ex qua millia quinque perierunt, ſolus non niſi paucis navalibus ſtipatus ſociis ita dimicavit, ut ſi pericula reſpiceres, ubique moriturus, ſi virtutem ubique victurus videretur. Ab hac pugna recens, refecto propere navigio, hoſtem inſecutus eſt, qui licet murorum *Rhodi* præſidio tegeretur, gemino certamine per ipſum afflictus eſt. Eodem poſtea anno opima retulit ſpolia. *Dux enim claſſis* cum Turcici maris Purpurato IBRAHIM *Baſſa*, terribili facie & maximi corporis homine, ſolus congreſſus eſt, quem una prius plaga vulneratus ſuo inſultantem navigio ac ringentem capite mulctavit armaque & ornamenta cæſo detraxit. Nullus poſtea annus nobili fortitudinis experimento vacabat. Nobilitabat ipſum præcipue annus ſeculi ſexageſimus, quo fidem facientibus Illuſtriſſimis Hieronymo Contareno & Franciſco Moroſini rei maritimæ apud Venetos Præfectis, dignum ſe parta dudum fama maxime præſtitit. Amplis illi ſcriptionibus fidem, fortitudinem & celeritatem ejus extollunt ac admirantur. Unde eorum omnium, qui ex variis nationibus militatum eò confluxerant, fortiſſimus eſt habitus. Ad obſidenda Ottomannici Imperii clauſtra Seſton atque Abidum

Virtus Adelarii miraculo proxima.

Dux claſſis factus.

Ibrahim Baſſam obtruncat.

Adelarius fortiſſimus omnium habitus.

Seſton & Abidum obſidet.

Abidum miſſus cum claſſiariis barbaris haud ſemel conflixit eorumque non modo fudit copias, ſed & fugientes, ad ipſa usque propugnacula inſecutus clauſum aggeribus hoſtem in ſuis afflixit latibulis. Ita cum diſperſæ Turcarum manus vicina litora inſediſſent, tantaque aquæ inopia claſſis in undis fatigaretur, ut rerum aliàs viliſſima ſangvine eſſet permutanda, apta ille aquationi loca detexit ſangvinisque non reformidans impendium immenſam ſuorum exſtinxit ſitim. Maximum autem ſubiit periculum, cum ad portum Amphimaliæ denuo appellendum eſſet, ut recenti milite exhauſtum fulciret præſidium. Hoſtilem claſſem igne, ferro ac fuga diſſipatam fuiſſe ad nos pervenit & more ſuo navalis tunc claſſis Legatum multa fortiter, multa feliciter geſſiſſe. Cum igitur tanto Adriaticæ Reipublicæ eſſet uſui & plurima ſtrenue geſſiſſet, magnam ſibi apud cives authoritatem & florentiſſimam apud Principes gratiam conſtituit. Hinc *torquatum ter* ſe vidit & ſemel Principis munificentia *Equeſtri* dignitate decorum, iterum verò, qui honos longè maximus eſt, nec niſi pretium ſangvinis, ex ſupremi Senatus conſulto D. Marci equitem cum balthei enſis & aurei calcaris omnisque Equeſtris habitus & eminentiæ jure ac privilegiis, quin & idem ille Senatus ſub auſpiciis Ducis ſui FRANCISCI MOLINI ducentos ipſi ducatos honoris ergo ſingulos in annos deſtinavit & poſt illam ad fauces Helleſponti, præſidente tunc Senatui FRANCISCO MOLINO, tam inuſitatæ fortitudinis pugnam, ducatos mille & quater centum ex publico ærario ipſi, donec ſupereſſet ejusque poſt fata filiis nepotibusque *quotannis* numerandos. Poſcebant eum Ligures & Iberi, ſollicitabant Belgæ, gentesque aliæ fama ejus invitatæ, ſed addixe-

Turcas fudit & fugat.

Claſſis inopia aquæ laborantis ſitim reſtingvit.

Turcas ad Amphimaliam triumphat.

Ter torquatus.

Eques S. Marci creatus.

Præmium Virtutis Adelarianæ.

Stipend. Honorar. in poſteros propag.

Adelarium variæ gentes ad ſe invitant.

addixerat illi Reipublicæ animam, quæ poſt accéptum gentilitatis jus facta jam ipſi longo à tempore patria erat. Diverterat anno 1663 negotiorum cauſa in Belgium, inde cum ad Regem FRIDERICUM III. fama civis tam glorioſi perveniſſet, acerſiri eum quam primum jubet, ut patriæ ſe impendat. Ille patriæ amore ductus ocyus advolat. Datur ei totius claſſis Præfectura cum Generalis Admiralii titulo ut & *nobilitatis Danicæ Decus in poſteros propagandum.* Quem ſplendorem CHRISTIANUS V. auxit alio illuſtriori Ordine ſc. *Danebr. Equeſtri parique cum Intimis Conſiliariis gradu ac ordine.*

A Frid. III. in patriam revocatur.

General. Admiral. factus & Nobilitatus.

Eques Ord. Danebrog &c.

Anno 1675 jubetur claſſis cum ſummo imperio Præfectus Vandalica litora cuſtodire & cavere, hoſtium incurſioni oppoſitus, ne quis Balthicum ſupervectus æquor, quæ terra ſtrenuè & feliciter gerebantur, ex improviſo turbaret. Ille lætus, affulgente ſpe oſtendendæ hic quoque pugnacitatis ſuæ, claſſem inſtruit eoque deducit, ubi in tutelam terreſtrium nautica caſtra conſtitui diſponique oportebat. Ibi cum conſtitiſſet, fama ſupervenit navigare æquora claſſem armatarum navium numero claſſiariorumque cohortibus terribilem & jam jam caſtra caſtris oppoſituram. Hinc Archithalaſſus vigilias diſponit, arma expedit, munia dirigit, jucundiorem ſibi nullum, ex quo patriæ ſe addixerat, veniſſe diem profeſſus, quo fortè daretur occaſio de invidia & aſperſis livoris maculis triumphandi, ſed dum manibus ſibi tenere videtur novas adoreas, ſupprimitur claſſis inimica, conſilio an neceſſitate incertum, ſed non ſine Adelarii noſtri ægritudine quadam animi. Acceſſit ægritudo quoque corporis, qua extinguitur inclytus Heros d. 5. Nov. 1676 ætat. 53. & quidem in ſinu Neptuni,

Ad litora Vandalica cuſtodienda miſſus.

Multi honores Adelarii oblique intuebantur.

In Prætoria ſua navi mori voluit.

Neptuni, ubi fugientem animam retinere incurioſus mori præoptabat, quam vicinis in terris iisque patriis exponi, ubi & ſtudioſe foveri & ſollicitius haberi potuiſſet. Munificentia magna pauperibus in vita proſpexit. Bis maritus fuit. Prior uxorum erat Domina ANGELICA SOPHRONIA, (Itala) ex qua genuit Sigvardum Adelar, vivente adhuc Patre, Danisburgi & Trangebari apud Indos Gubernatorem Regium, in rebus Indicis à Conſiliis ac Claſſis Regiæ Legatum. Altera Dna Anna Pelt, quæ ipſi peperit Fridericum Chriſtianum, Suſannam Eliſabetham, Sophiam Amaliam, & Fridericam. Qui duo filii & tres filiæ cum matre fatis Parentis ſuperfuere.

Munificentia ejus in pauperes.

Uxores & liberi.

NB. Epitaph. Ejus in Æde D. Virg. Hafn. Marmoribus noſtris Danicis inſertum, Stipendium Honorarium virtute Decreti Venetiani in poſteros propagandum, poſtea recuſatum.

Epitaph. Stipend. Venet. poſteris negatum.

§. 12. *Extant in Octavii Ferrarii Epiſtolis Patavii MDCLXVIII. Parte alter. pagg. 28. literæ ejus ad* Petrum Lalandam *in exercitu Veneto Gallorum cohortis Præfectum, quem ego Lalandum, vel ut ille Lalandam, an inſulæ Daniæ Lalandiæ vindicem, neſcio. Certè noſtratibus admodum familiare eſt ex provinciis locisque natalibus cognomina adſciſcere, nec obſtat, quod Ferrarius Galliam ejus patriam ſalutaverit, quo minus Dano-Lalandum quis ſuſpicetur, qui noſtratium more exotica ſigna ſecutus alteram in Galliis invenerit Patriam. Habuimus olim alium ejusdem nominis ſed longè antiquiorem* Petrum Laglandicum, *quod idem eſt ac Lalandum ſeu Petr. de Laale, Danice* Peder Lolle, *quem, licet cognomen Lalandiâ oriundum ſvadeat, itidem Gallum aut in Gallia*

Octav. Ferrarii Epiſtol. ad Petr. Lalandam, qui an Lalandia Danus incertum.

Gallia verſatum putat Chriſtiernus Petri *Canon. Lund. in Not. ad Locutiones Danicas Proverbiales ab hoc ICto conſcriptas & Latinis metris expoſitas, quæ prodiere Pariſiis 1515. Tenor Epiſtolæ Ferrarianæ, quam adducere non pigebit, talis eſt.*

PETRO LALANDA IN EXERCITV VENETO
Gallorum cohortis Præfecto.

Ita te Caſtra & fera munera militiæ ſecutum, ut Muſarum minimè obliviſcaris & cum iis interdum veterem rationem deducas, nimium quantum gaudeo. Id niſi antea mihi perſvaſiſſem, fidem facerent cultiſſimæ atque humanitatis pleniſſimæ literæ tuæ, quas dum cupidè lego, redeo in memoriam veteris contubernii, quo ingenium tuum minime vulgare & pectus ſapientia plenum exoſculatus ſum. Macte virtute utramque viam ad laudem & decus inſiſtis, & præclara tam facere, quam ſcribere unicum gloriæ complementum eſt. Quod Proluſiones meas verè ingenii ludum inter otii militaris oblectamenta percurreris, non ſine voluptate, ut ſcribis, id demum mihi pergratum accidit, qui abs te & tui ſimilibus laudari magnum laboris qualiscunque pretium duco: Faxit Deus, ut tu aliquando in partem operis venias, nec ſemel dicendus occurras. Nam cum patriæ decreto ad componenda hujus ſeculi monumenta vocatus electusque ſim, ſi ad Cretenſe bellum curas produxero, erit copia tui memorandi, cujus operam in Cliſſæ expugnatione enituiſſe poſteros teſtabor. Quare etiam atque etiam rogo, ut cum per otium licuerit, ad me rem totam diſtinctè & cum fide perſcribas, & reliqua, quibus interfuiſti, vel præfuiſti. Nec majus obſervantiæ in te meæ & certius pignus dare poſſum, quam ſi memoria tui noſtris literis cuſtodiatur.

dicatur. Interim, quod facis, vive mei memor, & Vale.

§. 13. *Noſtra quoque memoria Copiæ Danicæ auxiliares majorum exemplo animatæ* victricia per Italiam arma circumtulere. Clar. Andreas Buſſæus *in Diario Vitæ ac Imperii Frid. IV. Mſſ.* Anno 1702 d. - - marſchireten 6000 Mann Däniſche Trouppen unter Seiner hohen Excellence, Herrn General-Feld-Marſchall Lieutenant, Chriſtian Guldenlowens Commando nach Italien, und als der Krieg ſich alda endete, nach Ungern, unter Herr General-Lieutenant Harboe. Dieſe haben ſich allenthalben durch unterſchiedliche herrliche Actionen ſignaliſiret. Et poſtea. d. 15. Aug. contribuirten die bey der Kayſerlichen Armee ſtehende Däniſche Trouppen nicht wenig zu der Victorie bey Luzara in Italien, daher auch Printz Eugenius durch Briefe an unterſchiedliche Potentaten der Däniſchen Trouppen Bravoure und rühmliches Verhalten inſonderheit recommendiret. *Hiſce accedant illa ex Programmate Acad. in Exſequias* Adami Friderici Trampii *olim S. R. M. Dan. & Norv. Suprem. belli Prolegati, Rectore* Joh. Mulenio *edito. Hafn. 1704.* Anno MDCCIII. ex hyemalibus Polonicis in Daniam redux, poſtquam die menſis Maji VII. à S. R. M. Dan. & Norv. Supremus belli Prolegatus declaratus, ſummo potitur imperio in copias Danorum ſubſidiarias, quæ in Italia militarent. Has ad exitum Octobris eò ducit, indeque in Tirolim hoſpitiorum recreationis ergo, mox in Sileſiam ducendas locum hyemalium futuram. At vero capta Patavia &c. *Et poſtea:* ſunt reliquiæ muniti robore & triplici ære pectoris, magnæ mentis, fortiſſimi militis, equeſtris ac Purpurati Ducis, qui in Italia, Ungaria, Polonia, Belgio, alibi

Virtus Copiar. Danicar. auxil. Anno 1709 in Italia ſtrenue militantium, Eugenio Principi decantata.

Victor. ad Luzaram. Socia Danor. fortitudine magnam partem partâ.

Elogia Trampii.

alibi depugnavit toties, ſemper cum Palma, Principes in varia fortuna ſecutus, qui Regibus a Conſiliis, legationibus ac ſummis muniis bellicis, qui Imperatori in deliciis &c.

Peregrinationes 2. Dan. Regum in Ital. ſc. Chr. I. & Frider. IV.

§. 14. *Ad poſtremum nonnihil monendum de itineribus à binis Daniæ Regibus in Italos ſuſceptis, primo videlicet glorioſæ Oldenburgicæ ſtirpis* Chriſtiano primo *&* *penultimo* Friderico Quarto. *Quæ in itinere Romano* Chriſtiani Primi *contigere, ſollicitè & copioſè enarravit* Johannes Peterſen *in Chronica Holſat. a pagg. 123. unde nos pauca tantummodo delibemus:* Im Jahr 1474 am erſten Sonntage nach der H. 3. Könige, war der achte Januarii, reiſete König Chriſtiern von Segeberg gen Reinefelde, und weiter walfahrten nach Rom. Er nahm mit ihm aus ſeinen Reichen und Fürſtenthümern, Prelaten und Ritter ſamt ihren Dienern, ohngefehr in die anderthalb hundert Pferde, darneben nachfolgende Fürſten und Prelaten: Den Hochgebohrnen Fürſten und Herrn Johann Hertzogen zu Sachſen ꝛc. Herrn Burchardum, Grafen zu Mühling und Barby ꝛc. Herrn Ludewichen Grafen zu Helffenſtein ꝛc. Drey Doctoren, als D. Heinricum Sanckenſtede, D. Hermannum Reinsberger, und D. Johannem Heiſen. Herrn Albert. Clitzing Probſt zum Berlyn. Der König mit ſeinen Verwandten ſamt den andern Herrn und Prelaten hatten ſich alle in ſchwartze Farb, mit weiſſer aufgenehter Seyden geſtickt, gekleidet. Dieſen iſt groſſe Ehr auf der Reiſen von vielen Fürſten, Prelaten und Städten erzeiget. etc. etc. D. 12 Tag Martii kam der König gen Malapago in der Venediger Gebiet, da reit der Herr von Roya dem Könige mit 500. Pferden in einer Farb entgegen und führete ihn auf

Iter Chr. I. Romam Superſtitioſæ Religionis.

Pullatus habitus peregrinator. religioſor.

auf ſein Schloß. Des folgenden Tages beleitet er ihn als weit ſich ſein Gebiet erſtrecket, mit groſſem Geſchrey: Roya, Roya. Den 13. Martii kam der König gen Trinilil, da ſandte der Hertzog von Meyland Galeazo dem Könige ins Feldt unter Augen, da er in ſein Gebiet kam, 400 Knaben zu Fuß, alle in weiß gekleidet, und ein jeglicher ein kleines Panier oder Fähnlein in ſeiner Hand auf einem langen Stecken, auf einer Seiten des Königs, auf der andern des Hertzogen Wapen gemahlet, mit groſſem Feldtgeſchrey, den König zu empfahen in groſſer Herrlichkeit. Erſtlich rieffen ſie alle: Chriſtierno, Chriſtierno, de Dania Dania, darnach Galeazo, Galeazo, aufs letzte Duca Duca, dis wehrete bis in die Stadt, etc. etc. Der gemeine Man lieff aus Meyland wohl fünf Meil Wegs, den König zu ſehen, und ſtunden auf beyden Seiten des Wegs her, da der König reit, ſehr dick ꝛc. rufften alle wie vor von dem Knaben geſagt (Et poſt varias honoris ſignificationes) Zu Pavia lagen ſie (ſc. Rex & Dux Mediolanenſ.) eine Nacht, da ſchlug der König zween zu Ritter von des Hertzogen Edelleuten etc. etc. Alle dieſe Ehre und Geſchenck erzeigete der Hertzog dem Könige darum, daß er ihm den Kayſer, in welchs Ungnad er war, wieder in ſeinem Abzug verſühnete, wie auch geſchach. Den 20 Martii kam der König gen Vedian, da ſandte Margraff Ludewich von Mantua ihm ſeinen Sohn, mit ſeinen Räthen und viel Volcks zu Pferd entgegen ꝛc. Des andern Tages, da der König aus Vedian reit, zog ihm der Marggraff mit ſeiner Fürſtinnen, Barbaren, der Königin zu Dennemarcken leibliche Schweſter, ſeinen Kindern und viel mehr in das Feld unter Augen, und empfing ihn gantz herrlich. Bey dieſem Marggraf bleib er zwo Nacht. Den 3. April.

Epiphonemata honorifica.

Itali ad Reg. Dan. videndum confluunt.

Christ. primus 2. Nobil. Mediolan. Equites creat.

Ducem Mediolan. cum Imp. reconciliat.

Barbara Marchioneſſa Mantuana Fratri Daniæ Regi obviam venit.

April. reit der König bis gen Aquapendent, da ſandte ihn Babſt Sixtus der vierdte zween Cardinäle entgegen, die empfingen ihn daſelbſt und führeten ihn herrlich bis für Rom, da ſchicket der Babſt dem Könige unter Augen alle Cardinäle, Biſchöffe und Prelaten, die zu Rom waren, darzu den Senat ſampt allen Conſervatorn, Edelen und gemeinen Mann zu Pferde und Fuß, die führeten den König durch Rom, bis ins Babſts Pallaſt, der empfing ihn mit ſeinen Herren ehrlich, thet dem Könige, Fürſten und Prelaten, und allen, die mit dem Könige dar kommen waren die Handt, und ließ ſich von ihnen die Füß küſſen ꝛc. Der König iſt bey dem Babſt in ſeinem Pallaſt geblieben 21. Tage ꝛc. Wie der Babſt merckte, daß er der König kein Latein konte, verwunderte er ſich ſehr, daß ſo ein groſſer gewaltiger Herr nicht ſtudieret hätte. Am Grünen Donnerſtag gab der Babſt um der Gegenwertigkeit des Königs ſo bey ihm auf dem Benedictional, allen, die umb Ablaß willen perſönlich da zur Stedte wahren, Vergebung aller ihrer Sünde, von Pein und Schuldt. Am heiligen Oſter-Tage gab der Babſt ſelber dem Könige und alle ſeinem Volck, das heilige Sacrament mit ſeiner eigenen Handt. Am Oſter-Montage gab der Babſt ſelber die Roſen für S. Peters Münſter dem Könige in die Handt, die führet er offentlich durch die Stadt Rom, bis in des Cardinals ad vincula Petri Hoff, der den König zu Gaſt gebeten. Ihm folgeten alle Cardinäle, Biſchöffe und Prelaten ꝛc. Der Babſt gab dem Könige groß Geſchencke, als zum erſten ein ſchöne Schauben, Wambs und Bareth von gülden Stucken. Darnach ein Mauleſelin mit einem verguldten Sattel, Item einen vergulten Kopff ſo gut, als

Romæ honorificentiſſime exceptus.

Rex & comites ejus ped. Pontific. oſculatur.

Pontifex latini ſermonis defectum in tanto Principe miratur.

Indulgentiæ ob advent. Reg. diſtributæ.

Pontifex ipſe Regi & comitibus S. Cœnam adminiſtrat.

Regem aurea roſa donat.

Dona Pontificis.

ſiebenhundert Ducaten, noch etliche guldene Creutz und Agnus Dei, auch gab er ihm ein Stück von dem Holtze des H. Creutzes, viererley Heiligthumb, geweyhete Zwehlen, Näßtücher, Privilegien (inprimis quoad Academiam Hafnienſem erigendam nec non Sacellum SS. Trinitatis in Cathedr. Roſchild.) und Gratien, ſo viel er derſelben begerte. Auch hielt der Babſt den König aller Zehrung frey, inwendig und auſſerhalb der Stadt Rom, in allen ſeinen Gebieten hin und wieder. Der König brachte mit ihm gen Rom ſeiner dreyer Reiche Gaben, als Häringe, Bergerfiſch und Hermelein-Futter, darvon gab er dem Babſte und auch den Cardinälen ſeine Verehrung nach Gebühr ꝛc. Am Mitwochen nach Miſericordias Domini war der 27. Aprilis, reiſete der König wieder aus Rom, und der Babſt ließ ihn mit zweyen Cardinälen durch ſein gantzes Gebiet geleiten. Den dritten May kam der König gen Florentz, da ſchlug er zween Florentiner zu Ritter. Den 6. May kam er gen Bononien, da ward Magiſter Hermannus Reinßenberger, deſſelben Tages in der Hauptkirchen, und Mag. Johann Heiſe des Abends in Königs Herberg, durch die vier oberſten Doctorn der Univerſität, auf Fürbit des Königs zu Doctores promovirt. Den 9. May reit er bis gen Mantua, da blieb er ſechs Nacht. Der Marggraffe thet dem Königs groſſe Ehr, ſonderlich ließ er für ihm rennen in dem Zaun zween Tage, da ward mancher niedergeſtochen, und worden über hundert Spieß zerbrochen. Der König ſchlug da zween Edeleut zu Rittern, und gab der Marggräfin ſeine guldene Geſellſchafft. (*Huitfeldius aliter:* Og gav Marcgræven ſin gyldene Flüß Elephantem, ſive *Marchionem Mantuanum Equitem Aurat. Ord. Elephanti-*

Privileg. quoad Acad. Hafn. fundandam & Capell. SS. Trin. Roſch.

Dona Regis ex piſcibus & pellibus.

Chriſt. I. duos Florentinos Equites creat.

Duo ex Comitatu Regio Florentiæ Doctores renunciati.

Rex binos Mantuanos Equites renunciat.

Affinem Marchion. Man-

tuen. Ord. Equ. Elephant. cohoneſtat.

ni creavit, *Conf. hic* Hertzholmium *de Ord. Eleph. Cap. VI. pagg. 28.*) Den 23. May kam er gen Cum, daſelbſt ließ der Hertzog von Meyland Schiffe zurichten, damit er den König über den Cumer-See, der 12 Meihlen lang und eine halbe breit, führen ließ. Inſonderheit aber ließ er dem Könige ein ſchön Schiff machen, und in der Mitte ein hoch Gezelt ſetzen ꝛc. ꝛc. Es kamen auch aus vielen Stedten, die an dem See liegen, Frawen und Jungfrawen mit kleinen Schiffen, fuhren an des Königs Schiff mit Geſange, und ſchenckten ihn Wein und Weißzbrod zum Ehren ꝛc. ꝛc. ꝛc. Breviarium Equeſtre Hertzholmio-Bircherodianum *nup. citat. Hafn. 1704. Cap. VI. §. IV. pagg. 33.* Quo interim inſtituto Romam profectus fuerit potentiſſimus trium regnorum Rex Chriſtianus I. dubia eſt varior. ſententia. Epiſcopus Lundenſis Matthias (*Magn. Matthiæ*) in MSS. quod reperitur in Bibliotheca Acad. Hafn. tradit, hunc glorioſum borealium Regem voviſſe, ſe S. Sepulchr. peregre proficiſcendo inviſurum eſſe, voti vero impotentem factum Romam tendiſſe, ut illud, quod ob ætatis gravitatem & negotiorum multiplicem curam perſolvere minus potuit, liberaretur. De hoc Chriſtiani I. itinere Chron. Oldenburg. Mansfeldicum, Holſat. Crantzius, Joh. Magnus in Hiſt. Suecor. Hiſtoria Bononienſium Studio Æmilii, Felic. Faber in Hiſtor. Svevor. Libr. I. Cap. 9. edente Goldaſto ita: Chriſtianus Daniæ, Seciæ, Norwegiæque Rex, vir inprimis Chriſtianus, Anno Dni M CCCC LXXIIII. Romam veniens ſacro Cardinalium Senatu obviam prodeunte, à Sixto Pontifice miro honore exceptus eſt, atque roſam auream dono accepit. Igitur ut Jaſon ex Græcia pro aureo vellere Colchidem, ſic is ex Norwegia Rex Romam proficiſcens, aureo munere

Navis in grat. Regis adornata.

Cauſa hujus itineris.

Ut voto peregrinationis Hieroſolymit. liberaretur.

nere onuſtus domum rediit. &c. *Ex* Miſſali Danico *Lipſiæ 1517. edito ejusque parte Priore* Tide-Bog, *ſive libro Horis Canonicis deſtinato, Pontificia ſuperſtitionis ſentina, iſthæc latine reddita habeto:*

Sequentem hanc orationem ſacram compoſuit Leo Papa, quam fratri ſuo Carolo Magno Gallorum Regi communicavit, quicunque eandem oraverit, viderit, audiverit vel ſecum geſtaverit, eodem die neutiquam occidatur, ſubmergatur aut vulneretur, ſed animam & corpus ab omnibus diaboli malevolorumve hominum machinationibus immunis eſto, & quoties illam legerit, mille dierum indulgentias inſuper reportato. Sanctus Gregorius Papa quinque ſequentium precum autor fuit, unicuique, qui eas oraverit, viginti mille annor. & viginti quatuor annor. nec non dierum viginti trium Indulgentias largitus, quas Calixtus Papa 56 adauxit. Chriſtiernus Rex Daniæ cum Romæ erat, Sixtum Papam interrogavit, tantumne harum indulgentiarum eſſet? Papa reſpondit, plus adhuc illarum eſſe; Sixtus enim Papa Quartus binas una cum Collectis adjecit preces, indulgentiis in alterum tantum protenſis, adeo ut quadraginta mille annorum & quadraginta octo annorum nec non quadraginta ſex dierum dentur Indulgentiæ &c, &c. Colloqu. Reg. Chr. primi cum Pontif. R. Sixto quarto de Indulgentiis.

Alterum Auguſtiſſimorum horum Peregrinatorum glor. mem. Fridericum Quartum *bis venerata eſt Italia, primo Principem, ſecundo Regem. Prioris peregrinationis hiſtoriam fuſe proſequitur Diar. Vitæ ac Imperii Chriſtiani Quinti. Unde hæc tantum excerpamus. Pagg. 245.* Ao. 1692. den 8. Martii bezogen J. K. Hoheit bey Dero Ankunfft in Rom den nach Römiſchen Gebrauch vorhin meublirten Pallaſt Frider. IV. bis Ital. adiit.

der Prinzeßinn Carbognano und hielten daſelbſt offen Taffel und ein ſchön Train in die 6 Wochen. Der Pabſt ließen ſo gleich durch ſeinen würcklichen Cameriere d'honore, den Graffen von Faſenau, bezeugen, daß er ſeine Regierung durch dieſe Ankunfft eines groſſen Herren ſehr geehret hielte, zumahlen er nicht wüſte, daß ſeit Kayſer Caroli des V. ein ſo groſſer Herr in Rom geweſen wäre ꝛc. *De Regio autem itinere conſulendus* Andr. Buſſæus *in Diar. Vita ac Imper. Frid. Quarti MSS.* Anno 1708. den 2. Nov. reſolvirten Seine Maj. ſich eine Reyſe nach Teutſchland und Italien zu thun, inſonderheit zu dem in Venedig vorſtehenden Carneval, ſamt Florentz. Den 29. Dec. kam er nach Venedig, wo er ſich eine zeitlang als Graf von Oldenburg aufhielt, nichts deſto weniger wurde ihm von dem Senat alle Ehre und Höfflichkeit, ſo einem gekröneten Haupte zukommt, erwieſen. Seine Maj. kam ſonſten gantz ſtille in Venedig auf eine Gondole, welche er in Joſine miethen laſſen, und hatte keinen andern, als Herr Weyberg bey ſich, ſo daß niemand von Seiner Maj. Ankunfft wuſte, bevor die andern Fahrzeuge mit den Bedienten und Bagage ankamen, da ſich ſo gleich 4. Raths-Herren anmeldeten, S. M. wegen ſeiner Ankunfft zu gratuliren ꝛc. ꝛc. In mittler Zeit fandt ſich in dieſen und denen umliegenden Landen, inſonderheit Italien und Franckreich, ein ſo ſtarcker Winter ein, daß ſich niemand dergleichen zu erinnern wuſte. Vermittelſt deſſen auch das Carneval in Venedig eine zeitlang aufgehalten würde. Die Venetianer haben nachgehends die Manier gehabt, dieſes Jahr zu nennen: L'Anno del Re Friderico Quarto di Danimarco. Zur ſelben Zeit hat Seine Czaariſche Maj. Seine Königl. Maj. von Dänemarck zu ſeiner glücklichen Ankunfft in Ve-

Frider. IV. Dan. Princeps Hær. poſt ævum Caroli quinti Imp. maximus, qui Romam intraverit, Papæ judicatus.

Rex Frid. IV. ad Olympia Veneta profectus.

Comitem Oldenb. ſe tantum profitetur.

Ferocia Brumæ inuſitata.

Annus 1709. Venetis audit Annus Regis Frid. Quarti de Dania.

Venedig felicitiren laſſen, da der damahls in Wien ſich befindender moſcowittiſcher Plenipotentiarius dieſerwegen beordert wurde, nach Venedig zu reyſen. 1709 den 1. Jan. ſchickte die Republique S. Maj. ein vortreffliches Preſent von allerhand Erfriſchungen und andern, ſo alle in 12. ſchönen Barquen überbracht wurde ꝛc. Der Ritter Nicolo Erizzo, welcher einer von denen 4. Senatoribus ware, ſo die Republique beſtellet, S. M. zu aſſiſtiren, machte zur ſelben Zeit Seiner Maj. dieſes Compliment: Daß dergleichen Preſent von der Republique an den Grafen von Oldenburg geſand würde: möchten ſie aber wiſſen, daß der König von Dännemarck zugegen wäre, ſolten ſie nicht unterlaſſen, eine Diſtinction zu machen. Seine Maj. beehrte der Republique Hoffmeiſter, ſo die Verehrung præſentirte, mit einer guldenen, auch einer Medaille 120. Ducaten werth, den Commandeur über die Barquen regalirte er mit 100 Ducaten, und die Ruder-Knechte mit 100 Ducaten. Den 9. dito des Abends kam S. Maj. nach Bologna und den 14. Mart. nach Florentz, wo er ſich aufhielt bis zu dem 8. April, da er eine Tour nach Livorno, Piſa, Sinea und S. Luca &c. that etc. etc. Zu einem ewigen Andencken von S. Majeſt. hohen Gegenwart in Florentz über die Pforte, wodurch S. Maj. von Bologna kam, iſt eine herrliche Inſcription mit vergüldten Buchſtaben auf einen ſchwartzen Marmorſtein aufgeſetzet worden. (Monetam Florentinam in Regii hujus adventus memoriam cuſam ita deſcribit idem Buſſæus in ſubnexa Numiſmatum Hiſtoricorum, quæ huc pertinent, deſcriptione: Num. 36. Auf Seine Königl. Maj. glückliche Ankunfft zu Florentz im Martio 1709. hat der Groß-Hertzog eine groſſe Medaille verfertigen laſſen,

Legatus Ruſſicus ad Reg. gratulat.

Ingenioſum ac lepidum Senatoris Veneti dictum.

Inſcriptio aurea ac marmorea ſupra Portam Florentinam in memor. Reg. Dan. Frid. IV.

welche er dem König præſentirte, wiegende in Silber . . Loth. Die erſte Seite ſtellet des Königs Portrait mit dieſem Titul vor: FRID. IIII. DAN. ET NORWEG. REX. Die andere Seite zeiget eine Flotte (Hic errat Buſſæus, ſtanneus enim Numiſmatis hujus, quem ſervo, ectypus Neptunum tridentiferum, una cum Leonina ac Florentinæ urbis facie oſtendit) mit dieſer Uberſchrifft: FELICISSIMO ADVENTVI FLORENTIÆ. Unten lieſet man: A. CIↃ. IↃCC. IX. (Neque hoc accurate ſed VIII. unde totus Buſſæi calculus labefactatur.) IDIBVS MARTIIS.) Den 16. dito kam Seine Maj. wieder nach Florentz, allwo er abermahl etwas verblieb, darnach nahm Er den 25. Dec. ſeine Reyſe über Vincenza und Trier nach Teutſchland ꝛc. In mittler Zeit war Seine Excell. Graf von Reventlau von Florentz nach Wien abgeſchicket, daß er allda beym Kayſer S. K. Maj. Dannckſagung und Excuſe ablegen ſolte, dieweil er an ſelben Hoff invitiret worden, wie auch vor die Anſtalt etc. In Bologna ließ der Pabſt Clemens XI. durch ſeinen Nepotem Hannibal Albani S. Maj. complimentiren und Ihn nach Rom invitiren. S. Maj. aber entſchuldigte ſich mit aller Höfflichkeit und danckete vor die ihm bewieſene Ehre. Immittler Zeit war in Rom allbereit der Anfang zu den Præparatorien gemacht, wegen Seiner Maj. Ankunfft, da S. Maj. die Anſtalt, ſo von dem Pabſt verfüget, zu deſto grösserem Honneur ſolte gehabt haben, daß Cardinal Piedro Ottoboni, Vice-Cantzler, ein Venetianer von Geburt, und Pabſt Alexanders des Achten Nepote oder Bruder-Sohn, ſolte S. Maj. entreteniren, ſo lange er in Rom verblieb, ſo hatte er auch 6. Cavallier zu S. Maj. täglichen Aufwartung, nemlich die Herren Mar-

Numiſm. in honor. Reg. Florent. cuſ.

Buſſæi calculus notatus.

Legatus Reg. Frid. ad aul. Cæſar.

A Pontif. Romam invitatus.

Decret. Pontif. de Rege honorif. excipiendo.

Marquiſen, Sachet, Theodoli, Bolognetti, Cavallieron und 2 S. Heiligkeit Vettere benennet. So ließ nicht weniger der zu Bologna ſich befindender Päbſtlicher Legat ermangeln, bey vorfallender Gelegenheit groſſe Höfflichkeit zu beweiſen. In Vincenza trug ſich dieſes zu, ſo eine beſondere Anmerckung meritiret, daß da an ſelbigem Ort ein Venetianiſcher Noble mit Nahmen Antonio Franceſco Farſetti, welcher Podeſta oder Stadthalter, Seine Maj. mit gröſſeſter Diſtinction entretenirte, von Seiner Maj. zum Ritter creiret wurde, wodurch er Recht und Zugang erhielte, den ſo genannten Stola d' oro zu tragen, welches in Venetien eins von den gröſſeſten Ehren-Zeichen iſt, und ſonſten kein Venetianiſcher Noble kann genieſſen, ohne daß er von den älteſten Familien, auch würcklich an einem Hoff als Ambaſſadeur gebrauchet worden. Rex. Dan. Nob. Venetum Equitem creat, exinde Stola d' oro dignum judicatum.

Idem *Buſſæus* poſtea in Numiſmat. Deſcript. Num. 37. Zu einem Andencken Seiner Königl. Maj. auf ſeiner Retour von Italien bey Seiner Königl. Maj. von Pohlen zu Dreßden den 25. May 1709. abgelegte Viſite iſt eine Medaille (ohne Zweiffel in Sachſen geſchlagen) ans Licht gekommen, welche in Silber wieget . . Loth und hat auf der erſten Seite dieſe Inſcription: SEREN. POTENT. DAN. ET NORW. REGEM FRIDERICVM IV. IN SAXON. EX ITAL. REDUCEM FRID. AVGVSTVS REX ET EL. POTENT. DRESDÆ LÆTISS. EXCIPIT. D. XXV. MAJI. Der Revers ſtellet einen Stern vor mit einem Band herum, woran ein Elephant hänget. Oben um lieſet man: CONIVNGIT AMOR FRIDERICOS. Et in ſequentib. Num. 40. Zu einem Andencken von Seiner Königl. Maj. glücklichen Heimkunfft von Numiſm.

Italien im Julii Monath 1709. iſt eine Medaille ausgekommen, welche in Silber . . loth wieget, auf deſſen erſten Seite man ein Vogel ſiehet, welcher zu ſeinen Jungen nieder flieget, worüber man lieſet: NVNC LÆTIORES. Oben herum lieſet man: REGIS DANIÆ REDITVS EX ITALIA MENS. IVLII MDCCIX. Auf der andern Seite ſitzet ein Vogel mit ſeinen Jungen auf dem Neſt, worüber zu leſen: ET ALIT ET TEGIT. Oben auf ſelbiger Seite lieſet man: FAVSTO SIDERE FAVSTVS. Poſtea Num. 41. Noch iſt den 1. Januar. 1710. eine andere Medaille ans Licht gekommen, welche in Silber wieget . . loth, und hat auf der erſten Seite dieſe Inſcription: DEO SOSPITATORI PRO SALVTE AVGVSTISSIMI REGIS PRINCIPIS OPTIMI VOTA SOLVTA ITERVMQVE FACTA CAL. JANVARII A. MDCCX. Auf der andern Seite ſiehet man einen Stern mit 5. Strahlen, worauf geſchrieben ſtehet: DANIA. ITALIA. SAXONIA. BORVSSIA. SCANIA. Mitten im Sterne ſtehet F. 4. en Chiffre mit einer geſchloſſenen Crone. Oben über lieſet man: IMMOTE. AST. NON SINE. MOTV. Unten: OMNIBVS ILLVXIT A. MDCCIX.

P. S.

De Itineribus â duobus aliis iisdemque vetuſtioribus Daniæ Regibus, quos pene omiſeramus, in Italos ſuſceptis aliisque huc pertinentibus quædam hic poſtliminio erunt addenda.

Canutus Magnus R. Daniæ & Angliæ Romam petit.

De itinere Romano Canuti Magni Dan. Angl. &c. Regis ita Henricus Huntindonienſis *Hiſt. libr. I. ad ann. 1027.* Cnut Rex Romam ſplendidè perrexit & elee-

eleemoſynam, quæ vocatur Rom-ſcot, quam anteceſſores ſui dederant, Eccleſiæ Romanæ perenniter aſſignavit. Quis autem numeret eleemoſynas ejus & dapſilitates ejus & magnalia, quæ geſſit Rex magnus in peregrinatione illa? Non fuit Rex ſub occidentali limite, qui tam ſplendide, tam famoſe Romæ loca ſancta petiſſet. Hæc ille. Rogerius de Hooeden *Annal. Part. I. ad ann. 1031.* Canutus Rex Anglorum & Danorum & Norreganorum de Denemercia magno cum honore Romam ivit & Sancto Petro Apoſtolorum Principi ingentia dona in auro & argento aliisque rebus pretioſis obtulit & a Johanne Papa, ut ſcholam Anglorum in Roma morantium ab omni tributo & telone liberaret, impetravit & in eundo & redeundo largas pauperibus eleemoſinas erogavit ac multas per viam clavearas, ubi telon a peregrinis exigebatur, ingenti pretio dato, diſſipavit, vitæque ſuæ & morum emendationem ante ſepulchrum Apoſtolorum devovit. Vilhelmus Malmesbur. *de geſt. Reg. Angl.* Decimo quinto anno regni ſui Romam profectus eſt, ibi aliquantis diebus commoratus & eleemoſynis per Eccleſias peccata redimens, navigio Angliam rediit.

E Dania profectus.

Beneficium Canuti in Anglos Romæ ſtudentes.

Egregius de Canutino hocce itinere in Knitlinga Saga MSSto Jslandico propediem curâ Illuſtris Io. Grammii *cum verſione Latina prodituro, locus ſe offert hunc in ſenſum:* Canutus in itinere Romano tantam expendit pecuniam, ut nullatenus marcis, vix libris numerari poſſit, omnibus petentibus erogavit. Ex Flandria usque Romam pedibus iter confeciſſe Sighwartus Poëta teſtatur. Hoſpitium inſtituit, quo omnes lingua Danica utentes exciperentur. Cænobiis paſſim pecuniam erogavit. *Hac Knitlinga Saga MSS. Cap. 17. p. 20, 21. Ad magnum hunc Canu-*

Hoſpitium Danis in Italia inſtitutum.

tum igitur ſpectant iſta ex Chronico Erici Pomerani, quæ perperam ibi in biſtor. filii ejus Canuti Duri irrepſerunt, prout rectè obſervavit Pontanus:

Tempore ſuo ſuper omnes reges mundi terribilis & laudabilis extitit. Tranſivit etiam cum Imperatore in Italiam ad domandum nationes exteras. *Quo etiam tendunt ſequentia ex Geneal. Reg. Dan. è Codd. Laudunenſi per Henr. Ernſtium edit. Soræ 1646. p. 11.* Hyberniam, Angliam, Galliam, Italiam, Longabardiam &c. ſibi ſubjugavit.

NB. *In hoc ejus itinere Romano filiam ſuam deſponſavit* Cunradi Salici *Imperatoris filio* Henr. III. *nomine* Gunildem, *aliis* Cunigundam, *de qua alibi plura.*

Ericus Bonus R. Daniæ Romam proficiſcitur.

Hunc excipiat diadematus alius Peregrinator Ericus, puta cognomento Bonus, Rex Daniæ, de cujus itinere Romano ita citata ſuperius hiſtoria MSS. Knitlinga Saga cap. 74. pag. 104. ſi latine vertas: Ericus Rex magno ſuo Comitatu Romam ivit, pede ubique Sanctorum loca viſitans. In Cœnobia & ſacra loca multam pecuniam expendit. Romæ a Paſchali P. P. honorifice exceptus, impetravit veniam ſedis Archiepiſcopalis in Dania fundandæ. Conceſſit & ei Papa, ut reliquias S. Canuti elevaret. In reditu apud Placentiam Hoſpitale inſtituit & apud Lucam fundationem fecit magna expenſa pecunia, ut omnes viatores Danica lingua loquentes, vinum ibi ad bibendum gratis haberent & hoſpitium liberum in dicto hoſpitali.

In gratiam Danor. fundationes duæ ſc. Placentiæ & Lucæ.

Nec prætereunda, quæ in MSS. Bibl. Acad. Hafn. de Principe quodam Dano annotavit Jonas Venuſinus, Regius olim Hiſtoriographus, hunc in modum. Tertio Idus Martii apud Peruſiam depoſitio B. Henrici Regis Daniæ Filii Ord. Minorum. Ex Chron. Ord. Minor.

Princeps Danus Peruſiæ fit Monachus Minorita.

Minor. Part. III. Libr. I. c. 30 & 31, ubi de illo mira narrantur. Obiit 1413.

Incertum, cujus Danorum Regis Henricus hicce Minorita Peruſinus fuerit filius, de quo in hiſtoriis domeſticis altum ſilentium. Adjectus anni emortualis numerus videretur ſuadere, Ericum Pomeranum Daniæ Regem intelligi, qui hoc ipſo anno (poſt ſedecim annor. cum Margareta Regina imperii conſortium) Daniæ regno ſolus potitus eſt, verum illi fuiſſe filios non conſtat, niſi illegitimo thoro natum dixeris, cui genuinum Parentis nomen forte inditum fuerit, cum hiſtoria teſtetur, Ericum Pomeranum ab initio Henricum audiiſſe, quod nominis Danis minus uſitati Margareta in familiare ſeptentrionalibus Erici nomen mutaſſe dicitur.

De copiis Danorum auxiliaribus Henrico *Imperatori olim in Italia militantibus ita* Ptolomæus Lucenſis *Annal. pagg. 950. B. P. t. 25. ad ann. 1070.* Henricus Imperator cum Danis tranſit in Italiam multasque pugnas committit. *Quibus Cel.* Th. Bartholinus Filius *in Codd. MSS. Bibl. Acad. B. A. H. ſequentia ſubjungit.* Anno proxime præcedenti Imperator colloquium cum R. Dan. habebat Bardevici præſente Archiep. Adelberto. Ibi auxilium terra marique contra hoſtes promiſit Rex Daniæ, cumque anno ſequente Dano milite ſtipatus Italiam infeſtaverit Imperator, ſequitur Regem ſc. Svenonem Eſtrithium tunc regnantem copias illi auxiliatrices dediſſe.

Copiæ Danor. auxiliar. Henrico Imperat. in Italia militantes. An. 1070.

Caput

CAP. III.

DE DANORUM PER HISPANIAS ET PORTUGALLIAM GESTIS AC VESTIGIIS.

§. 1. Vandalorum noſtratium in Hiſpania Regnum.

§. 2. Weſtro-Gothorum in Hiſpania regnum. Adductis Epitaphiis Regiis ATAULPHI Barcinone & TULGÆ Toleti in Eccleſ. S, Leocadiæ.

§. 3. Literæ Danicæ ſeu Runicæ in Hiſp. à Gothis introductæ & Toletane dictæ.

§. 4. Epitaphium RODERICI ultimi Gothor. Regis prope Urbem Portugalliæ Vizenſem in Sacello Eremitar. Michaeli Archangelo ſacro.

§. 5. Reliquiæ Gothorum in montibus Bearnenſibus.

§. 6. Clara Oligeri Dani in Hiſp. Geſta.

§. 7. Geſta Erici Boni Dan. Regis in Portugallia contra Saracenos.

§. 8. Hiſpanica Sigvardi Hieroſolymipetæ Norv. Regis Expeditio.

§. 9. Opera Danorum in Civitate Sylvenſi Saracenis eripienda aliaque noſtratium ibidem locorum geſta.

§. 10. Diſcuſſio erroris circa ſpurium Danorum Reginæ ELEONORÆ Portugallicæ apud Luſitanos in ſacello prope Regale Coenobium de Spina Epitaphium. Notatis ſimul Duardi Nonii Leonis ICti Luſit: circa Perſonalia alius Danorum ex Portugallia Reginæ Berengariæ ejusque in Coenob. S. Crucis apud Portugallos Sepulchrum deliriis utraque Ringſtadii Danor. humata.

Hiſpaniam,

Hiſpaniam, non minus quam Italiam, pugnacitatis Arctoæ theatrum vetuſtiora aſpexere Secula. Hinc Joannes Barclajus *Satir. part.* 4. Et hæ quidem Regiones ſunt, ex quibus tantæ gentes numero ſuo victoriis celebratæ, quodam turbinis æſtu toti olim Europæ infuſæ ſunt. Inde Cimbri Teuthonesque, inde Gothi Wandalique prorupere, per quos Italia, Lybia, Hiſpania cum Galliæ parte afflicta eſt. *Quo etiam tendunt verba* Oroſii: Germani ulteriores abraſa potiti ſunt Hiſpania. *Vandalos in primis ac Gothos per Hiſpanias latè ſparſiſſe terrorem teſtis inter alios* Camdenus *in Britannia pag.* 59. Vandali, *inquit*, & Gothi omnia in Hiſpania in fumum & cinerem verterunt.

Introitus de populis Borealibus qui Hiſp. inſedere.

§. 1. *Quod attinet primo Vandalos, qui etiam Africa imperitarunt, ex Vandalia noſtra Cimbrica egreſſos, tum nomen tum fere conſtans autorum conſenſus evincit, licet non diffiteamur, alias Aquilonis partes expeditioni Vandalicæ Symbolam adjeciſſe. Hinc* Joh. Lyſcander *Antiquit. Dan. Serm. Tertio.* Extrema omnium Cimbriæ Aquilonaris regio eſt **Wendeſyſſel**, quam aliqui Vinniliam, aliqui Vinnuliam dixerunt. Sed uſus introduxit, ut latina mollitie Vandalia appellaretur. Ex hac terra à multis educuntur Vandali, quos Autores teſtantur olim ex Scandicis inſulis in Germanicum litus ob inundationem Oceani tranſiiſſe: Sed alia aliorum opinio eſt, qui remotiorem recenſent originem. Unius Procopii graviſſimi Rom. hiſtorici authoritatem adſcribemus, qui Gothicis Vandalicisque temporibus vixit, utriusque etiam gentis originem & mores apprimè callebat, cum Princeps in exercitu Belizarii eſſet contra utrosque. Vandali, is inquit, populus Gothicus ſunt.

Vandalor. noſtratium in Hiſpan. Regnum.

Daniæ vindicantur Vandali.

Vandali ex **Wenſyſſel** ſeu Vandalia Cimbrica egreſſi.

ſunt. Id vero perſpicuum eſt: Neque enim tum aut inter Henetos aut Teutonas dici poſſunt; ſed Gothis annumerantur. Gothi autem ſunt Cimmerii & Getæ eodem autore. Igitur unde Cimmerii egreſſi ſunt, inde prodierunt Gothi Vandalli atque ex Cimbricis terris effuſi arctoisque inſulis propagati ſunt. Ergo ex Scandicis ipſi regionibus aptiſſimè educuntur Vandali in Germanicum littus: Idem quoque linguæ gentium & vocabula confirmant, quæ omnino Gothica ſunt. An verò ex hac una Cimbrorum provincia copioſiſſimum hoc agmen ſit, dubitari certè poteſt. &c. Hertzholmius *in Præcellent.* „*Regn. Dan. & Norveg. Tit. VI.* De nomine Wan„dalico. Hoc nomen, inquit, Regale Regis Daniæ „eſt, quod Inſcriptionibus ſuis tueri ſolet ob ſequen„tes rationes, quod Wandali originem ſuam à Danis „habeant. Dicuntur Grotio de Gothia quaſi à Wan„delen, hoc eſt, vagari. Datum autem id nomen „illis cis Rhenum poſitis, more jam Romano loquor, „a Transrhenanis ante Cæſaris Dictatoris tempora, „cum ſcilicet ut ipſe ait Cæſar, illi his ultro bella in„ferrent ac propter hominum multitudinem agrique „inopiam trans Rhenum colonias mitterent. Mihi „tamen magis placet illa ſententia Grotii p. 10. ex „edit. Amſtel. CIↃIↃCLV. ubi inquit: In eadem „Jutia pars ultima Wendela Saxoni, Windila aliis, „nunc Wendſyſſel, Wandalis ſe inſeſſam probat, „unde & mare aſſitum Wendelæ mare dixit Bremen„ſis. Hadr. Junius in Batavia ſua: Wandalos à pe„regrinando dictos volunt quaſi ambulones à Wan„delen, quod & ambulare & ſpatia jacere, quos ego „potius à Danis populis, unde exierunt colonias quæ„ſituri, nuncupatos dijudico: extant namque hodie „in parte Scandiæ, quæ Norwegia dicitur (Plinio

„Neri-

„Nerigos appellata haud dubie, modo integra ſit le-„ctio). e regione Cimbricæ Cherſoneſi Coperdalia, „Oſterdalia, Ubdal, Nydal, Foſdal, Sundal &c. & „id genus plura cum vici tum oppida, e quibus egreſ-„ſi trajecto freto vix unum miliare lato continentem „terram inundarunt. Hoc titulo Vandalorum (*per-„git Hertzholmius*) veluti Gothorum ſtupendo in-„ſigniri diverſi Principes voluerunt, nonnulli à trium-„phis, unde Juſtinianus ſe Gothicum, Wandalicum „appellat in ſubſcriptionibus ſuis. Alii alia quærunt „fundamenta: Rex autem Daniæ juſtiſſimè illum „prætendit, non ſolum jure originis, ſed etiam jure „præſcriptionis, qui tempore Frothonis, teſte Meurſio „in hiſt. Dan. hunc inter Regalia aſſumpſit: imo & „jure pacti, quo Fridericus II. Imperator Romano-„Germanicus Vandalicum Regnum Waldemaro II. „Regi Danorum glorioſiſſimo renuntiavit, inſtrumen-„to bullæ, quod Regnum Anno 1180 Waldemaro I. „Moguntiæ addictum erat. Et hæ reliquæ rationes „ſunt. *Hac* Hertzholmius.

Frotho 3. titulum Regis Vandalici primus aſſumpſit.

Regnum Vandalicum Imperator Danis renunciat.

Wandalos & Gothos (*quos in cap. præcedente Daniæ Sveciaque vindicavimus*) *unam diſtinctis nominibus gentem ex* Aimonio *tradit* Grotius *in prolegomenis de Gothia.* Wiſigothi, qui Narbonenſem Galliam tamdiu tenuere, dicuntur Aimonio eſſe Wandali; & Procopius libr. 4. de Goth. Longius Gothorum gens, quæ proprie ſic dicitur, Viſigothique & Wandali & cæteri Gothicæ originis populi habitabant. *Idem de Wandal. bello lib. I.* Gothicæ nationes multiplices & olim fuere & nunc ſunt, maximæ harum & nobiliſſimæ ſunt Gothi, proprium nomen ex tota gente adepti, Wandali, Wiſigothi & Gepidæ. *Et hanc reor utriusque gentis cognationem cauſam fuiſſe, ob quam* Thraſimundo *Vandalorum in Africa*

Vandali gens Gothica.

Africa Regi ſororem ſuam elocare maluit potentiſſimus Gothorum in Italia Rex Theodoricus, *jactante ipſo in litteris ad* Thraſimundum: Quamvis à diverſis Regibus expetiti pro ſolidanda concordia aut neptes dedimus, aut filias, Deo nobis inſpirante, conjunximus, nulli tamen æſtimamus nos aliquid ſimile contuliſſe, quam quod germanam noſtram generis Amali ſingulare præconium, veſtram fecimus eſſe conjugem, fœminam prudentiæ veſtræ parem, quæ non tantum reverenda regno, quantum mirabilis poſſit eſſe conſilio &c.

Fuſius de Vandalis differit Clar. Arpius *in Themide Cimbrica pag. 191. ſeqv.* §. *XXIX.*

„Vandalios inter vera & antiqua nomina Germa-„niæ commemorat Tacitus. Hi inſtabili imperio „littora maris Balthici aliquamdiu obtinuerunt, un-„de occaſione arrepta cohortes juvenum, tanquam „examina apium, in reliquas orbis partes emitterent. „Sane ſi ullus populus bellica virtute floruit, Vanda-„lorum fuit, qui ab ultimis his oris poſt tot clades „Reip. Romanæ illatas, per Gallias & Hiſpanias vi-„ctricia arma Africæ inferendo, tandem ſub curru „nimium propinqui ſolis laſſus ſubſtitit. *Et in Not.* „*ſubjunct. num. 121.* Regnum Vandalicum per Hi-„ſpanias & Africæ litora. M. Aurelio Antonino „imperante invaluit Vandalorum nomen; in quos „cum arma moviſſet Aurelianus, ad pacta & con-„ventiones ventum eſt, & fœdera ſunt inita, ut Van-„dali Romanis bis mille equites auxiliarios ex fœde-„re ſuppeditarent, quorum nonnulli ex tota exer-„citus multitudine delecti & in belli ſocietatem ad-„ſcripti, alii ſpontaneam militiam ſubeuntes, nomina „dederunt. Auri cupiditate illectis cum dona Ro-

Vandali Rom. auxiliares.

„mano-

„manorum non ſufficerent cum Probo ad Danubii „ripas tam ſiniſtris avibus pugnarunt, ut vix nun„tius cladis ſuperfuerit, ſi fides eſt hiſtoriæ, & poſt „illam cladem Vandali, quos occupaverant agros, „donec Geberichum, Gothorum Regem, adverſarium „experirentur, cujus armis, cum Wismarus eorum „Rex cecidiſſet, Pannoniam à Conſtantio. Imp. pe„tierunt, & ſibi traditam aliquamdiu ſedibus in ea „locatis obtinuerunt: Donec à Stilicone militiarum „Magiſtro, exciti, dubio Marte per Gallias pugna„rent. Hujus belli perpetui tædio, Radagaiſo Du„ce, numeroſiſſimo exercitu Italiam petere conſtitue„runt. Hic cum tantæ multitudini nihil inper„vium videretur, tam gravem ſenſit Numinis vindi„ctam, ut ipſo in conflictu cæſo, Vandali in gyrum „& Galliarum confinia redire cogerentur. Iſtas re„giones tum Gothi tenebant, gens & virtute militari „& armorum uſu inſignis, quæ nullum periculi ge„nus detrectabat. Placuit igitur iis miſſis, Hono„rio annuente, potius adverſus Svevos & Alanos ſub „Godeſido Rege in Hiſpaniam tendere. Nec male „ſuccedebat optio, fertiliſſima provincia ſuo de no„mine *Vandalia* dicta, donec (v. Sidon. Apollinar. „in Panegyr. Anthem. v. 362.)

Clades ingens Vandalor.

Vandali ex Italia pulſi.

Elogium Gothor.

Provincia Hiſpan.. Vandalia dicta.

- - - Tarteſſiacis Vallia terris
Vandalicas turmas & juncti Martis Alanos
Stravit, & occiduam texere cadavera Calpen.

„Gravis tum iis incubuit calamitas, quæ tamen „non ita animum eripiebat genti ſtrenuæ & armo„rum periculis innutritæ, quin Romanos, Svevos „Gothosque crebris incurſionibus vexarent. Ea „tempeſtate Bonifacius, vir ſtrenuus, Aetii ultimi „Romanorum æmulus, auſpiciis Græcorum, Afri-

Clades Vandal.

„cam tenebat. Is nova moliens, miſſis in Hiſpa-
„niam amicorum potiſſimis, cum ambobus Godeſidi
„filiis, in eam ſententiam fœdus inibat, ut cuique ipſo-
„rum tertia pars Africæ cederet, quod ſi quis bello im-
„peteretur, commune periculum eſſet. Hæc pa-
„cti Vandali, fretum ad Gades transvecti, in Africa
„ſub Genſerico nobile regnum condiderunt. Quo
„Duce

Regnum Vandalor. in Africa.

- - - Vandalus hoſtes
Urget & in Romæ numeroſa claſſe quotannis
Militat exitium.

Vandali Romanis graves.

„Cum per ſeculi decurſum hæc Vandalorum du-
„raſſet potentia ſolitam fortunæ inconſtantiam, &
„Glimerem Regum ultimum devicit Juſtinianus Cæ-
„ſar, ut non ineleganti ſcribendi genere docet Pro-
„copius. *Hæc* Arpus. *Conf.* Victor. Uticenſem de
„perſecutione Vandalica. Iſidorum *in Chronico Suevorum, Gothorum & Vandalorum &c.*

Glimer ultimus Vandal. Rex victus.

§. 2. *Poſt Vandalos Hiſpanias tenuerunt* Gothi, *propriè ſic dicti, ſibi ab Imperatore* Honorio, *ſi à Vandalis vindicare auderent, oblatas. Gothorum illi, qui hic in occidentis partibus Hiſpaniæ moderamina ferebant, appellati ſunt Wiſigothi ſeu Weſtro-Gothi ſive Gothi occidentales, ut diſtingverentur ab iis, qui orientem verſus Italiam occupabant Auſtro-Gothi ſ. orientales nuncupati. Quos tamen alii à ſitu patriæ in Scandinavia, unde exierant, ita nuncupatos urgent, & Wiſigothos quidem Dania Norvegia & Jutia oriundos vult* Edmundus Gibſonius *in Additionibus ad Camdeni Britanniam Anglice translatam.* The Viſi or Weſtern Goths, who lived in Denmark, Norway, Jutland &c. *Imperium iſtud*

Weſtro-Gothorum in Hiſp. Regnum.

Wiſi-Gothi inprimis ex Dania & Norvegia egreſſi putantur.

iſtud Wiſigothicum ultra annos trecentos venerata eſt Hiſpania. *Eleganter* Camdenus *in Britannia p. 60.* Nec fraudi Scotico nomini eſſe poteſt, ſe Gothorum prolem agnoſcere, cum potentiſſimi Hiſpaniarum Reges hinc ſtemma ducere gloriantur & apud Italos nobiliſſimi quique à Gothis vel genus ducunt vel ementiuntur. Ipſeque Imperator Carolus Quintus è Scandia & Gothiæ tractibus totius Europæ nobilitatem exortam fuiſſe, seriò dictitare ſolebat. Martin. Zeillerus *in præfat. Deſcriptioni Sueciæ præfixa.* Es wollen aber nicht allein die Grandes, oder die groſſen Herren in Spania, ſondern auch andere, und ſonderlich, was ein wenig über den gemeinen Stand daſelbſt erhaben iſt, noch heutiges Tags von den Gothen ihren Urſprung herführen, gentiles hombres, oder gentil-hombres und hidalgos, das iſt, edle, vornehme Leuthe, und hijos dal Godos oder der Gothen Söhne, geheiſſen ſeyn. *De Gothicis in Hiſpania Regibus conſulenda inprimis* Corona Gothica Caſtellana y Auſtriaca por Don Diego Saavedra Faxardo, Cavallero de la Orden de Sant Iago. Impreſſa en Munſter. *1646. quam Sueticè vertit Illuſtris* Sparvenfeldius. *Monumenta nonnulla illorum hic habeto.*

Gothi ultra 300 annos Hiſp. imperitarunt.

Regis Hiſpaniæ a Gothis ſe deſcendere gloriantur.

Nobiles Hiſpani Gothorum filii ſalutari volunt.

Barcinone.

Epitaphium Ataulphi *Wiſigothorum in Hiſpania Regis primi heic ſepulti ſiſtit* Baronius *in Annal. 414. in hunc modum.*

Epitaph. Ataulphi Reg. Goth. Primi Barcin. extans.

BELLIPOTENS VALIDA NATUS DE GENTE GOTHORUM
HIC CUM SEX NATIS REX, ATAULPHE, JACES.
AUSUS ES HISPANAS PRIMUS DESCENDERE IN ORAS

QVEM COMITABANTVR MILLIA MVLTA VIRVM
GENS TVA TVNC NATOS ET TE INVIDIOSA PEREMIT,
QVEM POST AMPLEXA EST BARCINA MAGNA GEMENS.

Quæ inſcriptio Joh. Marianæ *de Reb. Hiſpan. lib. 5. Cap. 2. recentior viſa eſt, quam pro horum temporum antiquitate.*

De Sepultura & inſignibus Ataulphi ita loquitur Rodrigo Mendes Silba Luſitanus *in Catalogo* Real de Eſpanna *pag. 9. Edit. anno 1637.* Ataulfo, primero Rey Godo en Eſpanna eſt à ſepultado en Barcelona, junto à la Igleſia mayor, con epitafio, yarmas que truxeron ſus ſucceſſores, y ſon un eſcudo quartelado en la mano de recha del primero quarto alto, tres barras negras en campo de oro: en el ſegundo quarto alto de la mano izquierda una Corona de oro en campo colorado, y en el tercer quarto inferior de la mano de recha un Leon rojo en campo blanco, o plata, yen el ultimo quarto inferior de la mano izquierda otro Leon rojo en campo de oro. Eſtas ſon las verdaderas armas que truxeron los Godos, conforme los mejores Autores que de ello tratan.

Leones in inſignibus Ataulphi, veſtigium Orig. Dan.

Franciſcus Paraph. *de Regib. Hiſp. in Ataulph. Moral. lib. 2. Cap. 14. ſcribit, ſepulchri ejus* (Autore Hieronymo Paulo Barcinonenſi) in Vico Paradiſi, *ſublimiore ejusdem urbis parte, veſtigia quædam extare, nempe columnarum partes, & non Herculis, ut fama habetur. Hiſtoriam ejus paucis complectitur* Peringſkioldius, *qui momenta rerum à Wiſigothicis Regibus geſtarum ex* Corona Sawedriana *excerpſit*

cerpſit loc. cit. pagg. 648. Invaſerant jam variæ barbaræ gentes Hiſpaniam, cum Ataulphus, Gothorum Rex, Italiæ cedens Imperio Gallias petit, Narbonemque occupat, ubi cum Placida Honorii Imp. Sorore nuptias celebrat. Tum pace cum Romanis compoſita, Hiſpanias, jam Alarico Gothorum Regi ab Honorio conceſſas aggreditur Ann. 415. ac in Barcinonenſi urbe, in qua prima Hiſpanici Regni fundamenta jecit, ſuorum dolo interficitur. Regnavit in Hiſpania ann. I. incompletum obiit ann. 416. ſepultus Barcinone.

Utrum Ataulphus an Alaricus Gothici in Hiſp. regni fundamenta jecerit.

Contrariatur his Lyſcander *in Geneal. Reg. Dan. p. 99. qui prima Wiſigothici Regni fundamenta Alarico adſcribit.:* Alaricus (ſc. poſt Romam occupatam) kom hen ind i de Hiſpaniſke Grændſer, tog Landet ind, nedſætte der meget af Folcket og begyndte at elſke paa et nyt Rige og Herredom og lagde da den første Grund til det Gothiſke Rige i fornæfnte Hiſpanien. Og endog hand for adſkillig Modſtand er ikke fuldkommelig ſtrax kommen til det gandſke Regimente, ſaa regner dog alle gamle og ſandfærdige Hiſtorici, det Gothiſke Riges Begyndelſe udi Hiſpanien fra ham og det Aar man talde fra Guds Søns naadige Fødſel 404.

Toleti.

In Eccleſia Sanctæ Leocadiæ.

Epitaph. Tulgæ R. Viſigoth. Toleti.

Epitaphium TVLGÆ, *Wiſigothorum Regis, ann. 642. defuncti.*

HAC MORIERIS TVLGA PRIMÆ SVB FLORE IVVENTÆ
QVI MVLTOS ANNOS VIVERE DIGNVS ERAS.

INDOLE PRÆCLARA CEU TITAN SVRGIS IN ORBEM,
IN MEDIO CVRSV STAMINA PARCA SECAT.
IN TE RELLIGIO MICVIT, PIETASQVE FIDESQVE,
PAVPERIBVS LARGVS, IVSTITIÆQVE TENAX.
ANNOS QVI NVMERET, IVVENEM TE DIXERIT ESSE,
VIRTVTES NVMERANS, DIXERIT ESSE SENEM.
TE PVERI LACHRYMIS DEFLENT, IVVENESQVE SENESQVE,
URBS TOLETANA PATREM TE VOCAT ESSE SVVM.
AD MELIORA TVO REGNO REX REGNA VOCARIS,
PAX VBI CONTINVA EST, ET SINE NVBE DIES.
SORTE SEPVLCHRALI TVLGA LEOCADIA VIRGO
ASSOCIATA TIBI EST, SEMPER AMICA COMES.
ET COMES IN TERRIS, COMES ET SVPER ÆTHERA FIDA,
GAVDET VBIQVE TVO, REX GENEROSE, BONO.
ERIPERIS TERRIS, PRINCEPS, VT SIDERA CALCES,
QVAM TIBI VIRTVTES EXPEDIERE VIAM.

Litteræ noſtratium Runicæ in Hiſpània uſitatæ.

§. 3. *Ab Urbe Toleto literæ Runicæ per Gothos noſtros in Hiſpaniam introductæ appellabantur* Toletanæ, *teſte* Roderico Toletano *libr. 6. Rer. Hiſpanicar. Cap. 30.*

Statutum Concilii Toletani de Litteris Gothicis abolendis.

Alphonſ. Rex Litter. Runic. abrogavit.

Concilio, *inquit*, Toletano Anno MCXVI. patres cum Bernhardo Toletano Primate multa de officiis Eccleſiæ ſtatuerunt, ſed & illud, uti deinceps ſcriptores omnes omiſſo charactere Toletano, quem Gulfilas Gothorum Epiſcopus invenerat, Gallicis literis uterentur. *Hæc* Rodericus. *Sed diu ante hæc tempora in Hiſpania abrogatas ab Alphonſo Rege Caſtiliæ & Navarræ refert* Claudius Duretus *in libro de origine linguarum Cap. 69. ex Rerum Hiſpani-*

ſpanicarum Commentariis, Regem ſcilicet hunc circa annum Chriſti MLXXXVI non ſolum officia dicta ſed etiam in concilio Lugdunenſi præſente nuntio Gothica, aut Iſidorica, aut Maſarabica abrogaſſe, Papali Regnero *decreviſſe, ut ſcribæ & Notarii poſthac non uterentur characteribus antiquis Gothicis per Ulphilam, eorum Epiſcopum, inventis, poſt* Toletanis *dictis, ſed literis, quibus tum utebantur in Caſtilia.*

NB. Gratis autem Roderico Toletano nuper citato aliisque Characteris Runici inventor ſalutatur Ulphilas, ipſo longe antiquioris, ut demonſtrat Wormius in Lit. Danico.

His non incommode ſubjungantur ſequentia ex Camdeni Britannia cum Translatione Anglica & Additionibus Edmundi Gibſonii Fol. XCVI. in nota 33. quæ ultima eſt ad Tab. 2. Nummorum Britannicorum.

The Runic Characters anciently were the writing of the Viſi, or Weſtern-Goths, who lived in Denmark, Norway, Jutland &c. For the Oſtro, or Eaſtern-Goths of Sweden, and thoſe Countries, ſwarmed and conquered Eaſtward in and towards Aſia: who though they ſeem to have had the ſame language with the Viſigoths, yet had a different character, framed as it ſeems from the Greek, ſome ſay by Ulphilas their Biſhop, near or upon the Blackſea; and it is ſtill preſerved in the copy of the Goſpels translated into that language by him: and is for the moſt part ſtill extant in that they call the Codex Argenteus, being wholly written in ſilver letters, reſerv'd with great and deſerved vene-

ration in Sweden: but tranſcribed and printed by the very worthy and learned perſon Mr. Franc. Junius the younger. But the Viſigoths ſeem to be thoſe who came Weſtward; who conquer'd part of Italy, and of France; all Spain, and part of Africk where they reigned in great ſplendor many Years, till the invaſion of the Moors. They alſo acquired the Northern Parts of Britain, keeping (as is ſeemeth) their ancient Runic Characters. And though moſt of the ancient Runic Coins I have ſeen either in Ant. Auguſtinus, Paruta or Laſtannoza's book de las monedas deſconocidas; yet I have only ſet down thoſe which are new to me, and which being ſent by that very courteous, intelligent, and diligent Antiquary, Mr. Ralph Thoresby of Leeds in Yorkſhire, I conceive rather belong to thoſe of Northumberland, Cumberland &c.

Epitaph. Roderici R. Goth. ultimi in Hiſp.

In Regno Portugalliæ prope Urbem Viſenſem Provincia Interamnica eſt Sacellum Eremitarum dedicatum Sancto Michaëli Archangelo, ubi (*teſte* Manuele di Faria & Souſa *in* Europa Portugeſa *T. I. Part. 3. pagg. 383. viſitur ſepulchrum* Roderici *Gothorum in Hiſpania Regis poſtremi cum antiqua pictura parietina & hac Inſcriptione.*

HIC REQVIESCIT RVDERICVS *
VLTIMVS REX GOTHORVM.

Qui-

* Nomen istud Rudericus, vel Roderiguetz, hodiernis etiam Hiſpanis uſitatum, vetuſto noſtratium Rörick deberi nullus dubito.

Quibus Anton. di Gvevara, Guilleaume de Caſel. *p. 515. &c. addunt hæc verba.*

MALEDICTVS FVROR IMPII IVLIANI, QVIA PERTINAX, ET INDIGNATIO, QVIA DVRA, VESANVS FVRIA, ANIMOSVS INDIGNATIONE, IMPETVOSVS FVRORE, OBLITVS FIDELITATIS, IMMEMOR RELIGIONIS, CONTEMTOR DIVINITATIS, CRVDELIS IN SE, HOMICIDA IN DOMINVM, HOSTIS IN DOMESTICOS, VASTATOR IN PATRIAM, REVS IN OMNES. MEMORIA EIVS IN OMNI ORE AMARESCET, ET NOMEN EIVS IN ÆTERNVM PVTRESCET.

Peringſkioldius iterum ex Saavedra pagg. 660. Cum Sisbertus & Eba, Witizæ (antecedentis Regis) filii, ob ejus impietatem inviſi eſſent, Rudericus ex Theodofredo Chindaſwindi Regis Nepos Rex eligitur & Witizæ premens veſtigia, cum Juliani Comitis filiam violaſſet, tantâ ira Patris animum ſubiit, ut Saracenos in Hiſpaniæ perniciem ex Africa evocare non dubitaverit. Venerunt Mauri, Muza & Tariffio Ducibus, Hiſpalique oppugnata, commiſſo tandem certamine, Rudericum profligarunt anno 712. qui univerſa ditione ſpoliatus ac profugus documentô fuit poſteris; nulla diu regna ſtare, ſi pietate, juſtitia & temperantia non gubernentur.

Claud. Lyſcander *in Geneal. Reg. Dan. p. 120.* Efftærdi mange ikke meente Konning Roderico det trolige, Tiden var ogſaa at det Gothiſke Rige og Herredom udi Hiſpanien vilde ſegne og undergaae, blev hand der med ald ſin Krigsmag affſlagen og Seyr, Rige og Regimens

Terminus fatalis imperii Gothici in Hiſp.

gimente faldt udi de Saraceners Hænder, da Rodericus havde regiæret 13 Aar og gangen var fra Chriſti Fødſel 720. Effter de Gothers førſte Udtog af Skaane, 2151 (*NB. Præſentiſſimus ubique etiam in remotiſſima antiquitate Chronologus eſt Lyſcander, ſed quam accuratus ipſe viderit*) Der de nu mægtige hafde regiæret udi Hiſp. 316 Aar. Riget er ſiden bleffuen under de Saracener og det Almoradiſke Huus, og Herſtamme til Carolus Magnus hans Søſter Søn Roland og Holger af Danmarck, og dereffter Kæyſer Caroli Søn Ludovicus Pius haver noget ſvecret dennem etc. *Et poſt nonnulla, ne ſangvinem Gothicum throno prorſus dejectum credas Hiſpanico.* Enddog Saracenerne haver indtaget Riget og er kommen til det høyeſte Regemente udi Hiſpanien ſaa haver dog den Aſturiſke Provincia iblant de Pyreneiſke Bierge holdet ſig mectige, udehold diſſe fremmede Gieſter og ſelv ſtifftet ſig en anden og nye Regiæring og derudi ſom en Konge opſat ofver ſig Pelagium af det rette forrige Gothiſke Konge-Blod, Hertug Faſilæ Søn af Cantabrien, ſom blev nedlagt af den Gothiſke Konge Witiza. Hand fratog de Saracener dend koſtelige Bye og Fæſtning Legion, lod dend beſkandſe og opſætte der et Caſtel og lod ſig og ſine Effterkommere deraf kaldes Grefver af Caſtel, ſom ſiden haver kaldet ſig Konger af Caſtel. Dog vilde hand indtet bevare ſig med det Hiſpaniſke Konge-Riges og fordum Gothers Vaaben, men lod i ſit Skiold udſkrive (efter den gamle Danſke Viis) en rød Løve udi et Hvidt Feldt ſom de Legionſke Herrer bruger til denne nærværen-

Oliger. Danus.

Nec tamen ſangvis Gothicus throno Hiſpaniæ exulat.

Pelagius Gothicæ originis.

Etymologia Nominis Caſtiliæ.

Veſtig. Orig. Dan. in inſigni Pelagii.

værendes Tid. *Et ab hoc Pelagio in ſequentibus Caroli Quinti, Imperatoris Romani & Hiſpaniarum Regis ejusque in Hiſpania Succeſſorum pertexit Genealogiam.*

De lingvæ Gothicæ in Hiſpania veſtigiis alibi nonnibil monendum.

§. 5. Peringſkioldius *p. 502.* Notandum reliquias Gothorum eſſe Cagothos in montibus Bearnenſibus inter Urbem Pau & Oleronem in Bearnia & Sanct-Chriſtinam & Canfranciam Arragoniæ oppidis reſiduas, de quibus in legibus Bearnenſibus antiqua lingva ſcriptis agitur Cap. L. Videatur etiam Hiſtoria Bearnenſis Petri de Marca in fol. Pariſiis. Gothorum reliquiæ in montibus Bearnenſibus.

§. 6. *Hinc ad noſtratium adverſus Saracenos in Hiſpania res geſtas devolvimur, primo hic obvium habentes pugnaciſſimum Heroa, Oligerum Danum, quem ſub* Carolo magno *inter cæteros virtute & alacritate conſpicuos Duces huc advolaſſe teſtantur* Autores ſequentes. Joh. Turpinus *de Vit. Car. & Rol. Cap. II.* Deinde venit Araſtagnus Rex & Engelerus Dux cum ſuo exercitu ſimul, poſtea venit Galdebodus Rex cum ſuo exercitu, deinde Ogerius Rex & Conſtantinus cum ſuis exercitibus venerunt. Joannes Geerbrandi de Leydis *Chronic. Belg. lib. IV. Cap. 22.* Et hæc ſunt nomina Principum ejus: Turpinus Archiep. Remenſis, Araſtagnus Rex Britannorum cum ſeptem millibus; alius tamen Rex tunc erat in Britannia, Gayfirus Dux Burdegalenſis, Odgherus Rex Daciæ &c. Clara Oligeri in Hiſpania geſta. Odgherus Rex Daciæ.

Mar. Ant. Sabellicus *Ennead. VIII. lib. VIII. p. 589.* Principum nomina, qui ſunt Carolum in Hiſpaniam ſecuti, fuere Turpinus Remenſis Antiſtes, quem nunc ſequimur, Ogerius Rex Daciæ, Joh.

Fran-

Franzius *hiſtor. Carm. Magn. Cap, 34.* Præterea Engelerus Aquitanorum Dux ac cæteri Principum Comitumque Anshelmus Palatii comes (quorum originem à Rolando quidam deducunt) Ogerius Rainaldus, eximia fortitudine & bellicæ rei ſcientia illuſtres, non ſegnius iter emenſi ſunt. Joannes Serranus Franc. *Hiſt. Invent. p. 57.* Recenſentur inter hos Milo Andegavenſis Comes, Rolandus Milonis & Berthæ Caroli ſororis filius, Reginaldus de Monte Albano, quatuor Aimonis filii, Ogierus Danus (textus originalis habet Oger le Danois) Oliverius Genevæ Comes &c. quorum virtus & ſtrenuitas noſtratibus ac peregrinis poëtis fabularum materiam præbuit tantis heroibus indignarum. Dionyſius Gothofredus *Hiſt. ant. lib. VI. inter Duces Hiſpanicæ expeditionis numerat quoque* Origeum Ducem Daciæ. Lucius Marineus *ait, Carolum debellaſſe Mauros per Duces ſuos Roldanum, Oliverium, Gabuinum*, Otogerum Normandinum &c. Huitfeldius *Chron. Part. I. p. 35.* Læs derom Hiſtoriam Turpini Archiepiſcopi Remenſis, da findes Holger Danſk med Roland, at have været en Danſk Krigsmand under Carolo Magno imod de Saracener, ikke nogen Konge. Steph. Steph. *in Not. ad* Saxon. *lib.* IX. *p. 187.* Quare vix adduci poſſum, ut credam, hunc Olavum eundem cum Ogerio fuiſſe, ſed potius Ogerium hunc ex nobili quadam apud nos proſapia ortum, inque exteras regiones militandi gratia profectum, tandem ſub Carolo Magno ſtipendia in bello contra Saracenos feciſſe, quod veritati magis affine videtur.

Elog. Oligeri.

Origeus Dux Daciæ.

Otogerus Normandinus vocatur.

An Oligerus idem ac Olavus Daniæ Rex, an tantum Nobilis Danus.

Joh. Georg. Sadolinus *noſtras Poëta Laur. de Reg. Dan. Epigr. 61.*

Gallo-

Gallorum ſiquidem ſocialia caſtra ſecutus
Præſidium fecit, Carole Magne, tibi.
Unde Saraceni dare terga probroſa coacti,
Qua rigat Heſperios Bætis Iberus agros.

Joh. Is. Pontanus *præfat. Hiſt. Dan.* Turpinus quoque, ſive ut alii Tilpinus, haud indictum eundem habuit, vultque cum ingenti exercitu militaſſe Carolo Magno adverſus Saracenos, alii decem millia militum adduxiſſe in ſubſidium ei memorant, ac Regem fuiſſe Daciæ, Gallici Scriptores Danemarckiæ Regem interpretati ſunt. *Hinc Cel.* Thomas Barthol. Fil. *in Diſſert. Hiſt. de Holg. Dano. Cap. XII. de* Holgeri Dan. itinere in Hiſpaniam *pag. 127.* Exer„citum non modò ex Comitatu ſuò Loſſenſi (de „quo in Belgicis dicturi erimus) conſcripſit, ſed etiam „conterraneos Danos in commilitium receptos ſocios „adſcivit, nam ita Paulus Æmilius de Reb. geſt. Fran„cor. lib. II. p. 60. Itum igitur in Hiſpaniam non „tanquam accitu Ibnabalæ, ſed æque ac ſi cum omni „Barbaria bellandum eſſet. Nullum genus auxilio„rum repudiatum eſt. Non modo qui in ditione fi„deve Caroli erant, ſed & quidam Danicæ juventu„tis Proceres inter Duces recepti: quos ſtudium ar„morum virtutisque oſtentandæ cupido perduxerat. „Et pagg. 62. ubi affert Æmilius orationem Dani „cujusdam ſummæ authoritatis Viri, gravi oratione „hortantis, ne Vindocindum auxilia flagitantem Da„ni ſuis tegerent armis, neve Carolum laceſſerent „quieſcentem, qui inter cætera: Adde, *inquit*, quod „aliquot juventutis noſtræ proceres ſub Franco mili„tant, quibus cum cupiam omnia ſecunda, cogor & „illi cupere ſtudereque. Hi manum cum hoſtibus „conſerturi, majorem virtutis quam vitæ curam age„bant, nec mortem fuga præcurrebant, viriliter di-

micau-

Oligerus decem millia militum ſecum adducit.

Danicæ juventutis Proceres inter Duces belli Hiſpanici.

Oratio Dani cujusdam.

„micantes ſpiritum in acie profundere, quam ſalu„tem ſuam ignaviæ præſidio tueri præoptantes teſte Jo. Frantzio in hiſtor. Caroli Magni cap. 44. Quippe Franci, Bavari, Dani cum contemtu hoſtis nunquam juſto prælio ſuperioris in ferrum ruebant; Contra barbaræ gentes mori quam vinci præoptabant. Cujus fidelis ſervitii, quale præmium Danis ſit tributum, non alienum videtur docere. Cum Carolus M. multis magnisque tempeſtatibus eos ſibi fortes & fidos cognoviſſet, Portugalliam ipſis inhabitandam dedit, ſi Turpino credimus Cap. 18. His itaque geſtis terras & provincias Hiſpaniæ pugnatoribus & gentibus ſuis, illis ſcilicet, qui in illis movere (ſic utraque editio Schardii & Reuheri habet, ſed ſi mea conjectura admittatur, Manere ſubſtituendum credo) volebant. Tunc Carolus dimiſit terram Navarrorum & Basclorum Britannis & terram Caſtellanorum Francis, terram Nagere & Cæſar Auguſtam Græcis & Apulis, qui in noſtro exercitu ſunt, & terram Arraginis Picardis & terram Alandalaf juxta maritima Teutonicis & terram Portugallorum Dacis & Flandris dedit. Sed credo Danos oblatas ſpreviſſe ſedes, finitis bellis aſpicere cupientes patriam, conjuges, liberos & quicquid homines vel vita aeſtimant, vel morte redimant. *Hæc* Bartholinus.

Dani hoſtem contemnunt, juſto prælio ſemper ſuperiores.

Portugallia Danis præmii loco ceſſit.

§. 7. *Dimiſſo* Oligero Dano, *ad* Ericum Bonum *Daniæ Regem nos convertimus, de quo* Calviſius *ad ann.* 1147. In Hiſpanica, *inquit*, expeditione militarunt Rex Ericus Daniæ, Epiſcopus Bremenſis, Burgundus, Comes Flandriæ Theodoricus &c. Solverunt ex Anglia die 12. Aprilis in Hiſpaniam, deinde obſident Olyſſibonam, quæ erepta eſt ex ſervitute Mauro-

Erici Boni Daniæ Regis in Portugallia contra Saracenos Geſta.

Maurorum poſt quinque menſium obſidionem 25. Octobr. Henricum *vocat* Angelus Manrique *in Annalib. Ciſtercienſ. Tom. 2. Lugduni 1642. Pagg. 81. ad ann. 1147.* Claſſi, *inquit*, quæ Ulyſſiponem eripuit Saracenis, præfuiſſe ingentis nominis Duces, Henricum Regem Daniæ, Ducem Burgundiæ & Comitem Flandrenſem, ſunt qui affirmant. *Ubi tamen monendum, calculum noſtratium non convenire, qui* Ericum *circa ann. 1102. vel 1105. in Cypro obiiſſe volunt*, Thomas Fullerus *in Deſcript. belli ſacri Lib. 5. cap. 22.* Alſo afterwards Ericus her King though he went not quite through to the Holyland, yet behaved him ſelf bravely in Spain, and there aſſiſted the winning of Lisbon from the infidels.

Chronologia noſtratium diſcrepat.

Ulyſſipone Erici Dan. Reg. ope Saracenis erepta.

§. 8. *De victoriis* Sigvardi Hieroſolymipetæ *Norvegiæ Regis ex Hiſpania reportatis illuſtre præbet teſtimonium* Snorro Sturleſonius *ad ann. 1108. Chron. Norv. p. 403.* Om Vaaren ſeylede hand veſter for Spanien og der kom en heel Flaade Galeier med Hedninger mod dennem, og de ſtridde med hannem og K. Sigurd fick overhaand og tog dem 8 Galeier fra. Siden vant hand et Slot i Hiſpanien, ſom Hedninger havde inde, og giorde de Chriſtne der af ſtoer ſkade og hand ſlog alle Hedninge ihiel, uden de, ſom vilde lade ſig døbe. Dereffter ſeylede hand til Liſſebon, der var halfparten af Folcket hedenſk og halfparten Chriſtne. Thi ſønden for Lisbon var ald Spanien beſed med Hedninger og Blaamænd. Der holdt Kong Sigurd 3 Slag og fick Seyer og ſtoert Roff og Bytte. Dernæſt ſeylede hand veſten for det Hedenſke Spanien og vandt en Stad, ſom Alkairr hed og fick der uſigelig meget Roff etc.

Sigvardi Hieroſolymipetæ Regis Norvegiæ expeditio in Hiſpaniam.

Octo naves gentilibus ademit.

Arcem Hiſpan. occupavit.

Juxta Olyſſibonam tribus præliis victor.

Alcairum occupat.

Danorum opera in Civitate Sylvenſi Saracenis eripienda aliaque noſtratium ibi locor. geſta.

§. 9. *De claſſe Danica in ſubſidium Terræ Sanctæ Ann. 1189. expedita* ita Pontanus: Quæ claſſis vi tempeſtatum in partem Olyſſibonenſium delata tam inſignem Sanctio Portugalenſium Regi operam navavit, ut Civitas Sylvenſis à jugo Saracenorum liberata ipſius tum acceſſerit imperio. *Hæc* Pontanus. *Solebant præterea Noſtrates religioſa in Palæſtinam itinera facientes, paganam in tranſitu depopulari Hiſpaniam, quo Sacri voti partem abſolvi crediderint, quemadmodum de* Erlingo Ormeri filio *ejusque comitibus Hieroſolymam cogitantibus narrat* Snurlæus *in Chron. Norv. p. 451.* **Og de ſeilede til Spanien og røvede vide i det hedenſke Spanien.** *Taceo antiquiorem* Normannorum (*ſive Danorum, ut inferius demonſtrabitur*) *per Hiſpanias graſſationem, de qua* Mariana Rerum Hiſpanicar. lib. 7. cap. 16. Northmanni circa annum 857 cum 60. navium claſſe ad littora appulſi oram maritimam, quam latè Hiſpania patet, ad utrumque mare depopulati ſunt, atque utramque Balearem inſulam ferro incendioque deformarunt, Mauris præcipuè infenſi cum Hiſpanicæ gentis conſuetudine ad Religionem Chriſtianam propenſi eſſent. &c. &c.

Conſuetudo religioſorum ex Borea Peregrinatorum non admodum religioſa.

Normannorum per Hiſpaniam graſſatio.

Diſcuſſio erroris circa Epitaphium Reginæ Danicæ in Hiſpania exſtans.

§. 10. *Author eſt* Johannes Caramuel Lobkoviz, *Abbas Ciſtercienſis, in libro, quem de Stemmate Hiſpano anno 1640. in lucem edidit, in ſacello prope Regale Cœnobium de Spina, quod in Luſitania eſt, Ordinis Ciſtercienſis, diſſidens à Valliſoleto Leucis ſex, extitiſſe jam olim ſepulchra ex Marmore gemina, ad ulnæ altitudinem è pavimento elata, in quorum dextro Marmore hoc fuerit Epitaphium:*

LIONORA ALPHONSI III. LVSIT. REGIS FILIA,

LIA, JANI DACIÆ REGIS CONIVX CHRISTIERNI REGIS MATER. M. P.

Hæc verò marmora diligenter collecta Laurentium de Cueto *Anno 1621. traduxiſſe ad Cœnobium de Spina, gemino erecto altari, quod utrumque hodie extet & inſcriptiones antiquas latè oſtentet. In LEONORÆ hujus cunas & fata inquiſiturus hæc præterea commemorat:* Sanctio I. *Portugalliæ Regi* Alphonſum *fuiſſe Filium, Patrem tam* Alphonſi III. *qui poſt Patrem regnavit, quam Leonoræ, quæ (ſi Dîs placet)* JANO Danorum Regi nupſit, *mater non tantum Chriſtierni Regis, quem Succeſſorem in imperio habuerit Pater; ſed & alterius filii, itidem ſcilicet! Regis, qui ducta Leonora Infantis de Serpe filia, gnatam progenuerit Mariam, nuptam Domino de* Friſſe, *Primati Daniæ, ex quo ad ultimum connubio Anna prodierit, uxor Principis de Lobkowitz, à qua Principes Lobkovitzii, & in ſpecie autor ipſe hujus libri haud parum magnifica genealogia deſcendat. Pergit deinde Leonoram defuncto apud Danos Marito revolaſſe in Hiſpaniam, evitatis laboribus & periculis, quæ manſuram in Dania circumſtarent, nec enim novum, Reginas pleraſque poſt fata maritorum minus clementer haberi à populis &c. &c.*

Janus Rex Daniæ ſive Johannes.

Calumnia in Danos.

Sed mirari nemo ſatis poterit, quid bono Caramueli in mentem venerit, dum Eleonoram Portugallicam Valdemari Electi Principis conjugem, Alphonſi ſecundi *gnatam,* Ringſtadii *Sialandorum ſepultam, Circæa iſta transformaverit metamorphoſi, ſpuriumque illud orbi obtruſerit epitaphium. Vapulavit proinde ſuo merito Compilator Celebr.* Petr. Reſenio *in Notis ad* Canuti Magni *Jus Aulicum vulgo* Witherloghs Rætt. *Hafniæ 1666. pagg. 721.*

Eleonora Portugallica Ringſtadii ſepulta.

„Non libet, *inquit*, calamum per hæc monumen„ta circumferre, quibus omnibus, quocunque aſpi„ciantur loco, nil abſurdius, ut enim Leonoram ta„ceas non Alphonſi III. ſed II. fuiſſe filiam, quid Jo„hanni, quem unicum habuit Dania cum ſeculo Al„phonſæo, poſt cujus decurſum trecentos, haud „pauciores, vixit annos & non ex Luſitana, ſed Sa„xonica Virgine Chriſtina Chriſtiernum dedit orbi. „Ætatem enim Alphonſi ſecundi ob ſaburram ſto„machi, Pinguis dicti, confert ipſe Caramuel in „annum Chr. 1212, cum Johannes Rex anno demum „1500. regnum Daniæ adminiſtraret. Neque vero id „veriſimile, nobiles Friſios, quorum apud nos hodie„que etiam Comitum dignitate extant ſtirpes, cum „Regum aut Neptibus aut Filiabus miſcuiſſe ſangui„nem, cum Reges ſemper noſtri ſumma per orbem „imperia, aut ſi hæc defuerint, vicinæ Germaniæ „Principes aulas connubiis & affinitatibus complexi, „nunquam infra hoc faſtigium ſe dimiſiſſe reperiantur. „Vibices autem ſunt, non voces, quæ de laboribus „& periculis Leonoræ, deque reditu in Patriam „commemorantur, in invidiam gentis noſtræ parum „ex vero detortæ. Sanè nusquam terrarum, quam „apud nos, reverentius habentur Reginæ: annitenti„bus Danis, ne unquam integros ſepeliant Reges, „quorum ſtirpem locant in throno, amorem verò „in conjuges & quicquid Regalis thalami ſupereſt, „poſt fata conſervant. Denique nec rediit in Hi„ſpaniam Leonora tumulum apud nos pro ſeculi, „quo vixit, indole haud parum magnificum nacta, „tam manifeſta hiſtoriæ veritate, ut Ringſtadii Sel„landorum, ubi cum Berengaria oſſa depoſuit, ejus„dem imago penicillo expreſſa hodieque in pariete „prope tholum templi poſt tot ſecula oſtentetur.

Reges Daniæ ſemper ex Regum vel Principum aulis ſponſas ambiunt.

Reverentia Danor. in Reginas Viduas.

Imago Eleonoræ una cum ſepulchro Ringſtadii.

Nec

Nec ſanior Duardus Nonius Leo *JCtus Luſitanus, qui, obſervante ibidem* Reſenio, *in* vera (*ita vocat*), Portugalliæ Regum Genealogia, *quam* Joſepho Teixeræ *oppoſuit*, Berengariam *noſtram Ringſtadii quoque, ut ſupra dictum, ſepultam, non e gynaceo tantum aulæ Luſitanicæ, ſed rerum propemodum natura expungit. Licet enim* Sanctio I. *Portugalliæ Regi filiam nomine* Berengariam *fuiſſe diſſimulare non auſit, eandem tamen à prima jam inde pueritia apud Reginam* Toraſiam, *ſororem ſuam, in Monaſterio Lovanienſi enutritam eductamque cœlibem perpetuò duxiſſe vitam & in Cœnobio Sanctæ crucis ſepultam. Optandum eſſet, firmiori ſtetiſſe talo nugas iſtas clauſtrisque illis perpetuo latuiſſe* Berengariam, *parum utilem Daniæ Reginam, inviſique adeo apud poſteros nominis, ut procaciſſimam quamque mulierum Berengariam vel* Beengierd *ad noſtram usque ætatem vocitare conſueverint, memoria ipſius vetularum inſuper næniis quotidie lacerata:* Vee da vorde hende Bengierd! Vide Cant. Heroic. Septimii pag. 229.

Berengaria Luſitanica Ringſtadii ſepulta.

Deliramenta Duardi Nonii in ejus perſonalibus.

Berengariæ nomen in convicium abiit.

CAP. IV.

DE
DANORVM IN GALLIA GESTIS AC VESTIGIIS.

Sectio I. Antiquiora ſiſtens.

§. 1. Conjectura Cel. Othonis Sperlingii de Gallorum ex Germanis & Septentrionalibus origine, ubi ingenioſa magis quam ſolida 7ᵃ Keltring à Celtis derivatio. Item de veſtigio Druidum in nomine fœ-

 mi-

minino Dan. Drude, nec non convenientia inter Bardos Gallorum & Scaldos Vet. Septentr.

§. 2. Cimbrorum in Galliis geſta. Galli a Cimbris in oppidis obſeſſi eoque extremæ neceſſitatis redacti, ut carne humana veſcerentur. Cimbri Gallis Latrones dicti, id eſt, bellatores.

§. 3. Vandali Gothique Gallias infeſtarunt, relictis literaturæ Gothicæ veſtigiis. Languedocia quaſi Landgotia. Falſa charact. Gothic. in Monaſterio Bellilocenſi fama. Monumentum Chilperici Regis litt. Goth. inſignitum.

§. 4. Burgundiæ Gallicæ a Borringia ſeu Borgundarholmia Danica Derivatio nonnullis arridens. Burgundiones Gothi.

§. 5. Normanni in Galliis famigeratiſſimi. Genuinam Normannis patriam fuiſſe Daniam non Norvegiam, indubiis evincitur teſtimoniis.

§. 6. Gothilaci Dani per Gallias geſta. Turonum diripitur. Theudobertus opprimitur. Dani vincuntur, ſed non impune.

§. 7. Aquitania a Normannis infeſtata. Urbes Burdegal. Petragor. Sancton. Lemovig. Engoliſm. Toloſa &c. vaſtatæ.

§. 8. Geſta Danorum in Galliis Duce Haſtingo. Hic Turonum obſidione premens a Divo Martino fugatur. Pariſios usque populatur, Flandriam devaſtat. E Gallia in Italiam degreſſus, occupata Luna, in Gallos revertitur. Galli pacem redimere conantur. Veterum Danorum mores, ſaltem Gallis crediti. Gemet. obſeſſ. Rothomag. combuſt. Neuſtria infeſtat. Lutetia Pariſior. in cineres redacta. Gallia 30 annos ita a Danis lacerata. Haſtingus Urbe Carnotenſi a Carolo Francorum Rege donatus. Rothomag. & Nannet. vaſtat.

§. 9. Geſta Danorum in Gall. Ducibus Rorico & Regnaro. Normanni Monaſter. Sithiu & S. German. depopulati. Item Melodun. Sancton. Burdegal. Prælio commiſſo victus Carolus Calvus argento pacem a Danis mercatur. Loca complura concremata.

§. 10. Ge-

§. 10. Genaldi Dani fata. Dani ad Pictaviam cæſi. Aureliam diripiunt. Lutetiam iterato incendunt. In Ambianos, Pictavienſes & Cinomannos ſæviunt, injurias iſtiusmodi auro redimentibus Gallis.

§. 11. Cædes Mauri Normannorum Regis. Victoria de Danis ope S. Benedicti reportata. Neuſtria a Danis infeſtata. Palatium Reg. Caſſignol per Danos everſum. Monaſteria complura vaſtata. Dani ad Hiſam fluvium victi non devicti triumphare pergunt. Danorum crudelitas. Grave tributum Gallis impoſitum.

§. 12. Lutetia Pariſiorum iteratis vicibus a Danis obſeſſa. Item Senonæ. Burdigala a Danis vaſtata. Caſtrum S. Laudi ſolo æquatum. Triginta Danorum millia in obſidione Pariſ. Claſſis Danica ſeptingentarum navium in Sequana. Danorum quadraginta millia. Dani varia fortuna uſi. Immunitas Lutetiæ D. Virginis beneficio adſcripta. Sigemfredus Rex ſ. Dux Danor. ab obſid. Lutet. recedit. Danor. 180 cæſi. Henricus Saxonum Dux Danos in caſtris noctu opprimit. Bini Danorum Reguli occiſi. Naufragium Sinrici Normannorum Regis.

§. 13. Irrita Urbis Senon. obſidio. Item Lutetiæ. Monaſterium Stradenſe deletum. Turonum ab Erico & Biornone Danor. Ducibus incenſum. Templa 28 concremata. Ingens Danorum clades.

§. 14. Geſta Danorum in Gall. Duce Rollone Pedeſtri illo omnium famoſiſſimo. Nannetum, Andegavum, Cenomann, Clarum montem, Floriacum, Bajocas vaſtat & evertit Rollo. Oſtenſo D. Virginis induſio in fugam vertitur. Cum Anglorum Rege fœdus pangit. Suis opem ferunt S. Benedictus & D. Virgo. Rollo ad Colloquium a Rege Francorum invitatus placatur.

§. 15. Alia ejusdem Expeditionis Rollonianæ aliis ex autoribus narratio. Rollo Rothomagum claſſe appellens urbem occupat. Galli Haſtingi Dani, jam pacate Francos inter degentes, adverſus novos advenas, populares ejus conſilium expetunt. Dania te-

 ſtibus

ſtibus ipſis Normannis Normannorum patria. Danorum faſtus. Veſtigia Danorum in munimentis reſidua. Galli Danos adorti ſtratagemate fugantur. Nova Danorum victoria. Botho Comes Danicus captus. Dani Bajocas expugnant. Repetita Lutetiæ obſidio fruſtrato molimine. Inſignis Danorum triumphus. Obſidio Carnoti. Dani tantum non oppreſſi ſtratagemate elabuntur. Dani furore novis quaſi ſuppetiis creſcente, per Gallias crudeliſſime graſſati. Elogia Rollonis. Galli pacem denuo ambiunt, certisque legibus ambitam impetrant. Rollo oſculum pedi Regio ex more gentis debitum detrectat. Baptizatus & gener Regis factus dat Sanctis munera, populo jura. Danica origo & ſuperſtes hodie in legibus Normannicis uſus vocis Hara, cui Rolloniani nominis timor locum fecit. Mors & Epitaph. Rollonis in Metropolitana Baſilica Rothomagenſi. Joh. Iſaac. Pontani & Thormodi Torfæi Diſceptationes de Patria ipſius Rollonis, illo pro Dania, hoc pro Norvegia militante, fatente utroque Rollonem Danicas in Gallos duxiſſe copias.

§. 16. Geſta Wilhelmi Rollonis filii, Ducis Normannorum. Bothoni Dano educandus traditur. Monaſticam vitam a teneris amavit. Britones in Wilhelmum rebelles, quippe qui Danorum robur alimento Gallicano emollitum opinabantur. A Wilhelmo ad obſequium redacti. Rebellionem Britonum ſequitur Normannica. Bernardus Danus Wilhelmo conſanguineo opitulatur. Wilhelmi Wilhelmus dolo necatus. Ejus Epitaphium.

§. 17. Perſonalia Richardi Normannorum Ducis, Wilhelmi filii. Bajocis, ubi inprimis floruit lingua Danica, quo avitum hoc idioma addiſceret, Wilhelmus filium Richardum educari voluit. Richardi uxor Danica ejusque progenies. Familiæ ampliſſimæ de Harcourt, Bellomonte, Bolebec & Buchingham a Danis oriundæ. Leges Normannicæ non ut reliquæ apud Gallos Latino, ſed Danico idiomate conſignatæ. Inſcriptio parietis in Monaſt. S. Genovef. de furore Normannico.

§. 18. Haraldi Cærulidentis Dan. Regis ad populares ſuos in

in Normanniam Gallicam fuga & ibidem geſta. Colloquium ejus cum Ludovico Gall. Rege. Galli in Danos irruentes proſternuntur. Ludovicus Rex captus. Dani per Gallias ferro & igne denuo graſſantur.

§. 19. Oligerus Danus Bellator per orbem decantatiſſimus. Francorum Principibus adſcriptus. Unde domo fuerit Oligerus. Falſa Mabillonii de Oligero noſtro opinio. Geſta Oligeri Dani vario idiomate vulgata. An Daniæ Regis filius fuerit. Filius & ſoror Oligeri. Quo tempore in aulam Regis Galliæ admiſſus ſit. Elogia Herois hujus magnificentiſſima. Obitus & ſepultura in Monaſt. S. Faronis.

Sectio II. Medii ævi et recentiora exhibens.

§. 1. Ingeburga Waldemari I. Dan. Reg. filia Galliarum Regina, a marito Philippo Rege injuſte repudiata tandemque in gratiam thalamumque recepta.

§. 2. Chriſtina Lotharingiæ Duciſſa, Chriſt. 2. Daniæ, Sueciæ & Norveg. Regis filia ejusque laudes.

§. 3. Eſchillus Archiepiſcopus quondam in Dania Lundenſis, ſepultus in Monaſt. Gallico Claravallenſi.

§. 4. Janus Grand. Archiepiſcopus itidem Danus Avenione Gallorum humatus.

§. 5. Herluinus Danus, Fundator Monaſterii Beccenſis in Gall. Militiæ vitam religioſam præfert. Ædificando Monaſterio incumbit. Jam adultus literis operam navat. Sacerdos initiatur. Elogia ejus. Obitus & Epitaph.

§. 6. Geldvinus Danus Monaſt. Pontilevi in Gall. Fundator.

§. 7. Rogerius de Bellomonte origine Danus duorum Cœnobiorum in Gall. Fundator.

§. 8. Robertus Rodolenti Princeps ex Danis oriundus, Monaſterii Uticenſis Evergeta.

§. 9. Gvalteri Giffardi genere Dani Epitaphium.

§. 10. Præſtantiora Danorum ingenia ad ſe olim invitabat Academia Pariſienſis, dato eum in finem literario Regis Erici Menvedii ſtipendio.

§. 11. Studioſa Danorum juventus peculiare Pariſiis habebant Collegium. Dicti hi poſt reditum in patriam Paris-Klerker ſeu Clerici Pariſienſes.

§. 12. Andreas Sunonis poſtea Daniæ Archiepiſcopus, bonas literas in Academia Pariſina profeſſus. Celebris ibidem Dialecticus Mag. Martinus Dacus. Ex ordine Monaſtico quam plures in Gallia Dani, quorum nonnulli Abbates & Canonici facti.

§. 13. Petrus Oxe Eques Danus in Gallia diu exul, de Lotharingia præclare meritus.

§. 14. Olaus Roemerus Danus in Gall. inclytiſſimus, ubi Mathematica Delphini moderatus eſt ſtudia &c.

§. 15. Jacobus Winslovius Danus, Chriſtianiſſimi Regis Archiater. Med. Doctor & in Alma Pariſina Profeſſor hodiernus longe celeberrimus, Anatomicorum ſeculi noſtri princeps.

§. 16. Michael Røg Norvegus, Sculptor in Gallia excellentiſſimus.

P. S.

Quædam ſuperius omiſſa.

(α) Canuti Magni Daniæ Regis in Eccleſiam Carnotenſem munificentia. Fulberti Carnotenſis Epiſcopi ad illum literæ gratiarum pleniſſimæ. Ejusdem expeditio Normanno-Gallica, item Obitus ac ſepultura Rothomagi nonnullis relata.

(β) Waldemarus IV. Rex Daniæ Papam Urbanum V. Avenione ſalutat, roſa candida donatus.

(γ) Inſcriptiones binæ Monaſterii S. Genovefæ de Petro Dano ex Canonico S. Genovefæ, Epiſcopo in Dania Roſchildenſi, nec non S. Wilhelmo Pariſienſi, Abbate olim in Dania Eſchildtunenſi.

Sectio

Sectio I. Antiquiora ſiſtens.

§. 1.

E*xtat in Nov. Litter. Maris Balth. & ſeptentr. menſe Jun. Ann. MDCXCIX ingenioſa de Origine Veterum Gallorum à Dite h. e. à Germanis & Septentrionalibus ad Dnn. Collectores Lubecenſes Novor. Litterarior. Epiſtola* Othonis Sperlingii, *Conſiliarii Regii & V. I. D. magni quondam Literatæ Daniæ ornamenti, unde commata nonnulla, in quæ nos ipſi tamen haud juremus, heic excerpenda duximus.* Obſcurum hactenus argumentum hoc explicare nemo tentavit, aut quod Gallos offendere nollent, qui Germanos vel Septentrionales dici æquo animo ferre vel concoquere non potuerunt, aut quod illam antiquitatem vix quisquam ſatis attenderit. Hodie tamen, cum Francici ſanguinis ſint, in illudque nomen Galliæ veteres transfierint, gaudebunt etiam, ut puto, cum oſtendero, Gallos nunquam alios fuiſſe, quam Germanos & Septentrionales: ipſisque Gallis antiquis fatentibus hoc agam, ne me calumniari vel ignota prorſus fingere, mihi poſſint objicere. Cluverius quidem Germ. Antiqv. l. 1. p. 221. aliquid horum vidit, dum Δία & Θεὸς & Deum & Ditem ex unico *Theut* deſcendere & cum eo idem eſſe prodidit, ſed parum hanc rem explicavit, imo confudit potius, dum Thoth & Thoyth Ægyptium etiam eo trahit. Et poſt omnia fateri cogitur, ſe neſcire, quid Theut vocabuli ſit. Cæterum, inquit, quid vocabulum hoc antiquiſſimis illis mortalibus ſignificaverit, haud facile in promtu eſt. Ego autem Ægyptiorum & Africanum Thoth ſemper diſtinguo ab Europæo Theuth &c. Nec facile concedam, Græcorum Θεὸς aut Ζεὺς aut Δία aut Titanes aut De-

Conject. Cel. Oth. Sperl. de Gallorum ex Germanis & Septentrionalibus origine.

um ad Theut quidquam ſpectare. &c. Itaque hæc ſinamus valere, quantum poſſint, & ubi Theut in uſu fuerit tandem videamus.

Nullibi autem quam in Septentrione certa ejus & manifeſta ſedes ac veſtigia colliguntur. Ibi tot dialecti hujus vocis inter Germanos Galloſque, Danos, Norvegos & Svecos locum habuerunt, quas enumerat Cluverius p. m. 82. quarum præcipue ſunt Thiod, Theod, Theut & Thiet & Died, Dit, Dout & Dud, eo enim fere cæteræ omnes ſe referunt, ita ut recte concludat, Cæſaris locum Libr. 6. Bell. Gall. huc collimare, qui ita ſe habet. Gallos Deum maxime coluiſſe Mercurium & ſe a Dite Patre prognatos ex Druidum proditione prædicaſſe. Falſo Gallis tribuitur Mercurius a Cæſare, falſo etiam Germanis a Tacito. Neſciebant enim illi Mercurios aut Joves, aut Junones aut Ditem Patrem aut ejusmodi nomina, Romanis ſolis Deorum inſtar cognita; ſed cum Galli Cæſari referrent, Dot ſibi Patrem eſſe & progenitorem, non mentiti ſunt, ſed veriſſima retulerunt, & illi & Druides, quamvis Cæſar de Dite Patre hæc intellexerit, cujus nomen non a Dit Septentrionalium, ſed a πλέτω & Plutone Græcorum inter Romanos Latina lingua frequentari cœpit. Falſus igitur opinione ſua Cæſar fuit, dum Dit Septentrionalium & Gallorum audito, Ditem Latinorum protinus ſibi finxit &c. &c. Et quoniam Cluverius ingenue faſſus eſt, nihil ſibi de ejus vocabuli Theut aut Dit ſignificatione in promptu eſſe dicere, noſtrum eſt, videre nunc, num originem & ſignificationem veram exſculpere poſſimus. Hic Septentrionalium lingua omnino venit excutienda, nam *quoniam & Teutones & Galli & Celti omnes ex Septentrione ſe diffuderunt, tanquam ex vagina gentium,*

um, per multas in vicinis regionibus provincias, etiam illic ſcaturigo nominum & linguarum iſtarum eſt quærenda. &c. &c.

Quin & Celtarum veteris nominis obſcurum etiam aliquod in illis regionibus veſtigium remanſit, cum alias ubique fere ſit extinctum illud nomen, quo poſt Scythas, ex quibus Celtæ prodierunt, nullum in Septentrionalibus fuit quondam celebrius vel latius patuit. Aſiatici, Aeſer, Septentrionalibus dicti, poſtquam Septentrionem inundarunt, ſive ante Pompejum M. ſive fugientes eum in Aſia graſſantem, nomina quoque veterum, qua venerunt, multis modis mutarunt & obruerunt, quod exitium ad Celtas etiam ſe porrexit in omni Septentrione, ita ut Celticum nomen non niſi in ſola Gallia omnium diutisſime perſtiterit, poſtquam cæteris retro regionibus non amplius audiebatur, ſed propter Aſarum potentiam deſierat.

Aſæ quippe in Septentrionem venientes miſeram hanc vitam cenſebant, quam Celtæ priores incolæ ducebant veteris ſimplicitatis memores, unde non mirum in Septentrione Celticum nomen penitus deletum eſſe, cum nemo Celtis amplius ſimilis eſſe vellet, ſed omnes ut Aſæ magnificentius vitam inſtituere cuperent. Hinc in Landnama Saga libro de origine Islandorum ſcripto part. 3. c. 10. p. 102. *Varo their ſva vel buner, ad menn hugdu ad Æſer vero thar Kvamner* h. e. *Tam bene veſtiti erant, ut exiſtimarent homines Aſas illuc adveniſſe.* Hinc Aſas quoque vix homines ſed Deos potius credebant eſſe, atque Othinum ſuum inde *Helgi As* Sanctum Deum & Magnum Aſam vocarunt. Jam & duodecim Septentrionalium Dii Aeſer appellabantur indigenis, ſic *Svinaſials As* in Niala Islandico ſcripto Deaſter quidam

dam *in monte porcorum* cultus legitur & *Bardur Snafells As*, *Bardus Deaſter in monte nivium*, quem coluerunt poſtquam in fata conceſſerat, & ſupereſt de eo Saga ſeu Relatio ab Islandis in ſcripta redacta, *Bardas Saga Snæfells As* appellata h. e. Bardi hiſtoria nivoſi montis Deaſtri.

Danorum Keltring. a Celtis.

Talem igitur faſtum cum ſe facerent Aſæ & Aſiatici in his regionibus, Celtæ ut mendicabula quædam hominum haberi cœperunt, & ab Aſis Keltringer ideo dicti fuerunt, quod vocabulum apud Danos adhuc in uſu, ſic enim mendicos & viliſſimos quosque hominum vocare pergunt. Terminatio ſane vocis in *ing* ſignificat talem, qui *a Celtis* prodiit, ut Ynglingg dicitur, qui ab Ingo deſcendit, *Skioldinger*, qui ab Skioldo, *Lodbrookinger* qui a Regnero Lodbrock Rege: ita Kelltringer illi dici cœperunt Aſis, qui a Celtis non ab Aſis exierant, quos pro deſpicatiſſimis & mendiciſſimis Aſæ regionibus illorum occupatis, traduxerunt, ſicque hac ſignificatione Kelltring vox adſumta adhuc inter Danos & Septentrionales perſeverat, ut omnes hodie ex viliſſimis orti & non niſi mendicitate & miſeriis illuſtres Keltringer, Keltring Pack dicantur, olim nomine non niſi ad Celtas diſtinguendos illorumque ſimplicitatem contemnendam ſpectante. Sic Islandi etiam num Keltubarn vocant puerum pannoſum & mendicum & Kelltubu domum vilem & nullius pretii. &c. &c. &c. His ita probatis redimus ad vocem Theut & Dit, unde die Teutſche & Düdſke nomen adhuc retinent, ac illam æque ex ſeptentrionalium lingua fluxiſſe probabimus. Eſt enim illis vocula Thiod, quæ magnam gentem & multarum nationem colluviem ſignificat. Hinc in compoſitis Svecia ipſis *Svythiod*, Svionum gens magna appellatur.

tur. Hinc *Thiodkonnung* Rex multarum nationum dictus fuit, hinc in Ulfilæ, ſic dictis, Evangeliis Gothicis *Thiudans* Rex, & Rex magnus multarum nationum vocatur & *Thiudanaſſom*, Regnum, aut Regnum ex multis nationibus conſtans. Hinc **Dithmarſchen**, vicina Dithmarſia, *Teutomarſia* multis olim dicta, quos Teutones illam Marſiam & regionem paludoſam mari contiguam. Hinc Didrich nomen Islandis Thiodrekr Theodoricus vel Dietericus &c. Ditherrus, Ditmarus **Ditmer** ex Ditmadur contractum, Vir ex magna gente &c. &c. &c. Dietenhofen ad Moſellam &c. &c. Ditmelle in Weſtphalia Teutoburgium Latinis dictum, &c. &c.

Jamque facile puto liquet, cur Galli ipſi *Ditem* ſibi progenitorem fuiſſe dixerint, dum *Dit* idem eſt quod Theut & Thiod, quod ex magna ſeptentrionalium iſta gente prodierint, κατ' ἐξοχὴν ſic dicta ſeptentrionalibus, idque gloriæ ſibi duxerunt inde exordia ſua repetere &c. &c. Thiodungr Lexicon Islandicum Gudmundi Andreæ explicat *virum generoſum*, optimo ſcil. & nobiliſſimo genere ac gente natum, quem Havamal vocat **Thiodungs Barn**, f. filium ex ampliſſ. ſtirpe natum. Hoc voluerunt Germani indicare, dum ſe Teutones & **Teutſche** vocarunt & Galli, cum Ditem ſibi progenitorem jactarent, ſe nimirum ex nobiliſſ. & numeroſiſſima omnium gente prodiiſſe Septentrionalium &c. &c. *Hæc Sperlingius, qui in epilogo literarum confidit, haud levibus argumentis jam expoſitum, unicam tantum vocem Septentrionalium Thiod tam Teutonibus quam Gallis originem ſuam conſervaſſe. Quodſi locum illum Cæſaris, qui Sperlingianæ huic Diſſertationi locum fecit, totum perluſtraverimus, & Hypotheſi Sperlingii haberetur fides, offerre ſe in ſequentibus aliud*

Septen-

Septentrionis veſtigium diceremus. Locus ita habet:

Galli ſe omnes ab Dite patre prognatos prædicant: idque ab Druidibus proditum dicunt, ob eam cauſam ſpatia omnis temporis non numero dierum, ſed noctium finiunt, & dies natales & menſium & annorum initia ſic obſervant, ut noctem dies ſubſequatur. *Majores vero noſtros veteresque Septentrionales diei antepoſuiſſe noctem conſtat ex Eddæ Islandicæ mythologia octava.* Niørfe edur Narfe hiet Jøtun er bygde i Jotunheimum: hann åtte Døttur er Nøt hiet: hun var ſvørt og døck ſem hun ætte ætt til: Hun var gifft fyrſt theim Manne, er Naglfare hiet, theirra Son heit Audur, thuinæſt var hun gifft theim er Anar hiet (Jørd hieter theira dattur) Sydaſt ætte hana Dellingur: Og var han Aſa ættar. Var theirra Son Dagur, var hann lios og fagur efter Faderne ſynu: tha tøck Alfader Nott og Dag Son hennar, og gaf theim tuo Heſta og tuær Kerrur og ſende uppa Himen ad than ſkilldu riida a hvorium tveimur Dægrumm ummhnerffes Jørdena. Rydur Nøtt fyrre theim Heſte er kallaſt Hrymfaxe og ad Morgne hvorium Døggvar hann Jørdena med Meldropum ſynum. Så Heſtur er Dagur å heiter Skinfaxe, og lyſer allt Lofft og Jørdena af Faxer hanns. i. e. Norvus ſeu Narvus Centaurus (vel Gigas) erat in Jotunheimis. Hic filiam habuit, quæ Nøtt (Nox) dicebatur, nigram & fuſcam inſtar generis ſui, quæ viro nupſit nomine Naglfar. Horum filius Audus erat. Deinde elocata eſt Dellingo ex genere Aſarum. Horum autem filius erat Dagur (*Dies*) lucidus & formoſus, paterno generi ſimilis.

ſimilis. *Noctem & filium ejus Diem* Pantopater (*Othinus*) ad ſe recepit, attribuens illi equos duos & totidem currus in Cœlum miſit, ut ſingulis 24 horis totum terræ orbem circum equitarent. Nox præcedens equo inſidet, qui Hrimfaxe (*jubatus pruina*) dicitur. Hic mane quolibet ſpuma ex lupato ejus decidente terram rigat. Equus diei Skinfaxe (ſ. jubare jubatus) dicitur, cujus jubis cœlum & terra illuminantur. *Et ſi quis cum* Sperlingio Gallos *Septentrioni originem debere ſtatuerit, ſtatuat etiam eidem iſtam Gallorum noctem diei anteferendi conſvetudinem deberi, de quo Gallorum & Celtarum more erudite* Chriſt. Tychonius *Cap. XVIII. Libri de Noctis præ die Prærogativa, Hafniæ 1722.*

Pro eadem de Celtis gallicis ex Septentrione oriundis, ſententia, cui tamen tenacius inhærere noluimus, faciant adhuc, quantum poterint, ea quæ ad finem Cap. I. attulimus verba Montani *in edito a* Jacobo Meurſio, *Amſtel. 1680 libro.* Embaſſades etc. vers les Empereurs du Japon *ubi inter alia hæc exſtant.* Ce que les Pretres Japonois uſent dans leurs prieres d' un langage inconnu, de peur que le peuple ne l' entende, eſt une imitation de la coutume des Druides, qui habitoient la Gaule celtique. Ces Pretres étoient iſſus des Gots, qui étant ſortis de la Scanie, dans laquelle étoient autrefois compriſes la Svede, la Norvegue & la Schoone, firent mener par leur General nommé Taunaſis jusqu'en Egypte &c. *Quod Cimbri noſtrates & Celtæ & Galli vocati fuerint, in ſequenti paragrapho demonſtretur.* Cimbri Celtæ & Galli vocati. *Nec deſunt, qui in nomenclatura fæminina Septentrionalibus hodiedum uſitata* Drude *Veterum apud Gallos Druidum nominis aliquod venantur veſti-* Veſtigium Druidum in nomine fæmin. Dan. Drude.

Convenientia inter Bardos Gall. & Scaldros Danor.

veſtigium, ut de Bardorum apud Gallos cum Scaldris Septentrionalium convenientia nihil dicam.

Cimbrorum in Galliis geſta.

Galli a Cimbris in oppidis obſeſſi carne humana veſcerentur.

Cimbri omnem Galliam vexarunt.

Tota Gallia a Cimbris occupata.

Cimbri Gallis Latrones dicti id eſt bellatores.

§. 2. *Quod Cimbri victricia Galliæ olim intulerint arma, teſtis eſt* Julius Cæſar *de Bell. Gallic. lib.* 7. Quid ergo mei conſilii eſt facere, quod noſtri majores nequaquam pari bello *Cimbrorum* Teuthonumque fecere, qui in oppida compulſi ac ſimili inopia ſubacti eorum corporibus, qui ætate inutiles ad bellum videbantur, vitam tolerarunt neque ſe hoſtibus transdiderunt, quid huic bello ſimile fuit. Depopulatâ Gallia magnaque illata calamitate Cimbri finibus noſtris aliquando exceſſerunt atque alias terras petierunt, jura, leges, agros, libertatem nobis reliquerunt. *Et Libr.* 2. Pleroſque Belgas eſſe ortos à Germanis, Rhenumque antiquitus traductos propter loci fertilitatem ibi conſediſſe, Galloſque, qui ea loca incolerent, expuliſſe, ſoloſque eſſe, qui Patrum noſtrorum memoria, omni Gallia vexata, Teuthones Cimbroſque intra fines ſuos ingredi prohibuerint. *Item* Joh. Aventinus *Hiſtor. Bojar.* Helvetii, *inquit*, cum viderent Cimbrorum opes præda partas ſuis longe majores eſſe, Cimbris Teutonibusque, maxime Tigurini ſollicitati ab ipſo ſeſe conjungunt. Sociatis igitur viribus totam Galliam occupant atque depopulantur transgreſſi Pyreneos montes, Hiſpaniam invadunt magnaque illam calamitate afficiunt, pulſi à Celtiberis in Galliam remigrant. *Hinc Cimbri Gallis Latrones dicti.* Joh. Is. Pontanus *in Chorogr. Dan.* Quod Feſtus affirmet, Cimbros Gallis Latrones dictos, idem eſt ac ſi dixiſſet Viros militares, bellatores. Ita apud Nonium Gracchus: qui apud Regem in latrocinio fuiſti & ſtipendia acceptaſti. Itaque non in totum admittendus Scali-

ger,

ger, cum dicit, Cimbri λῃςρικοὶ καὶ πλάνητες fuerunt, ſed non magis Cimber Latronem, quam Iſaurus Piratam, Ambro diſſolutum ac voracem, Opicius obſcœnum, ſed quia tales fuerunt eæ nationes, de earum nomine vocamus, qui tales ſunt. *Hæc* Pontanus. Sheringhamus *in Diſceptat. de Anglor. Origine Cap. III. pagg. 54.* Errant, qui Cimbros ita nuncupatos eſſe arbitrantur, quia prædones fuerint & „per mare piraticam exercuerint. Eorum ex Feſto „& Plutarcho male intellectis fundata & extructa eſt „opinio. Cimbri, *inquit* Feſtus, lingva Gallica „Latrones dicuntur. Et Plutarchus in Mario „Κιμβρους, *inquit*, ἐπονομάζουσι Γερμανοὶ τοὺς λῃςὰς „i. e. Germani Latrones Cimbros nominabant. *Et* „*poſt nonnulla:* Feſtum & Plutarchum ita exponere „oportet, ut Latrones Latine, Græce λῃςαὶ, idem „quod Cimbri Germanice ſignificent, quo nomine „non fures ſed robuſti milites, pugiles & palæſtrici „viri notantur. Germanis quidem Camp exercitum „aut locum ubi exercitus caſtra metatur, ſignificat, inde ipſis vir caſtrenſis & militaris Kemffer & Kempher & Kemper & Kimber & Kamper, pro varietate dialectorum vocatur. Vocabulum hoc noſtro (Anglorum) ſermone nondum penitus exolevit Norfolcienſes enim plebejo & proletario ſermone dicunt *He is a Kemper-old man* i. e. Senex vegetus eſt: atque ex his Græcos & Latinos ſua formaſſe vocabula facile animadvertere poſſumus. Hinc etiam, ni fallor, Germanis ſuum nomen: Germanus enim idem valet quod Kimber, id eſt, homo bellicoſus à Guerre, quod bellum & *Man*, quod hominem ſignificat: ipſisque nomen hoc primum à Gallis, ut Tacitus narrat, ex timore inditum. *Cimbri* ſiquidem Teutonesque Rhenum transgreſſi totam

Cimbrorum nomine notantur pugiles. Kiæmper.

Vox Kiæmpe in Angl. nondum obſoleta.

fermè Galliam, teſte Cæſare, olim occupaverint &c. Accedentibus autem Cimbris Galli metu perculſi accedere Germanos clamitabant, ſic enim Cimbri ſua lingua ab iis ſynonymo vocabulo nominati ſunt. Cumque alias Cimbri truces, ut ſolebant, horribilesque incederent, Galli perterriti, nequid ipſis ab hoſte noceretur, honorato vocabulo permulcere & Germanos illos appellare conſveverunt: ita primum nomen hoc Cimbris Teutonibusque *in Gallia* impoſitum, deinde vero Transrhenani Gallis populi hanc etiam appellationem ſibi aſciverunt. (*Et nonnullis interjectis:*) Illud autem hoc loco omittendum non eſt, Cimbros quoque à proceritate corporis hoc nomen habere potuiſſe. Plutarchus certe atque alii etiam Scriptores illos excelſa ſupra reliquos magnitudine fuiſſe referunt. Kimber autem alia ſignificatione hominem Gigantæa corporis mole præditum deſignat. Danico hodie idiomate, inquit Pontanus, Kimber ſive Kempe & Kemper non bellatorem tantum, ſed proprie Gigantem notat in Additam. ad hiſt. Dan. lib. I. Sed non video, quomodo vocabulum Germani nomine Cimbrico honoratius dici poſſit, cum has voces ipſe Sheringhamus nuper dixerit ſynonymas & utramque bellicoſum ſignificare. Obſervat præterea eruditiſſimus idem Sheringhamus, Cimbros Gallorum & Celtarum nomine veniſſe antiquis. Ejusd. Capit. paragr. 4. p. 58.

Illud, præterea, *inquit*, in hoc loco Lectorem ſcire oportet, Cimbros alia quoque cum aliis gentibus communia nomina habuiſſe, quos aliquando Celtas, aliquando Germanos, aliquando Gallos, aliquando Galatas, veteres appellavere. Germania olim pars Celticæ erat & Cimbria pars Germaniæ; unde Cimbris Celtarum & Germanorum appellatio-

nes

nes datæ. Poſtquam vero maximam Galliæ partem ad imperium ſuum adjeciſſent, *Gallorum etiam ex ſubacta Gallia*, ſicut ex ſubacta Britannia, pars eorum alia Britannorum nomen adepti ſunt. Cimbrorum ſane in Gallos reportatæ victoriæ Cæſarem modo teſtem citavimus. Svidas etiam Germanos illos, qui ſub Brenno militaverunt, quos Cimbros fuiſſe, mox ex Appiano oſtendam, Senones, Gallicos populos deviciſſe tradit: Κελτοὶ οἱ λεγόμενοι Γερμανοὶ οἱ ἀμφὶ τὸν Ῥῆνον πόταμον εἰσίν, οἱ καλέδιον τὴν γῆν Ἀλβανῶν, οὓς καὶ Σήνονας καλοῦσιν, οὗτοι οἱ Κελτοὶ κατὰ Ῥομαίων ἐστράτευσαν. Id eſt: Celtæ, qui dicuntur Germani, circa Rhenum fluvium ſunt, qui olim incurſaverint Albanorum regionem, quos Senones dicunt; Celtæ illi contra Romanos militaverunt. Hinc Cimbri tum Celtæ, tum Galli & à Græcis Galatæ vocantur. Antequam Germanis Galliſque ſua nomina data ſunt, utraque gens Celtarum appellatione Romanis Græciſque innotuerit, poſtea vero quam iiſdem hæc nomina addita ſunt, quicquid ſupra Maſſiliam peculiariter Gallia Celtica, quicquid citra ad Hircinium montem, & ulteriora Germaniæ uſque ad Sarmatas & Scythicas gentes nunc Germania, nunc quoque Gallia à veteribus nuncupatur: Romanis vero omnes in univerſum illæ regiones Gallia dicta eſt. Ita Diodorus Siculus gentes illas diſtinxit. Τοὺς γὰρ ὑπὲρ Μασσαλίας κατοικοῦντες τῷ μεσογείῳ καὶ τοὺς περὶ τὰς Ἄλπεις ἔτι δὲ τοὺς ἐπὶ τὰ δὲ τῶν Πυρηναιῶν ὀρῶν Κελτοὺς ὀνομάζουσι, τοὺς δὲ ὑπὸ ταύτης τῆς Κελτικῆς εἰς τὰ πρὸς νότον νεύοντα μερῆ παρά τε τὸν ὠκεανὸν καὶ Ερκύνιον ὄρος καθιδρυμένα, καὶ πάντας τοὺς ἑξῆς μέχρι τῆς Σκυθίας Γάλατας προσαγορεύουσι, οἱ δὲ Ῥομαῖοι πάλιν πάντα ταυτα τὰ ἔθνη συλλήβδην

μιᾷ προσηγορίᾳ περιλαμβάνουσιν ὀνομάζοντες Γαλάτας ἅπαντας. i. e. Qui interiora ſupra Maſſiliam tenent, & qui circum Alpes & cis Pyrenæos montes habitant, hos Celtas nominant, qui vero infra hanc ipſam Celticam partes Auſtrum verſus & ad oceanum Hirciniumque montem ſitas incolunt, omnesque ad Scythiam usque protenſos Gallos vocitant: at Romani gentes haſce univerſas una Gallorum appellatione comprehendunt. Hinc (pergit Sheringhamus) quam Plutarchus Germanicam, Feſtus Gallicam lingvam appellat, ut ex modò adductis locis apparet. Hinc Florus Cimbros Romanum Imperium invaſuros, *ab extremis Galliæ effuſos* eſſe tradit. Hinc Cimbros etiam, qui Brenno Duce Romam diripuerunt & in Græciam ſubinde progreſſi Templum Apollinis depeculati ſunt, Juſtinus Gallos, Pauſanias, Ælianus & Athenæus Galatas, alii Celtas appellant. Germanos eos fuiſſe, multis iisque firmiſſimis teſtimoniis multi confirmarunt, quibus ego addam ipſius Livii teſtimonium, qui ipſos ſæpe Gallos, ſed aliquando Germanos appellat, de eorum enim ex Gallia tranſitu verba faciens, *alia*, inquit, *Germanorum manus priorem ſecuta eſt*. Addam inſuper Appianum, qui in Illyricis illos Celtas & nominatim Cimbros nuncupat. Αὐταριέας δὲ καὶ ἐκ θεοβλαβείας Ἀπόλλωνος ἐς ἔσχατον κακοῦ περιελθεῖν. Μολισόμω γὰρ αὐτοὺς καὶ Κελτοῖς τοῖς Κίμβροις λεγομένοις ἐπὶ Δελφοὺς σύστρατεῦσαι. Id eſt. Autarios fama eſt Apollinis indignatione in extremam cladem veniſſe, quippe eosdem cum *Celtis*, quos Cimbros vocant, ad Delphos poſuiſſe caſtra. Multa alia hujusmodi teſtimonia adduci poſſunt, quibus Celtarum, Gallorum & Galatarum nomine Cimbri intelligantur, & proinde

niſi

niſi hoc lector animadvertat, in legendis hiſtoriis non facilè errores effugiat, quibus hæc nomina ſæpiſſime confunduntur. Video enim viros doctos aberrare atque hallucinari, & antiquos Gallos ſive Galliæ aborigines pro Cimbris Gallis ſumere. *Hactenus Sheringhamus.*

Vandali Gothique Gallias infeſtarunt.

§. 3. *Nec Vandalicis Gothicisve armis (quæ Danica fuiſſe ſuperius oſtenſum) intacta Gallia. Wiſigothi inprimis, dicente Grotio in proleg. de Gothia,* Narbonenſem Galliam diu tenuere. *Clar. Arpus in Themide Cimbrica p. 86.* Alaricus Gothorum Rex jam imminebat Italiæ, cum Honorius Imp. Gallias iis Hiſpaniasque offerret, ſi á Vandalis vindicare auderent. Et poſt nonnulla: Quæ (ſc. Roma ab Alarico occupata) cum illos non caperet, rebus ex voto conſtitutis, partem exercitus Aſtaulfo (Adolpho) commiſerunt, quam trans Alpes in Galliarum & Hiſpaniarum regiones duceret, de cujus rebus feliciter geſtis etiam adhuc fama non intermoritura perennat. *Idemque pagg.* 194. & 195. Sane ſi ullus populus bellica virtute floruit, Vandalorum fuit, qui ab ultimis his oris, poſt tot clades Reip. Romanæ illatas, per Gallias & Hiſpanias victricia arma Africæ intulit &c.

Et in Notis ſubjunctis. Retinebant poſt illam cladem, (*ſc. in conflictu cum Romanis ad Danubium*) *Vandali*, quos occupaverant, agros, donec Geberichum Gothorum Regem adverſarium experirentur, cujus armis cum Witmarus eorum Rex cecidiſſet, Pannoniam à Conſtantino Imp. petierunt & ſibi traditam aliquamdiu ſedibus in ea locatis obtinuerunt. Donec à Stilicone militiarum Magiſtro exciti dubio Marte per *Gallias* pugnarunt. Hujus belli perpetui tædio, Radagaiſo Duce, numeroſiſſimo

μιᾷ προσηγορίᾳ περιλαμβάνουσιν ὀνομάζοντες Γαλάτας ἅπαντας. i. e. Qui interiora ſupra Maſſiliam tenent, & qui circum Alpes & cis Pyrenæos montes habitant, hos Celtas nominant, qui vero infra hanc ipſam Celticam partes Auſtrum verſus & ad oceanum Hirciniumque montem ſitas incolunt, omneſque ad Scythiam usque protenſos Gallos vocitant: at Romani gentes haſce univerſas una Gallorum appellatione comprehendunt. Hinc (pergit Sheringhamus) quam Plutarchus Germanicam, Feſtus Gallicam lingvam appellat, ut ex modò adductis locis apparet. Hinc Florus Cimbros Romanum Imperium invaſuros, *ab extremis Galliæ effuſos* eſſe tradit. Hinc Cimbros etiam, qui Brenno Duce Romam diripuerunt & in Græciam ſubinde progreſſi Templum Apollinis depeculati ſunt, Juſtinus Gallos, Pauſanias, Ælianus & Athenæus Galatas, alii Celtas appellant. Germanos eos fuiſſe, multis iisque firmiſſimis teſtimoniis multi confirmarunt, quibus ego addam ipſius Livii teſtimonium, qui ipſos ſæpe Gallos, ſed aliquando Germanos appellat, de eorum enim ex Gallia tranſitu verba faciens, *alia*, inquit, *Germanorum manus priorem ſecuta eſt.* Addam inſuper Appianum, qui in Illyricis illos Celtas & nominatim Cimbros nuncupat. Αὐταριέας δὲ καὶ ἐκ θεοβλαβείας Ἀπόλλωνος ἐς ἔσχατον κακοῦ περιηλθεῖν. Μολιςόμων γὰρ αὐτοὺς καὶ Κελτοῖς τοῖς Κίμβροις λεγομένοις ἐπὶ Δελφοὺς σύςρατεῦσαι. Id eſt. Autarios fama eſt Apollinis indignatione in extremam cladem veniſſe, quippe eoſdem cum *Celtis*, quos Cimbros vocant, ad Delphos poſuiſſe caſtra. Multa alia hujusmodi teſtimonia adduci poſſunt, quibus Celtarum, Gallorum & Galatarum nomine Cimbri intelliguntur, & proinde

niſi

niſi hoc lector animadvertat, in legendis hiſtoriis non facilè errores effugiat, quibus hæc nomina ſæpiſſime confunduntur. Video enim viros doctos aberrare atque hallucinari, & antiquos Gallos ſive Galliæ aborigines pro Cimbris Gallis ſumere. *Hactenus Sheringhamus.*

Vandali Gothique Gallias infeſtarunt.

§. 3. *Nec Vandalicis Gothicisve armis (quæ Danica fuiſſe ſuperius oſtenſum) intacta Gallia. Wiſigothi inprimis, dicente Grotio in proleg. de Gothis*, Narbonenſem Galliam diu tenuere. *Clar. Arpus in Themide Cimbrica p. 86.* Alaricus Gothorum Rex jam imminebat Italiæ, cum Honorius Imp. Gallias iis Hiſpaniasque offerret, ſi á Vandalis vindicare auderent. Et poſt nonnulla: Quæ (ſc. Roma ab Alarico occupata) cum illos non caperet, rebus ex voto conſtitutis, partem exercitus Aſtaulfo (Adolpho) commiſerunt, quam trans Alpes in Galliarum & Hiſpaniarum regiones duceret, de cujus rebus feliciter geſtis etiam adhuc fama non intermoritura perennat. *Idemque pagg.* 194. & 195. Sane ſi ullus populus bellica virtute floruit, Vandalorum fuit, qui ab ultimis his oris, poſt tot clades Reip. Romanæ illatas, per Gallias & Hiſpanias victricia arma Africæ intulit &c.

Et in Notis ſubjunctis. Retinebant poſt illam cladem, (*ſc. in conflictu cum Romanis ad Danubium*) *Vandali*, quos occupaverant, agros, donec Geberichum Gothorum Regem adverſarium experirentur, cujus armis cum Witmarus eorum Rex cecidiſſet, Pannoniam à Conſtantino Imp. petierunt & ſibi traditam aliquamdiu ſedibus in ea locatis obtinuerunt. Donec à Stilicone militiarum Magiſtro exciti dubio Marte per *Gallias* pugnarunt. Hujus belli perpetui tædio, Radagaiſo Duce, numeroſiſſimo

exercitu Italiam petere conſtituerunt. Hic cum tantæ multitudini nihil impervium videretur, tam gravem ſenſit Numinis vindictam, ut ipſo in conflictu cæſo, Vandali in gyrum & Galliarum confinia redire cogerentur. Iſtas regiones tum *Gothi* tenebant &c.

Stilicho ex Septentrione oriundus.

NB. Stilichonem ipſum, cujus hic fit mentio, ex Septentrione oriundum innuit Nicolaus Heinſius *in Epiſtola dedicatoria* ad Chriſtinam *Sueciæ Reginam,* Claudiano, *quem recenſuit notisque illuſtratum edidit Lugduni Batav.* 1650 *præfixa, his verbis.*

Stilichoque veſtras lumen orbis Arctoi.

Langedocia quaſi Landgotia.

Sed redimus ad Gothos. Clar. Peringſkioldius *in Notis ad Vitam Theodorici Regis Gothorum pag.* 651. Hi omnes (*ſc. illi ex Wiſigothorum Regibus, quos enumeraverat, Ataulphus, Sigericus, Vallias, Theodoredus, Thorismundus, Theodericus, Euricus, Alaricus, Geſelaricus*) in Gallia Gothica vel Landgothia vel Languedocia regnarunt & Toloſæ habitarunt, ſequentes vero in Hiſpania ſederunt. *Et præcedenti pagg.* 648. Ataulphus Gothorum Rex, Italiæ cedens Imperio, Gallias petit, Narbonemque occupat, ubi cum placida Honorii Imp. Sorore nuptias celebrat &c.

Camdenus *pag.* 59. Cur quæſo hoc Gaiothel à Gothis non profluxerit, perinde ac Cathalonia in Hiſpania & Gaſcoyn in Gallia? & Gothos hæc nomina indidiſſe produnt doctiores. *Quin in Galliis dentur literaturæ Gothicæ ſeu Runicæ veſtigia, modo ſolicita inſtitueretur inquiſitio, nulli dubitamus.*

Literaturæ gothicæ in gallia veſtigia.

Eluſit quidem Wormium falſa characterum Gothicorum in Monaſterio Belliloceuſi fama, cui tamen certior,

tior, ut ſperatur, inſcriptionis Gothicæ in monumento Chilperici Regis fama ſpem ſuſtentabat. Quantum ſibi de Bellilocenſi monumento promiſerat, patet ex Epiſtol. ad Franciſcum de Fleury dat. Idib. Sept. 1637. Ubi ita infit: Audio apud vos duodecim milliaribus à metropoli Turonenſi prope urbem Loche ſur l' Indre monaſterium eſſe, in cujus area Pyramis viſitur literis Gothicis exarata: *Vid. Epiſt. Wormianas ab Illuſt. Joh. Grammio editas, num. 580. pag. 593. Et poſtea ad calcem Monumentor. Danicor. pagg. 525.* In Gallis prope civitatem Lochenſium in Abbatia Beaulieu pyramidem extare duodecim ulnarum altitudine, Gothicis literis inſignitam, referunt ii, qui res memorabiles Galliæ deſcripſerunt. Hujus delineationem licet promiſerint quidam, nondum tamen mihi obtinere eam licuit. Plura in Galliis inveniri non dubito, quibus utinam inter præclara ejus Regni lumina eſſent, qui operam aliquam locarent. *Quædam ex his verbis cum additamento repetit in Additamentis ad Monum. Danic. p. 38.* Hujus delineationem, licet promiſerint quidam, obtinere tamen eam non licuit, antequam huc ad nos appuliſſet Illuſtriſſimus Heros Dn. Casparus Coignet Dn. de la Thuillerie Baro de Courſon, Chriſtianiſſimo Galliarum Regi à Conſiliis ſecretioribus, tum ad Regna ſeptentrionalia Legatus Extraord. Vir de Aquilonaribus hiſce Regnis optime meritus. In cujus comitatu cum eſſet vir eruditiſſimus Dn. Iſaacus Peyrerius, mihi familiaris, tantum per amicos in Gallia præſtitit, ut jam quid huic Monumento ſubſit, liquido conſtet. Hoc vero ut alios etiam non lateat, lubet ejus ad me Chriſtianopoli datas literas ac una miſſos Domini du Buiſſon hiſce ſubjungere, ut quantopere ſæpe numero in talibus hallucinen-

nentur, qui vulgi fidunt relationibus, liquido conſtet.

Lit. pſeudo gothicæ.

„En accipe, Humaniſſime Wormi, quas à me pe-
„tiiſti, literas Gothicas, inſcriptas Pyramidi illi, quæ
„eſt in Abbatia de Beaulieu juxta oppidum de Lo-
„ches agri Galliarum Turonenſis. Pſeudo-Gothicas
„comperies, quas puras putas credidiſti Runicas.
„Abbatiam illam ex profeſſo petiit amicus noſter,
„mei ſcilicet, Tui & Bourdelotii noſtri, Dominus
„du Buiſſon, ut pyramidem illam inſpiceret & ſcru-
„taretur caracteres, quos fideli & erudita manu ex-
„ſcripſit. Hominem puta non publici ſaporis, qui
„ficus novit & quas novit ficus, ficus vocat &c.
„Chriſtianopoli VII. Idus Auguſt.

Ex Epiſtola Dni Buiſſon, quam Wormius exhibet totam, hæc tantummodo lubet apponere.

„Poſt exordium de ſitu loci &c. Ad clauſtrum
„Monachorum (ord. S. Benedict.) ſtat conus L pedes
„circiter altus &c. Andreas Quercetanus, ſive
„Cheſneus (Gall. du Cheſne) in libro, quem Gallicè
„edidit & inſcripſit: Des Antiquités & Recherches des
„villes & places de la France, pyramidem vocat, at-
„que interius repletam eſſe characteribus, quos alii
„Gothicos alii Gallicos eſſe cenſent, ut pyramidem
„pro cono, ſic Gothicos characteres pro antiquis
„Vir in Hiſtoria noſtra magnus nominavit more
„vulgi. *Et poſt plura.*

Scalis compoſitis aſcendi meque & oculos circum-
„tuli per omnem interiorem cavumque circuitum, fa-
„cibus propius ſimul admotis &c. Characteres qui-
„dem Romanos, ſed ævi ſequioris & barbari agno-
„vi facile, Gothicos etiam vocari ſcivi, verum ſen-
„ten-

„tentias colligere nullo modo potui, ſolis apicibus li„terarum extantibus, & iis quidem paſſim & multa „ex parte penitus deletis. Unicum de tot lineis re„ſtabat vocabulum idque non ſanum: illud erat D E I „I Q V E. Quod ſic accepi, ut ſi latinum eſſet, le„gendum eſſet Denique, ſi Gallicum faceres Reliqua „vel Reliques id eſt Reliquias. Quod poſtremum „magis probavi tanquam mentio ibi facta fuerit Re„liquiarum, quas Fundator Monaſterii, Fulco Comes „Andegavenſis Jeruſolymis & Româ ipſe rediens „multas & magnas, ut in libris Monaſterii legitur, „ibi condidit atque dicavit. *Et tandem finis epiſtolam his verbis, unde literaturæ Gothicæ in Galliis alibi inveniendæ ſpem non prorſus deſpondiſſe, colligitur:* Meliora, ut ſpero, daturus, ſi melior offeratur occaſio. Lutetiæ Pariſior. Nonis Juliis Anno MDCXLV.

Du Buiſſon Aubinay.

Quibus denuo ſubjicit Wormius. Icones Regum Galliarum editæ per Jacobum de Bie, in Hiſtoria Chilperici Regis, mentionem faciunt inſcriptionis cujusdam in Monumento hujus Regis literis Gothicis extante, ſed ſermone Latino in hunc ſenſum:

CHILPERICVS HOC TEGITVR LAPIDE. Monumentum Chilperici. lit. goth.

Si quis horum Characterum exactam nobiſcum communicaret delineationem, rem faceret gratiſſimam.

§. 4. *Ducatui Gallorum Burgundiæ (Bourgogne) coloniam olim & nomenclaturam dediſſe inſulam Danicam Borringiam, ſunt, qui opinantur.* Burgundia gall. a Borringia Dan. derivatio nonnullis arridens.

Cel. Thermod. Torfæus in Ser. Reg. & Dynaſt. Dan. pag. 76. Borringia, *inquit*, quam nunc Bornholm appellant, à viri, qui *Beor* vocatus fit, nomine dicta traditur. Vetuſtiſſimæ membranæ, quot vidi, quamvis rationem nominis non exponant, Borgundarholm tamen præferunt. Nomen ſexui fœmineo proprium flexus indicat, à recto *Borgund*, in genitivo Borgundar extenſum, procul dubio a fœmina Borgund enatum; non à viro Beor, ſic enim Beorsholm ſcriberetur. Extat & in Norvegiæ aquilonaris provincia Sunnmæria paſtorale prædium Borgund dictum. A Duce quodam Borgundarholmenſi, aut eorum *colonia* Burgundiones forte dicti ſunt, qui circa annum Chriſti CD. cum Vandalis & Svevis ab ultima Germania profecti, varias Galliæ partes occuparunt, regnoque conſtituto Burgundiæ nomen de ſuo impoſuerunt, cujus caput Regiaque ſedes Arelate.

Nec non Polyhiſtor noſter Sperlingius in Borea *Havn. 1707. pag. 249.* Bornholmia quondam in Septentrionalibus ſcriptis Borgundarholm eſt appellata à Burgundis, qui illam occuparant, & inde *colonias* emiſerunt in Germaniæ litora, quæ poſtmodum reliquerunt, & ulterius in Helvetiam & *Gallias* ſe provexerunt, hodiernum nomen illic facientes.

Burgundi Gothi.

Burgundiones præterea eſſe Gothos, teſtatur Chron. Caſ. Rom. Anonymi Mſſ. Clar. Peringſkioldio in Not. ad vitam Theodor. Regis Gothor. citata, ubi de Imperatore Valente Valentiniani fratre hæc legas. By ſynen Tyde ſanden de Gothi dat ſynt de Borgundere eren Legaten to em, dat he en ſende Prediſere etc. Wante ſe wolden Chriſten wer-

werden, do ſende he en eene Arianſchen boren Prediꝑere.

§. 5. *Poſt Celtas, Cimbros, Vandalos, Gothos, Burgundiones ad novam Danorum propaginem in Galliis nidulatam devolvimur, fortiſſimos puta Normannos, Normandiæ dominatores & eponymos, ut non immerito Scandinaviam noſtram tot populorum fœcundam matrem, vaginam quandam & officinam gentium dixerit Jornandes & caniſtrum apum Dudo de S. Quintino:* Dani, *inquit*, e Scanza velut examen apum è caniſtro & gladius è vagina, diverſitate multimoda, conſvetudine Barbarica proſiluerunt; cum petulanti luxu exardeſcentes ſoboles innumeras generaviſſent. Qui poſtquam adoleverunt de rerum poſſeſſionibus contra patres avosque aut ſæpius inter ſe ferociter objurgati, exuberantes, & terram, quam incolunt, habitare non ſufficientes: collecta ſorte multitudine pubeſcentium, veterrimo ritu, in externa regna extruduntur nationum, ut adquirant ſibi præliando regna, quibus vivere poſſint. *Cui accinit Walſingamius in Hypodig. Neuſtr.* Olim mos erat in Dacia, cum repleta eſſet terra hominibus, ut ſancita lege per reges illius terræ cogerentur juniores de propriis ſedibus emigrare, quæ gens idcirco multiplicabatur nimium, quoniam luxui exceſſive dedita multis mulieribus jungebatur. Nam pater adultos filios cunctos à ſe pellebat, præter unum, quem hæredem ſui juris relinquebat. Quæ lex per multorum tempora Regum manſit inconvulſa quoad usque Lothbrocus Rex patri ſucceſſit in regno, quem prædicant de ſtirpe Gothorum proceſſiſſe.

Normanni in Gallia famigeratiſſimi.

Id nobis hic negotii credimus primum dari, ut recepta methodo, Normannos iſtos terrarum domitores patriam agnoviſſe Daniam, & licet Norvegorum non-

Veram Normannis Patriam fuiſſe Daniam non proprie Norvegiam indubiis evincitur teſtimoniis.

nonnihil Danorum huic globo admiſſum fateamur, Norvegis ſolis Normannicæ virtutis gloriam inepte gratulari nonnullos, compluribus Autorum locis eamus teſtatum. Accurate enim Hertzholmius in Præcellentia Regn. Dan. & Norveg. Cap. 3. Tit. 8. Quin præcipue Danis adſcribendum ſit nomen Normannicum non ſolum de jure ſitus ſed de cauſa facti, nemo denegabit, niſi affectibus occæcatus libidinem ſuam conſtituerit titulum juris. Quotquot enim fuerint monumenta, qui cauſam rei adſpexerint, Danis hoc ex ſolido concedant, idque eo, quod Dani Principes rerum geſtarum extiterint omnium, quæ ſive in Germania, ſive in Anglia, ſive in Gallia, ubi maxime Normannicum nomen invaleſcere cœperat, acta ſunt. *Hæc Hertzholmius.*

Dudo, Rerum Aquitanicarum ſcriptor, ut Saxoni audit, lib. I. pag. 65. Igitur Daci nuncupantur à ſuis Danai, vel Dani, glorianturque ſe ex Antenore progenitos. Hi Daci relato ritu olim à ſuis expulſi, qua ſuos tractus Francia protenſe exporrigit, cum Duce Haſtingo ferociter ſunt appulſi.

Eginhardus in Vita Caroli Magni. Ultimum quod contra Normannos NB. qui Dani vocantur primo piraticam exercentes, deinde majori claſſe litora Galliæ ac Germaniæ vaſtantes bellum ſuſceptum.

Albertus Stadenſis in Annal. Dani & cæteri, qui trans Daniam ſunt populi, omnes Normanni vocantur. *Ordericus Vitalis in Præfatione.* Nunc aliud mihi à Magiſtris opus injungitur & de Normannicis eventibus materia porrigitur, quoniam ipſi de Dacia prodeuntes, non literis, ſed armis ſtuduerunt & usque

que ad Gulielmi Nothi tempora magis bellare quam legere vel dictare laborarunt &c.

Marianus Scotus in Chron. Gens Danorum, qui & Normanni vocantur.

Ablav. de Obſidione Lutetiæ.

Dan villa nocens, Dan vere nomine Dan re,
Dan olim noſtris damnoſa futura carinis
Adjuvit noſtros bello pro viribus hoſtes.

Et porro ibidem libr. I.

Mane quidem ſurgente, Dani ſurgunt ſimul acres,
Atque rates ſubeunt armis, onerant clypeisque
Transque natant Sequanam, turrim cinguntque miſellam,
Multa; dabant illi denſis certamina telis.
Urbs tremuit litusque, boant lacrymisque rigantur
Mœnia, rusque gemit totum, pelagusque remugit.
Aëra circumeunt lapides & ſpicula mixtim
Et clamant noſtri clamantque *Dani* ſimul omnes.
Terra tremit, noſtri lugent, lætantur & illi.

Genealogia Ducum Normannorum ex veteri Codd. Mſſ. Pontano citata piratas Danorum diſerte vocat, ex Norvegia egreſſos, & inde Neuſtriam appellatam fuiſſe Normanniam, ubi fallitur, cum Dani & ceteri, qui trans Daniam ſunt populi, teſte Stadenſi, omnes audierint Normanni. Verba ita habent. Anno Dominicæ incarnationis DCCCXCVI. regnante Francorum Rege Karolo, qui ſimplex appellatus eſt, piratæ Danorum ex inſula Scanzia, quæ Northuega dicitur egreſſi cum in Francia multa geſſiſſent prælia, regnumque devaſtaſſent: Karolus prædictus, acceptis obſidibus, eis Neuſtriam tradidit, quam ab ipſo tempore vocaverunt Northmanniam,

eo quod ab ipſis, qui ex Northvega venerant, poſſeſſa erat. Robertus igitur, Rollo dictus, eorum primus erat Dux, Comesque Northmanniæ Robertus iſte genuit Vuillelmum, qui Longa-ſpatha cognominatus eſt, quem Franci dolo occiderunt. Vuillelmus autem Longa-ſpatha genuit Richardum Senem &c.

Ermoldus Nigellus Carminis Elegiaci libr. IV. apud Ludovicum Antonium Muratorium in Rerum Italicar. Scriptorib. Mediolani 1725 Tom. 2. Parte altera.

Hic populi porro veteri cognomine Deni
Ante vocabantur & vocitantur adhuc.
Nort quoque Franciſco dicuntur Nomine Manni
Veloces, agiles, armigerique nimis.
Ipſe quidem populus late pernotus habetur
Lintre dapes quærit, incolitatque mare.
Pulcher adeſt facie, vultuque ſtatuque decorus
Unde genus Francis adſore fama refert
Victus amore Dei, generisque miſertus aviti
Temptat & hos Cæſar lucrificare Deo.

Ubi Muratorius in Notis ad 7ò *Deni.* Id eſt, Dani. Eorum regio Germanice, Denmark, ac proinde eos Poëta Denos, ut adhuc Germani loquantur, potius quam Danos appellat.

Et ad 7ò *Nortmanni:* Scilicet Nortmanni ſive Nordmanni, olim appellati quicunque populi ad ſeptentrionem Europæ poſiti, piraticam exercentes Regna Francorum infeſtabant. Regnante Carolo Magno emerſit hujusmodi peſtis. Eos vero modo Nortmannos appellant reliqui eorum temporum ſcriptores.

Andreas

Andreas Duchesne ſ. Quercetanus in præfat. ad Hiſtor. Normann. ſcriptores ab ipſo editos Lutetiæ 1619. Quandoquidem igitur Normanni é Dacia prodeuntes bellica virtute ſedem in Francia quæſiverunt, nobiliſſima Regna in Anglia & Sicilia conſtituerunt ac maximas etiam res in Oriente magna cum laude geſſerunt; ideo plurimi ſcriptores gentem illam bellicoſiſſimam celebraverunt &c.

Eleganter Crantzius libr. 4. hiſt. Goth. Hæc illa Danicæ & Normannicæ gentis gloria, quam indagamus, quod in longinqua Regione ditionem quæſiverit, Principatus fundaverit, Regna conſtituerit atque reliquerit primum in Longobardia per annos 209 deinde in Normannia, ubi Ducatus honore non contenta non quievit, donec Angliam ſibi adjiceret.

Audiamus iterum Dudonem libr. 12. Normannorum Angli, *inquit*, videntes, quod non prævalerent contra Regem Alſtemum, ſed deficientes affligebantur, venerunt ad Rollonem flexisque genibus dixerunt: Dacorum potentiſſime Rollo &c.

Refert præterea libr. 14. Conjuratione adverſus Wilhelmum filium Rollonis facta, cum Wilhelmus perculſus conjuratorum numero, quibus longe inferior erat, fugam ad Francos meditaretur, Bernhardum Dacigenum militem ignaviam ipſi exprobaſſe his verbis: Ego & conſortes mei te non ſequemur: Navigio ergo Daciam noſtræ nativitatis terram repetemus, quia Duce & Advocato caremus. Non vales ultra nobis viribus effæminatus præeſſe. *Pluribus hic teſtimoniis conglomerandis ſuperſedemus, cum ex locis ad Normannorum per Gallias illuſtranda geſta mox adducendis, uberius teſtatum fiat, Normannus & Danus eſſe ſynonyma, Danosque inprimis hoc vocabulo indigitari.*

§. 6. *Ad*

Geſta Gotilaci Dani per Gallias.

§. 6. *Ad Normannorum igitur, ſeu Danorum, hoc nomine inſignitorum, geſta Gallicana tranſeuntes, primum offendimus Gotilacum (aliis Chochilacum) de quo audiendus Pontanus Hiſtor. Dan. libr. IV. p. 87.* Primus omnium, qui ævi medii ſcriptoribus, quamvis Saxoni cæterisque domeſticis authoribus ignoratus, Danorum vocabulo inſignitur, Gotilactus Rex fuit. Hic ut habet Gregorius Turonenſis, qui res Francorum circa annum Chriſti DL poſterorum memoriæ conſignatas reliquit, cum haud invalida popularium ſuorum manu a borea profectus exſcenſionem in eam Francici regni partem fecit, quæ poſt Clodovei Regis exceſſum Theodorico liberorum ejus natu minimo ſub Auſtraſiæ aut Mediomatricum regni appellatione ſortito obvenerat. Dani, enim inquit, cum Rege ſuo Gothilaco evectu navali per mare Gallias petunt. Et initio quidem pagum, cujus nomen Turonenſis omittit, ſuæ poteſtatis factum diripiunt, navigia captivis & præda onerantes. Theodoricus intellecto ditionis ſuæ territorium externorum incurſionibus vaſtari, nihil prius habendum putavit, quam Theodoricum filium cum inſtructis atque expeditis copiis eodem demittere, ut primis eorum conatibus retuſis, ipſos quaſi in herba ſuccideret. Theodobertus ergo cum ex inopinato ſuperveniſſet, Rex Gothilacus in littore conſiſtens id agebat, ut claſſiariorum aliqui lembos præda ac ſpoliis onuſtos e terra in altum molirentur, & ipſe, vaſis conclamatis ſignoque receptui dato, poſtremus ſequeretur. Verum illa ſpes fruſtra Gothilacum habuit. Nam undique & terra & mari commeatu intercluſo, Theudobertus nihil tale cogitantem deſubito oppreſſit. Socios vero & qui naves ſervabant navales, prælii fortunam licet animoſe auſos

Turonum direptum.

Gotilacus Theudobertum opprimit.

ſos ad unum tamen omnes & profligavit & prædam captivosque univerſos victoribus ereptos ſuis reſtituit. Hoc ad annum quingenteſimum decimum ſextum chronologi fere ejus gentis referendum exiſtimant. Aventinus incertum facit videturque ambigere, num, authore Theodorico, Oſtrogothorum Rege, inſtigatus tum fuerit ad invadendam Galliam Gothilacus, cum ejus, Theodorici inquam, ad ſinus Codani incolas (ita ipſe refert) extent epiſtolæ. &c. &c. *Et poſtmodum* anno circiter quingenteſimo octuageſimo, alii decennium minus numerant incurſiones Danorum ac Saxonum in terras Francorum, defuncto jam Rege Gotilaco, ſatis indicant verba Fortunati, qui iiſdem temporibus ſuperſtes ad Lupum ducem Sigeberti Francorum Regis ſcribens & prælii & victoriæ adverſus utramque gentem commeminit, cum inquit:

Gotilacus ab Oſtrogothorum Rege Theodorico ad Gall. invad. inſtigatus dicitur.

Literæ Theodorici Oſtrogoth. Regis ad ſinus Codani accolas.

Quæ tibi ſit virtus cum proſperitate ſuperna
　Saxones & Dani gens cito victa probat.
Borda a quo fluvius ſinuoſo gurgite currit,
　Hic adverſa acies, te duce, cæſa ruit.

Dani a Lupo Duce Gallico devicti, ſed non impune.

Victoriam quidem a parte Francorum ſtetiſſe, ſed admodum cruentam fuiſſe vel inde conſtat, quod præter multos fortiſſimos viros, Condanis viri principis duo filii, magnis honoribus conſpicui, tum occubuerint, ut idem refert Fortunatus, addens nullis periculis nulliſque difficultatibus territos Danos, ſed identidem arma & vires reſumſiſſe. Et licet primum impediti fuiſſent a Guntrano & jam a Sigeberto quodammodo ſuperati, Regis tamen Hulferici provinciam Sueſſionenſem adortus eamque tranſgreſſos, ad Rhenum tandem usque perveniſſe. Quo ſpectant

illi quoque ejusdem Venantii Fortunati notabiles verſiculi:

Hulſerrice potens, ſi interpres Barbarus exſtet,
Adjutor fortis nobile nomen habes:
Quem Geta, Vaſco tremunt, Danus, Suio, Saxo, Britannus,
Cum patre, quos acie te domitaſſe patet.

Dani ab Hulſerrico Rege ſuperati.

Ita enim verſum tertium conſtituimus, cum vulgo ac perperam edatur, Danus, Euthio, Saxo Britannus: vel ut Chriſtophorum Brouverium, conjeciſſe poſtmodum vidi: Danus, Eſthio &c. Hinc plurimis annis integroque circiter ad ævum usque Caroli Magni ſeculo apud authores, qui res præſertim Francorum tradiderunt, Daniæ quidem Regum nomina vix occurrunt &c. *Hæc Pentanus, qui inde ad Sigefridum Danorum Regem ſe convertit:* Cujus, *inquit*, etiamſi Saxo-Grammaticus nuſpiam meminerit, ejus tamen accurata habetur, in annalibus Francorum & apud Abbatem Stadenſem mentio, de quo Sigefredo, qui etiam Sigebertus dicitur, inferius agamus, ubi ad ejus ævum ventum fuerit, præeuntibus Hiſtoriæ Normannorum ſcriptoribus antiquis ex Mſſ. Codd. editis per Andream Duchesnium ſeu Quercetanum. Lutetiæ Pariſiorum MDCXIX. unde ſequentia excerpenda duximus.

Aquitania a Normannis ſeu Danis circa annum 813. infeſt.

§. 7. *Geſta Normannorum in Francia ab anno Chriſti DCCCXXXVII. usque ad annum DCCCXCVI. auctore incerto, apud Quercetan. pag. 1. ita incipiunt, prodita in ipſo limine regionum ſeptentrionalium ſat confuſa idea:* Northmanni procedentes de Scanzia inſula, quæ Northwega dicitur, in qua habitant Gothi & Huni atque Daci, cum XIII navibus egreſſi,

egreſſi, primo in Flandrenſi littore molientes, ab his, qui in præſidio erant, repulſi ſunt. Deinde in oſtio Sequanæ ſimilia tentantes, reſiſtentibus ſibi littoris cuſtodibus, quinque ſuorum interfectis receſſerunt. Tandem in Aquitanico littore, proſperis uſi ſucceſſibus, vico Burnad depopulato, cum ingenti præda reverſi ſunt ad propria. *Quibus autor mox ſubjungit Normannorum in Friſiam irruptionem Anno Domini DCCCXIII. unde de tempore, quo priora ſunt geſta, conjicere licet, adeoque hoc Chronicon altius aſcendit, quam ad ann. 837. ut habet inſcriptio a Quercetano præmiſſa. Ademarus Monachus S. Eparchii Engoliſmenſis in Chron. Mſſ. apud Quercetan. p. 19. vicum illum à Normannis denudatum Buim vocat.* Ipſo tempore, *inquit*, nunciatum eſt, naves Pyraticas XIII a Normanniæ ſedibus mare conſcendiſſe & prædatum noſtros fines appellere. Contra quas Imperatoris circumſpectio cuſtodiam fieri cum imperaſſet, a Flandrenſi ſolo ſimul, & oſtio Sequanæ repulſæ, in Aquitaniam ſeſe verterunt & vaſtato vico, cujus vocabulum Buim, multaque oneratæ præda reverſæ ſunt.

Claſſis Normannica XIII. navium.

Burnad aliis Buim Aquitan. vicum depopulantur.

Idem in proxime ſequentibus de vaſtatione inſulæ Herio ad annum 830. Normanni Herio inſulam incendunt menſe Junio & deſtituta eſt a generali Monachorum habitatione. Ibi fecerat Dominus Imperator Karolus Monaſterium S. Filiberti. Poſt annos quinque Rainoldus Comes Arbatilicenſis menſe Septembri cum Normannis in Herio inſula dimicat & fugatus eſt.

Herio Inſula a Normann. vaſtat. præliumque ibidem cum Normannis geſtum.

Chronicon Monaſterii Beſuenſis Mſſ. in Collect. Quercetana p. 22. Ludovico Pio terreni inſignia regni anno Dominicæ incarnationis DCCCXL perpe-

Urbes Gallicæ a Normannis vaſtatæ Burdegal. Petragor. Sanctonas Lemo-

vig. Engoliſm. Toloſa, Andegav. Turon.

tua felicitate commutante, filii ejus gravi pernicie in ſemet diſſidentes unitum prius pulcherrima de diverſis nationibus compage Francorum regnum fœda ſectione ſciderunt. Tunc demum inter regni Proceres conglobantur horribilia bella veluti inteſtina, deſeritur cuſtodia littorum maris oceani, augeſcit numerus hoſtium, creſcit innumerabilis multitudo Normannorum, Danorum atque Britonum. Fiunt paſſim Chriſtianorum ſtrages, deprædationes, vaſtationes, incenſiones. Capiunt quaſcunque adeunt civitates, nemine reſiſtente. Capitur Burdegala, Petragorium, Sanctonum, Lemovigas, Engoliſma, atque Toloſa. Andegavorum, Turonenſium perinde ac Aurelianenſium civitates peſſundantur. Ad ultimum videntes Reges ſua diſcordia addi vires extraneis &c. pacificantur inter ſe primum, tum deinde cum hoſtibus. Quia regno eos expellere non potuerunt, pactum cum eis ineunt, & quod armis tueri debuiſſent, pecuniis redimunt.

Geſta Danorum in Galliis duce Haſtingo.

§. 8. *Famoſam Haſtingi Dani in Gallias irruptionem ad annum 841. refert Chronicon Turonenſe Mſſ. in Collect. Quercetan. pagg. 25.* Lotharii Imperatoris anno primo (in marg. 841.) Haſtingus, cum innumera Danorum multitudine Franciam ingreſſus, oppida, rura, vicos, ferro, flamma, fame depopulatur. Galliæ itaque ſuperioris finibus accenſis, Turoniam venit; ibique Ambazia & univerſis, quæ inter Ligerim & Carum fluvios continebantur, in faviſlam redactis, Turonim obſidet. Cumque urbem crebris aſſultibus infeſtaret, Turonici viribus diffidentes, corpus B. Martini flentes & dolentes rapiunt & ſuper murum, quo belli violentior impetus erat, mortuum pro vivis propugnatorem opponunt. Quid plura?

Ambazia a Danis cremata.

Dani Turonim obſident.

A beato Martino fugantur.

plura? virtute Sancti Dani fugiunt, fugientes Turonici perſeqvuntur, ſecum corpus B. Martini cum laudibus deferentes. Sicque pars Danorum gladio cadit, pars capta reducitur, pars altera fugiens ſic evaſit. Turonici vero cum gaudio redeuntes, in loco, quo ſancti ſubſtitit corpus, dum Danos fugarent, in honore ſancti fabricaverunt Eccleſiam, quæ propter belli eventum, Sancti Martini bellum ab incolis nuncupatur. In loco autem, quo corpus Sancti poſitum fuerat ſupra murum, ſimiliter in honorem Sancti conſtruxerunt Eccleſiam, quæ S. Martini Baſilica nominatur &c. In honorem vero Sancti eo die, quo de Danis habuerunt victoriam, ſcilicet IIII. Idus Maji, inſtituerunt ſolemnitatem annuam celebrandam, quam Subventionem proprie nuncuparunt. Dani vero, qui remanſerant, in unum congregati, per mare Britannicum Ligerim ingreſſi, aggrediuntur Nannetem civitatem & in Sabbatho Paſchæ Epiſcopum fontibus benedicentem trucidant, Clerum & populum diverſis cruciatibus occidendo. Contra quos Carolus Calvus Rex cum Britonibus & Francis viriliter occurrens, eos fortiter debellavit. Inter quos erat Torquatius &c. Hic Karolum Calvum contra Danos viriliter adjuvabat, pro quo Karolus dedit ei Nimellum nemus in Epiſcopatu Redonenſi &c. *Hactenus Chronicon Turonenſe. Hæcce demum poſt fata Caroli Calvi contigiſſe volunt* Geſta Dominorum Ambazienſium, *incerto Authore Mſſ. in Collect. Quercetan. p. 24.* Mortuo autem Carolo Calvo, Dani, qui in infidelitate remanſerant, cum Hvaſten, Duce ſuo, Gallias tribus annis infeſtantes, beati Martini corpus Antiſſiodoro Canonicos transferre compulerunt. Poſt, quantas Gallorum ſtrages fecerint, quantas urbes regionesque concre-

Bina Templa S. Martino ob victoriam de Danis dicata.

Feſtum ob victoriam de Danis in urbe Turonenſ. IV. Id. Maj. inſtitut.

Epiſcopus Nannet. trucidat.

Dani a Carolo Calvo debellati.

maverint, enarrare nolo. Sed tamen hæc divino nutu peccatis Gallorum accidiſſe puto &c. Iſti vero terram usque Pariſiis & Aurelianis depopulati ſunt. Adeo ut ubi olim agri opulentiſſimi, urbesque ſpecioſiſſimæ fuerant, nunc beſtiarum aviumque vaſta habitacula ſint &c. Sic ſuper ripas Ligeris omnia vaſtantes Ambazio pervenerunt. Quod oppidum cum paucis defenſoribus repertum, cito capientes, totum ſuccenderunt, pontemque Ligeris diruerunt. Eccleſias, unam, quæ erat ultra Ligerim in introitu pontis & aliam in loco, qui Luat dicitur, ſitam omnino deſtruxerunt. Qui in planitie prope Ambazium hoſpitati, locum, qui Nigron dicitur, multo ſanguine innocentum captivorum fœdaverunt. Quod ætate Ludovici Balbi, cognomento Nihilfecit, actum eſt &c. Vaſtatis itaque agris inter Carum & Ligerim, deſtructo etiam lapideo ponte Blirei, cum ultra non reperirent, quod diripere poſſent, collectis armatorum copiis ad urbem Turonicam iter dirigunt. Omnia vero, quæ in ſuburbio civitatis invenire potuerunt, facta prius miſerabili hominum cæde, demoliti ſunt. Porro Turonici trepidare, concurrere, portas obſerare, turribus ſe inſerere, propugnacula armorum apparatu munire non ceſſant. Hoſtes portas urbis multo turbine quaſſantes, toto niſu ingreſſum urbis ſibi pollicebantur. Tunc Clerici, qui ibi aderant, juncto ſibi totius debilitatis agmine, rapido curſu ad Eccleſiam convolantes clamabant: Sancte Dei Martine, quare tam graviter obdormiviſti? Oſtende, quæſumus, pietatem, ſuccurre, fer opem miſeris. Alioquin & nos peribimus, & civitas noſtra redigetur in ſolitudinem. Qui ex ſepulchro beati viri rapta ciſtella, in qua ſacratiſſimæ Martini reliquiæ ſervabantur, & cuneolus ille, quem

Dani Gallias Pariſios usque depopulati.

Eccleſiæ a Danis deſtructæ.

Captivos trucidant,

Pons lapideus Blirei a Danis deſtruct.

Turonenſes S. Martinum dormitantem clamoribus ſuis expergiſcere faciunt.

quem Clerici ob pericula ſubmovenda reliquerant, portæ urbis jam multo hoſtium turbine quaſſatæ intulerunt. Tunc vero oppidani, qui paulo ante metu propinquæ mortis exterriti fuerant, mox præſentia tantæ opitulationis animati, corporis & animi vires reſumpſerunt. *Danis* e contrario ſtupor vehemens incuſſus eſt, poſt ſtuporem formido & mentis alienatio obrepſit. Deinde fugam conati, videres, cum alter impediretur ab altero, ac ſi per glaciem occurrerent, præcipites labi. Igitur oppidani Chriſtum ſibi per Martini preces propitium ſentientes, eruptione facta, perſequuti ſunt inimicos, ex quibus fere mille interfecerunt. Sicque glorificantes Dei miſericordiam, qui eis inopinatam victoriæ palmam dederat, reliquias beati Martini in locum ſuum reſtituerunt. *Hæc ex Geſtis Dominor. Ambazienſ. Vetus Chronicon incerti Authoris, ſed qui Monachus Floriacenſis fuiſſe videtur, Mſſ. in Collect. Quercetan. p. 32.* Dani piraticam exercentes Duce Alſtagno (*NB. pro Haſtingo*) Franciam invaſerunt. Qui, ut portum attigerunt, Flandrenſium terram graviter devaſtaverunt. Tarvanenſe atque Noviomenſe territorium ita penitus attriverunt, ut & Sancti Quintini Martyris Monaſterium flammis exurerent & nihil extra portam Noviomenſis civitatis illæſum & incontaminatum relinquerent. Sed & S. Medardi Monaſterium ab eis eſt concrematum & Eccleſiam S. Genovefæ, in proſpectu civitatis Pariſiacæ ſita, ab ipſis eſt conflagrata: & omnes, ad quas pervenire potuerunt, Eccleſiæ, extra munitionem locatæ. Nam totam Franciam, militum præſidio nudam, cujus robur in bello Fontanido nuper deperierat, tantus metus corripuerat, ut ei nemo poſſet reſiſtere, nemo repellere. Unde Rex Carolus cum præfato tyranno

Stupor Danis incuſſus.

Alſtagnus ſive Haſtingus.

Flandria &c. a Danis vaſtat. Sanctorum Quintini & Medardi Monaſteria cremata. Item Eccl. S. Genovefæ juxta Lutetiam.

Foedus cum Danis pactum.

fœdus pepigit & hoſtem, quem ferro nequibat, auro compeſcuit. Quo fœdere ſecutus Alſtagnus, a Francorum terra per Oceanum pelagus Italiam tendens, Lunæ portum attigit & ipſam urbem continuo cepit. Qua potitus, per numeroſa annorum curricula ibidem degit, Regique familiaris poſt modum factus eſt ex inimico amicus. Verum iſte Alſtagnus vulgo Gurmundus verſo nomine ſolet nominari. *Geſta Haſtingi Gallicana ad annum 867 detrudit Chronicon Rheginonis Abbatis Prumienſis in Collect. Quercetan. p. 7. (ſecus ac citatum ſuperius Chronicon Turonenſe ubi ad ann. 841. attolluntur)* Anno Dominicæ incarnationis DCCCLXVII. (*inquit Abbas*) Normanni oram Ligeris fluminis occupantes, Nannetenſem, Andegavenſem, Pictavenſem atque Turonicam Provinciam iterato crudeliter depopulari cœperunt. Contra quos Rubertus, qui Marchiam tenebat, & Ranulfus Dux Aquitaniæ, collecta multitudine, aciem dirigunt. Illi ſentientes, ſe exercitu inſequi, cum ſumma acceleratione, ad claſſem repedare contendunt. Sed cum appropinquare inſequentium multitudinem cernerent, cognoſcentes, ſe effugere non poſſe, quandam villam ingrediuntur, ubi ſe, quantum hora permiſit, communiunt. Erat autem in eadem villa Baſilica pergrandis ex lapide conſtructa, in quam maxima pars Nortmannorum introivit, cum Duce eorum nomine Haſtingo. Rubertus & Ranulfus cum ſociis ſuperirruunt, quoſcumque extra Baſilicam reperiere, abſque mora trucidant. Ad Eccleſiam pervenientes, cum vidiſſent locum munitum & animadvertiſſent, non modicam turbam Paganorum intrinſecus latitantem, parum perdeliberantes caſtra in circuitu ſtatuunt, tentoria figunt, ut in craſtinum extructis aggeribus, applicatiſque machi-

Haſtingus diu in occupata Italiæ urbe Luna degiſſe dicitur.

Haſtingus etiam Gurmundus dictus.

Provinc. Nannet. Andegav. Pictavenſ. a Danis infeſtat.

Dani ſe in villa quadam communiunt.

Dani in Eccleſia obſeſſi & oppugnati.

machinis, hoſtes totis viribus expugnarent. Declinabat quippe jam ſol ad occaſum: Rubertus nimio calore exæſtuans, galeam & loricam depoſuit, ut aura collecta pauliſper refrigeraretur. Cumque unusquisque in poſitione caſtrorum intenderet, repente Northmanni a munitione exiliunt & cum ingenti clamore ſuper Rubertum ac ſocios impetum fecerunt. Sed quamvis repentini & ſubitanei caſus etiam fortiſſimos viros in bello conturbare ſoleant, tamen arma quam citius corripiunt, hoſtes viriliter excipiunt & cædentes in Baſilicam redire compellunt. Rubertus absque galea & lorica accurrens, cum incautius dimicaret, & inimicos ultra inſequeretur, interfectus eſt in introitu ipſius Eccleſiæ. Ejus corpus jam exanime Northmanni intrinſecus trahunt. Porro Ranulfus, cum eminus ſtans eventum rei ſpecularetur, a quodam Northmanno per feneſtram Baſilicæ ſagittæ ictu graviter vulneratus eſt & a ſuis ex certamine eductus vix triduo ſupervixit. Tali felici infortunio pugna commiſſa & finita, exercitus, amiſſo capite, terrore pariter ac mœrore repletus, ſolvit eadem hora obſidionem & ad propria revertitur. Nortmanni ovantes ad claſſem dirigunt greſſum. *Cum Rheginone quoad annum 867. conſentiunt Annales Fuldenſes in Collect. Quercet. p. 14. ſeqv.* Anno DCCCLXVII. Ruodbertus, Karoli Regis Comes, apud Ligerim contra Normannos fortiter dimicans occiditur; alter quodammodo noſtris temporibus Machabæus. Cujus prælia, quæ cum Brittonibus & Normannis geſſit, ſi per omnia ſcripta fuiſſent, Machabæi geſtis æquiparari potuiſſent.

Excurſio obſeſſorum.

Rubertus & Ranulfus Gallorum duces cadunt.

Obſidio ſoluta.

Ruodbertus Gallorum Machabæus.

Dudo *S. Quintini Decanus de Moribus & Actis Norm. libr. I. in Collect. Quercetan. p. 62. ſeqv.* Hi

namque Daci relato ritu olim a ſuis expulſi, qua ſuos tractus Francia protenſe exporrigit, cum Duce Anſtinno ferociter ſunt appulſi,

Anſtinnus ſive Haſtingus.

Hic ſacer atque ferox nimium, crudelis & atrox,
Peſtifer, infeſtus, torvus, trux, flagitioſus,
Peſtifer, inconſtansque, procax, ventoſus, & exlex,
Lethifer, immitis, præcautus, ubique rebellis,
Proditor, incentorque mali, duplex ſimulator,
Impius & tumidus, pellax, deceptor & audax,
Furcifer, inceſtus, infrenis, litigioſus,
Peſtiferique mali augmentum, doli incrementum:
Non atramento, verum carbone notandus.
Et tanto ſcelere ante alios immanior omnes,
Quantus ad aſtrigerum tendit ſuſpectus Olympum.

Elogiorum carbones.

Huc illucque profugas contaminavit gentes earumque ſibi & ſuis vendicavit facultates. Galliæ poteſtatis invaſit dominium, Franciſcum uſurpavit ſibi regnum. Temeravit Sacerdotium, conculcavit Sanctuarium. Verbis factisque laceſſivit Francorum Regem, civitatibus cum ſuis triſte commorantem. Fremit circa muros præſidiorum, ceu lupus circa caulas ovium. Flocci pendit Francos, ſuis præſidiis metu receptos. Perſequitur cunctos, ceu leo cervos. Trucidat inventos, quos reperit ſepoſitos. Efficitur ſtrages, jugulantur cuſpide triſtes. Multatur Clerus crudeli morte punitus &c. Quisquis in illos arma ſumit, interimitur crudeliter. Cetera gens armis frigida ducitur captiva. Uxores a pluribus ſtupratæ ducuntur flebiliter advenæ. Omnis puellarum ſexus ab ipſis turpiter devirginatur. Cum juvenibus ſenes longe lateque trahuntur extorres. Quicquid eſt animalium redigunt in pretium. Creſcit rabies furioſa, multis malis augmentata. Quintini teſtis meritis

Haſtingi Aſtutia & ſuperbia.

ritis ſuper æthera noti incenditur delubrum Monaſticis rebus præbalteatum. Ceteræque omnes Eccleſiæ in finibus Vermandenſium locatæ, Agonothetæ Chriſti Dionyſii Monaſterium, Vulgano ſuperante eſt favillatum. Enno (al. Emmo) Noviomacenſis Epiſcopus cum ſuis Diaconibus IIII Kal. Maji, heu proh dolor! eſt peremptus. Omnisque gens deſolata ad naves ducta eſt captiva. Confeſſorum Chriſti Medardi & Eligii Baſilicæ ab ipſis nefariis ſunt perustæ. Sanctæ Genovefæ Virginis ſacræ Eccleſia Pariſiis (*ita ſæpenumero ſalutantur Pariſii ſeu Lutetia Pariſiorum apud Scriptores hoſce Normannorum etiam in caſibus obliquis*) locata ab ipſis nefandis eſt combuſta. Cæteræque Eccleſiæ extra munitionem locatæ, per totam Franciam diffuſæ, comburuntur pene univerſæ. Graſſante malo deſolatur Francia, penitus evacuata. Luget Liberi Cererisque inops, quibus fuerat olim locupletiſſima &c. Torpeſcit quieſcendo terra, labore boum non exercita &c. Navigio ipſas Daci petebant aquas, indeque exilientes populabantur finitimas terras. Nocte invadebant jacentium corpora, lethei ſoporis quiete ſepulta. Omnibus vaſtatis, quæ fuerunt ſibi viſa & non reperientes prælii usquam certamina in tota Francia, remearunt prædando omnia ad navium præſidia. Omnibus igitur accerſitis ſuper ſuo negotio quid agerent, conſulturis, omnium Alſtignus unus pro omnibus inquit nequiſſimus. Optatæ nobis crebreſcunt auræ, facilesque nobis viam ſpirant venti ſecundi. Si vobis non diſplicet, Romam eamus, eamque, ſicuti Franciam, noſtro dominatui ſubjugemus. Hoc conſilium complacuit omnibus, velisque lectis a prædatoribus, torquent proras Francicis a littoribus. Altis namque longe lateque fluctibus tactis, terrisque

Monaſt S. Dionyſii crematum.

Enno Epiſc. Noviom. occiſus.

S. Elegii Baſilica incenſa &c.

Eccleſiæ pene univerſæ combuſtæ.

Dani dormientes noctu opprimunt.

Alſtignus ſ. Haſtingus Romam ipſam occupandam proponit.

cis citraque littora ſibi vendicatis, Romam, Dominam gentium, volentes clam adipiſci, Lunxc (al. Lux) urbem, quæ Luna dicitur, navigio ſunt congreſſi &c. &c. (*Vide ſupr. Geſta & Veſt. Danor. in Ital. Et multis de expugnatione urbis Lunenſis interjectis, pergit Dudo*) Jam vertunt proras ad Francigenæ gentis regnum ducendas. Permeant mare Mediterraneum, revertentes ad Franciæ regnum &c. &c. Interea dum quaſi ſolitudo Francia deſerta haberetur, dumque veluti tonitrualis mugitus rugientia arcana, pavidi Northmannorum adventus formidarentur, Rexque Francorum, unde audaciæ paganorum hoſtiliter reſiſteret, non haberet, reperit conſilium valde ſibi ſuisque ſaluberrimum, ut cum Anſtigno nequiore nequiſſimo fœderaretur &c. Diriguntur Legati ad atrocem Anſtignum pacifici. Dehinc vectigali penſorum tributorum ſumma mitigatus & a Francigenis exacti muneris pondere ſenſim placatus, pacem, quæ poſtulabatur, non abdicat diutius, verum dat ultroneus. Inconvulſa igitur Præſulum pace firmata, ducitur ad Regem, pepigitque inextricabili fœdere Olimpiadis cum eo munera pacis. Qui Imperialibus competentiis, mutuaque voluntate viciſſim fœderati, concordes unanimiter ſunt effecti. Quievitque Francia multimoda antehac depopulatione afflicta &c. &c. *Hiſce omnino adjungendus Villelmus Gemmeticenſis Hiſtor. Normannor. in Collect. Quercet. p. 214. ſeqv.* quippe qui curioſa quædam cæteris omiſſa habet. Cap. IV. Hac igitur de cauſa Daci nuncupantur a ſuis Danai vel Dani. Northmanni autem dicuntur, quia lingua eorum Boreas North vocatur, homo vero Man: inde Northmanni, id eſt, homines boreales, per denominationem nuncupantur. Sed ſive hoc ſive illud extiterit, originem tamen

Dani expugnata Luna Ital. urbe in Gallias revertuntur.

Legatio Gallica ad Anſtignum ſ. Haſting. pacem redemptura.

Unde Dani dicuntur Northmanni.

men a Gothis noſcuntur ducere Dani. Qui tantis poſt hoc adoleverunt incrementis, ut dum repletæ eſſent hominibus inſulæ, quam plures ſancita a Regibus lege cogerentur de propriis ſedibus migrare. Quæ gens iccirco ſic multiplicabatur, quoniam nimio dedita luxui mulieribus jungebatur multis. Nam pater adultos filios cunctos a ſe pellebat, præter unum, quem heredem ſui juris relinquebat. Cap. V. Quæ denique lex per multorum tempora Regum inconvulſa manſit, quoadusque Lothrocus, Rex, patri in regno ſucceſſit. Is etiam Rex patrum legibus excitus, cum ingenti juvenum agmine ſorte cogente filium, nomine Bier, coſtæ ferreæ, a ſuo abdicat regno, cum ejus pœdagogo Haſtingo per omnia fraudulentiſſimo, ut peregrina regna petens, exteras ſibi armis adquireret ſedes. Qui ideo Coſta ferrea vocabatur, quia non ei clypeus objiceretur, ſed inermis in acie ſtans armorum vim quamcunque ſperneret illæſus: vehementiſſimis matris ejus venenis infectus. Haſtingus vero a patria cum ſuo adoleſcente exul proſcriptus, miſſa legatione milites de finitimis provinciis animo leves, bellique cupidos, ad hanc expeditionem invitans, innumerabilem pugnantium tyronum congregavit exercitum. Quid plura? fabricantur naves &c. omnique telorum apparatu accurate munitur exercitus. Inde vero ſtatuto die pelago impelluntur naves, ad eas propere feſtinant milites, elevantur vexilla, libant ventis carbaſa. Vehuntur lupi pernices ad lacerandas Dominicas oves, Deo ſuo Thur humanum ſanguinem libantes. Cap. VI. Cujus cruore libaminis unanimiter potati, vento flante ſecundo, Vermandenſem aggrediuntur portum, anno ab incarnatione Domini DCCCLI. (*NB. nota hic Chronologiæ diſcrepantia*) exilientesque e navibus, totum

Dani a Gothis oriundi.

Polygamia veteribus Danis perperam tribuitur.

Lex vetuſta apud Danos.

Rex Regnerus Lodbrock filium Biorn Jernſide cum pœdagogo Haſtingo & Juventute Danica in exteros mittit.

Unde Biorni cognomentum ferreæ coſtæ.

Dani cruore humano, quem Thoroni Deaſtro libaverant, hauſto expeditionem auſpicantur.

totum illico Vulcano tradunt Comitatum &c. &c. De hinc Sequanica ora aggrediuntur & apud Gemmeticum claſſica ſtatione obſidionem componunt. Qui locus jure Gemeticus vocatur, quia pro ſuis offenſis illuc gemunt, qui in flammis ultricibus gemituri non erunt. Quidam vero a Gemma illum vocatum arbitrantur &c. Cujus loci Monachi, ſive incolæ, Paganorum adventum comperientes, fuga lapſi quædam ſuarum rerum ſub terra occulentes, quædam ſecum aſportantes, Deo juvante, evaſerunt. Pagani locum vacuum reperientes, Monaſterium Sanctæ Mariæ ſanctique Petri & cuncta ædificia igne injecto adurunt, in ſolitudinem omnia redigentes &c. Cap. VII. Abhinc denique Sequanæ ſulcantes alveum, Rotomagum adeunt igneque comburunt, horrendum de Chriſtiano populo exercentes ludibrium. Enim vero Franciæ interiora petentes, prolixius omnem fere Neuſtriam, quæ a Genabienſi urbe per tranſverſum Lutetiam usque Pariſiorum pertingit, Normannica feritate invadunt. Irruptionibus namque creberrimis cuncta vaſtando circumeuntes, primo quidem pedites, eo quod equitandi peritia deeſſet: deinde equis vecti more noſtratum per omnia vagantur. Interea ſtationem navium ſuarum, ac ſi aſylum omnium periculorum, in inſula quadam Cœnobio Sancti Florentii ſuppoſita componentes, magalia inſtar exædificavere burgi, quo captivorum greges catenis aſtrictos aſſervarent, ipſique pro tempore corpora a labore reficerent, expeditioni illico ſervitura. Ex qua inopinatos diſcurſus agitantes, modo navibus, modo equis delati, totam circum circa delevere provinciam. Et primo quidem adventu urbem Nanneticam incendio cremavere. Dein Andegavenſem percurrentes regionem, ipſam quidem civi-

Gemmeticum obſident.

Monaſt. D. Virg. & S. Petri concremant.

Rothomagus combuſtus.

Neuſtria infeſtata.

Equitandi peritia Danis perperam negata.

Dani Nannet. Andegav. Pi-

civitatem concremant. Pictavorum vero caſtella atque vicos, omnemque patriam à mari uſque ad eandem Pictavenſem urbem populantur, vaſtant, cædibus replentes omnia. Sequenti namque tempore navigio Turonum adeunt civitatem, eamque de more ſtragibus opplentes, ad poſtremum ignibus tradunt, populata omni circumquaque regione. Haud longo poſt ſuperiora Ligeris amnis navibus expetentes, Aurelianis perveniunt, captamque urbem auro diſtrahunt: ſicque ad tempus recedentes, ſecundo adventu eandem combuſtione diſſipant. Quid denique ſolius Neuſtriæ clades memorando, ſtylum protraham? aut ſolæ quinque ſupra memoratæ urbes excidii damna ſenſere? Cap. VIII. Quid Lutetia Pariſiorum nobile caput, reſplendens quondam gloriâ, abundans opibus &c. quam non immeritò emporium dixero populorum? Nonne magis ambuſtos cineres, quam urbem nobilem, potis es cernere? Porro, quid Beluacus, quid Noviomagum & ipſe quondam Galliarum præſtantiſſimæ urbes? Num & ipſæ eorundem barbarorum irruptionibus atque hoſtili gladio concidere? Piget referre nobiliſſimorum Cœnobiorum, tam virorum quam feminarum Deo devote ſervientium excidia, ſtragesque non ignobilium plebium, captivitates matronarum, virginum ludibria ac cuncta, quæ victis victores inferre valent, infanda tormentorum genera. Quid Aquitanicæ gentis ingentem referam afflictionem &c. Etenim ipſa optimos quosque genitalis ſoli in ſeſe elidens, tunc patuit præda gentibus alienis. Ab ipſo quippe, ut ita loquar, Oceani litore verſus Orientem uſque Arvernum clariſſimam veteri tempore Aquitaniæ urbem, nullam libertatem retinere valuit regio, non oppidum aut vicus,

Ctav. Turon. concremant.

Idem fatum manebat Aurel.

Lutetia ipſa Pariſior. in cineres redacta.

Beluacus & vaſt.

Aquitan. miſere afflicta.

vicus, non denique civitas, quæ non ſtrage ferali conciderit horum Paganorum. Teſtatur id Pictavis fœcundiſſima urbs Aquitaniæ, hoc Sanctonum, hoc Engoliſma, hoc Petragoricum, hoc Lemovicas, hoc certe Aruernus, ipſamque Avaricum, caput regni Aquitanici. Cap. IX. His atque hujuscemodi calamitatum malis, ut prælibavimus, Galliis non absque piaculo quorumlibet per XXX fere annorum ſpatium lugubre detritis, Haſtingus Dominum ſuum ad altiora cupiens provehere, de Imperiali diademate cum agmine complicum cœpit attentius tractare. Poſtremo inito conſilio velivolum permeantes mare, Romam deliberant clandeſtina irruptione obtinere, ſed nimia exorta tempeſtate ad urbem Lunis devolvuntur &c. Cives tanta attoniti claſſe, civitatis repagula portis inducunt, propugnacula & jaculis muniunt, atque ſemet ipſos hortantur ad reſiſtendum. Quorum audaciam Haſtingus ut comperit, ratus hanc Romam fore, omni conatu cœpit attentare, quo pacto poſſit eam dolo invadere &c, &c. Cap. XI. Hujus itaque peracta urbis ſubverſione, comperientes Pagani, ſe Romam nullatenus cepiſſe, veriti ne ulterius quicquam proficerent (quippe cum Romanas aures fama volante eorum profana opera jam occupaſſent) inito conſilio de regreſſu diſponunt. Nam Bier totius excidii ſignifer, exercituumque Rex, dum nativum ſolum repeteret, naufragium paſſus, vix apud Anglos portum obtinuit, quam pluribus de ſuis navibus ſubmerſis. Indeque Friſiam repetens ibidem obiit mortem. Haſtingus vero, Karolum Francorum Regem adiens, pacem petiit, quam adipiſcens, urbem Carnotenſem ſtipendii munere ab ipſo accepit. Et ſic Francia à tumultuum fragoribus aliquamdiu reſpiravit.

Arvernus & Avaricum infeſtat.

Gallia XXX annos ita a Danis lacerata.

Haſtingus Principi Biorno diadema Imperiale procurare intendit.

Dani urbem Lunam pro Roma habent.

Biorno in Friſia moritur.

Haſtingus Carnotenſi urbe a Carolo Francor. Rege donatus.

De

De Rothomagenſi Anno 841. & Nannetica An. 843. a Dano vaſtatis urbibus ſequentia loca adducenda. Geſta Normannor. in Francia ab ann. Chriſti DCCCXXXVII. uſque ad ann. DCCCXCVI. Auctore incerto in Collect. Quercet. I. Anno Domini DCCCXLI. Northmanni, ab Oceano Euripo Rotumam irruentes, rapinis, ferro igneque bacchantes, Monachum populumque cædibus vel captivitate deleverunt & omnia templa & loca flumini Sequanæ adhærentia depopulati ſunt & multis acceptis pecuniis receſſerunt. Anno Domini DCCCXLIII. Northmanni urbem Namnetum aggreſſi, interfectis Epiſcopo & multis Clericorum atque laicorum, ſexusque promiſcui, deprædata civitate, inferioris Aquitaniæ partes adoriuntur. Ac poſtremum inſulam quandam ingreſſi, hiemare decreverunt. *Chronicon Monaſterii S. Sergii Andegavenſis Mſſ. in Collect. Quercetan. pag. 20.* Anno ab incarnatione Salvatoris DCCCXLIII. menſe Junio, Normannorum ferox natio, numeroſa claſſe advecti, Ligerim fluvium, qui inter novam Britanniam & ultimos Aquitaniæ fines in Occiduum mergitur Oceanum, ingrediuntur. Demum dato claſſibus Zephiro ad urbem Nanneticam, impiiſſimo Lamberto crebro exploratore præcognitam, celeri carbaſorum volatu, pariter remorum impulſu contendunt. Quam mox navibus egreſſi undique vallant, & ſine mora, nullo propugnatore capiunt, vaſtant, diripiunt. Alii quippe ſcalis murum ſubeunt, alii oppilatum olim aditum offendentes infringunt & penetrant. Porro civitatis Epiſcopus vocabulo Gvihardus, vir innocens & omni pietate repletus, Clerus omnis cum Monachis, qui ex vicino Cœnobio, cujus vocabulum eſt Antrum, quod antefati amnis ictifero gurgite undique

Urbes Rothom. & Nannet. a Danis vaſtat.

Gvihardus Ep. Nannet. trucidat.

cingitur, ad urbem copioſum Eccleſiæ theſaurum habentes confugerant. Cumque reliqua vulgi multitudine, quos vel metus hoſtis incluſerat, vel Præcurſoris, quæ inerat, Nativitas non ſolum ex vicinis regionibus & vicis, ſed etiam ex procul poſitis urbibus attraxerat, cernentes intra mœnia hoſtem, certatim cuncti ad Templum Apoſtolorum Petri & Pauli, quod in urbe nobilius & pulchrius erat, utpote ignari certaminis concurrerunt: obſeratisque oſtiis ædis, ſolum quod ſupererat cœlitus auxilium anxie flagitabant. At gentiles, effractis oſtiis, feneſtrisque propulſis. templum feraliter irrumpunt, imbellem pariter & inermem multitudinem gladio feriunt, tantaque crudelitate in Chriſti ſæviunt gregem, ut præter eos, quos ſuas captivandi ſive diſtrahendi gratia in naves tranſtulerunt, omnem multitudinem Sacerdotum Clericorum atque laicorum, cum prædicto Antiſtite, intra Eccleſiam gladio ſternerent. Monachorum vero quosdam extra, alios intra Eccleſiam, pleroſque autem ſuper ipſam Templi aram inſtar hoſtiæ trucidant: reliquos vero noctis crepuſculo ſecum abducunt, claſſique imponunt. Quis proh dolor! illius diei dolorem explicare, quis explicando à lacrymis valeat temperare? quando mortuarum matrum cruorem pro lacte ſuggentes pendebant ad ubera nati; quando ſanctorum ſangvine hoſtili mucrone fuſo templi pavimenta madent, altaria ſacra innocentium cruore oblita fluunt. Poſt hæc, eraſis omnibus opibus, cum gregibus captivorum utriusque ordinis & ætatis ad naves remeant: ad quorum poſtmodum redemptionem plurimum à cladis ſuperſtitibus collatum eſt. Quibus peractis, Cœnobium inſularum, de quibus ſupra meminimus, Natalitio Apoſtolorum Petri & Pauli ſcaphis adeunt, vaſtant,

Crudelitas Danorum.

Cœnob. Inſular. a Danis incenſ.

vaſtant, incendunt &c. *Ubi Quercetanus in marginalibus obſervat, hanc urbis Namnetica vaſtationem eandem eſſe, de qua Rhegino Abbas loquitur ad ann. 853 ut vel exinde pateat, quantum in Chronologia diſtent hi Normannica Hiſtoria ſcriptores, unde confuſio aliqua vix poſſit evitari. Verba Rheginonis in Chron. apud Quercetan. p. 7. ita habent.* Anno Dominicæ incarnationis DCCCLIII. Nortmanni Britannicum mare navigio gyrantes, oſtia Ligeris fluminis occupaverunt & repentina irruptione civitatem Nannetis invadunt, omniaque cædibus, incendiis ac rapinis depopulantes, Pontificem civitatis ipſo die Sabbatho ſancto Paſchæ, cum baptismum ex more celebraret in Baſilica interficiunt, Clerumque trucidant. Omnemque circumquaque regionem devaſtantes, primum Andegavenſem, deinde Turonicam occupant urbem. Ac velut immanis tempeſtas cuncta proſternit, ita cuncta conſumunt. Templum etiam præcellentiſſimi Pontificis Martini incendio cremaverunt. Tunc primum Nortmannorum claſſis, ut ajunt, Ligeris attigit littora.

§. 9. *Danorum in Galliis Rorico Duce geſta ad ann. 845. referuntur.* Geſta Normannor. in Francia ab anno Chriſti DCCCXXXVII. usque ad ann. DCCCXCVI. Auctore incerto *in Collect. Quercet. pag. 1. & 2.* Anno Domini DCCCXLV. Northmannorum Rex Roricus ſexcentas naves per Albim fluvium in Germaniam adverſus Lodovicum dirigit &c. Anno eodem Northmanni alveo Sequanæ remenſo maria repetunt, cuncta maris loca finitima diripiunt vaſtant atque incendiis concremant. Demum cum à quodam Monaſterio nomine Sithiu direpto, incenſoque, oneratis navibus repedarent, ita

Geſta Danor. in Galliis, Rorico Duce, rectius Erico.

Monaſt. Sithiu a Danis dirept.

P 2 divino

divino judicio vel tenebris cæcati, vel inſania ſunt perculſi, ut vix perpauci evaderent, qui Dei omnipotentis iram cæteris nunciarent. Unde commotus animo Rex eorum Orichus (*in marg. Roricus*) ad Ludovicum Regem legatos pacis gratia deſtinavit, captivitatem abſolvere, theſaurosque paratus pro viribus reſtituere. Anno Domini DCCCXLVI. Northmanni inferiorem Galliam, quam Brittones incolunt, adeuntes, ter cum eisdem bellantes ſuperant. *Quæ poſteriora vicinia temporis ad Rorici geſta forte referenda ſvadet, quod tamen incertum. Quo etiam pertinere videtur locus annal. Fuldenſ. apud Quercet. pag. 15.* Anno DCCCXLV. Normanni regnum Karli vaſtantes per Sequanam usque Pariſios navigio venerunt & tam ab ipſo quam incolis terræ accepta pecunia copioſa, cum pace diſceſſerunt. *Rorici bujus ad ann. DCCCXLV ex Aimonio quoque meminit Pontanus. Libr. IV. pag. 100.* Funeſtiſſima inter fratres (ſc. filios Ludovici Imperatoris ob regnorum diviſionem) concitata ſunt bella, iisque factum, ut enervato atque in partes ſciſſo imperio, veluti claſſico, ſit excitus Aquilonis populus, nec ut ante clandeſtinis irruptionibus, ſed juſtis copiis claſſibusque regium in modum armatis vere formidabilem ſe faceret. Accedebat præterea, quod notat ævi iſtius ſynchronus, Nithardus, Lotharium tam efſero in fratres Ludovicum & Carolum fuiſſe animo, ut ipſos paganos interque eos Normannorum præcipue gentem ſuas in partes pellectam traductamque ad utriusque regnorum confinia infeſtanda ſollicitarit, propoſita eisdem publica non tantum exercendi paganismi libertate, ſed & Chriſtianos quoſcunque ſub Ludovici vel Caroli imperio agentes diſpoliandi ad libitum immunitate. Itaque terra marique in rem

Legatio Normann. ad Ludov.

Normanni a Lothario in Germ. & Gall. evocantur.

rem ſuam intenti occaſioni nuſpiam deerant, direpto Cantvici municipio atque inibi tranſmiſſo pelago etiam Hamuicum una cum Northumvico eadem expeditione deprædati, ut memorat iterum Nithardus, omiſſa tamen regionis, in qua hæc ſita, nomenclatione. Sed levior hæc clades illa, quæ vix biennio poſt, Aimonio teſtante, ad annum DCCCXLV. Caroli Regis opes miſerrimis modis afflixit. Regenarius enim, Rorici Danorum Regis auſpiciis, majore animo ac vi ad littora vicina claſſem applicans modo Friſiam, modo Flandriam atque ultimo Gallias armis infeſtas habuit. Ad oſtia Sequanæ delatus, primo Pariſiorum civitatem incurſavit, mox D. Germani monaſterium depopulatus, ad Melodunum, Senonum oppidum, igne & flammis devaſtandum ſe vertit, prius, quæ in urbis erat conſpectu, inſula ſuam in poteſtatem redacta. Tandem etiam prælio cum Regiis copiis inter Santonas & Burdigalam commiſſo, ſuperior diſceſſit, Sigvino Vaſconum præfecto inter pugnandum cæſo ipſoque Rege Calvo vix ægre per fugam dilapſo, tanta omnium conſternatione, ut ingentis pecuniæ ſumma in publicum collecta, Rex, gravioris belli metu, mercari ab eo pacem coactus fuerit. Addit miraculum Aimonius Raganarium ſcilicet, dum ſe ſuosque adverſus Calvum ſucceſſus & hanc præcipue St. Germani divaſtationem Regi Rorico jactaret diceretque, plus ibi mortuos quam vivos potuiſſe, quod ſolos ſibi divi Germani manes occurſantes habuiſſet, continuo collapſum atque inde poſt triduum expiraſſe: Ex commilitonibus quoque permultos, qui ſacrilegas ædi manus intuliſſent, dyſenteria extinctos. Hunc Regenarium, Aimonio dictum, Regem eſſe Regnerum Lotbrogum, parum ambigam, licet Saxo, qui eum quoque

Cantvicum, Hamuicum & Northumvicum a Norm. ſpoliantur.

Monaſt. St. Germ. depopulantur.

Item Melodunum, Sanctonas & Burdigalam.

Sigvinus a Norm. cæſus, Rege ipſo vix elapſo.

Carol. Calvus pacem a Danis mercatur.

Regenarius miraculo extinctus.

An Regenarius ille ſit Regnerus Lodbrog.

peregre fato ſuo functum ait, paulo aliter narret & ab Ella apud Hibernos truculentiſſima nece confe-ctum referat. Quis autem eidem Aimonio Roricus Rex ſit, cujus iſta auſpiciis Regenarius geſſerit, ex Saxone eodem aut actis domeſticis nuſpiam liquet. *Hæc Pontanus. Cum Sigvini à Normannis cæſi hic fiat mentio, ſuſpicor eo referenda eſſe, quæ habet Ademarus Monachus S. Eparchii Engoliſmenſis in Chronico Mſſ. apud Quercetan. p. 19. non indicato anno.*

Alio anno, *inquit*, Sigvinus Comes Burdegalenſis & Sanctonicenſis à Normannis captus & occiſus eſt: & Sanctonas à Normannis concremata eſt, theſauris ejus optimis exportatis. His temporibus Normanni diffuſi ſunt per Aquitaniam, quia Duces ejus inter ſe bellis decederant, nec erat, qui eis reſiſteret. Et concrematæ ſunt ab eis Herio inſula, & Monaſterium Deas, Burdegala, Sanctonas, Engoliſma, Lemovicas, Pariſius, Turonis, Beluacus, Noviomagum, Aurelianis, Pictavis & innumera Monaſteria & caſtella deſtructa. Ranulfus Comes Pictavenſis & Raino Comes Arbatilicenſis conſangvineus ejus cum Normannis in Briliaco villa dimicantes fugati ſunt. *De fatis Orichi ſeu Rorici loquitur Autor ille incertus apud Quercet. p. I. qui antea ad ann. 845 ipſius meminerat, ut ſuperius obſervavimus, poſtea ad ann. 853.* Anno Domini DCCCLIII. Northmanni menſe Julio, relicta Sequana, Ligerim adeuntes, Nannetum urbem & Monaſterium S. Florentii, ac vicina loca populantur. Deinde à Namnetibus ſuperiora petentes, VI. Idus Novembris urbem Turonicam adeunt atque incendunt, cum Eccleſia S. Martini & ceteris adjacentibus locis. Sed quia evidenti certitudine hoc præſcitum fuerat, corpus beati Martini ad Cormaricum Monaſterium ejus Eccle-

Loca complura a Danis concremata.

Fata Rorici.

Eccleſiæ, & inde ad civitatem Aurelianorum tranſportatum eſt. Eodem anno Northmanni inter ſe prælio dimicantes, adeo certatione obſtinatiſſima bacchati ſunt, ut Oricho Rege & ceteris cum eo interfectis Regibus, pene omnis nobilitas interierit. Tunc Ligere inſiſtentes, denuo civitatem Andegavorum incendio concremant, demum Burdegalam. *Occurrit quidem in Regum Daniæ catalogo quidam hujus nominis, Saxoni Röricus, Islandis Hrærecus cognomento Slaungvanbaugius aliis vernacule* Slyngebaand, *ſed ille multo antiquior. Verum Roricus & Orichus, ut promiſcue ſcribitur, erit Ericus Rex Daniæ, qui Sigvardo Angvioculo ſuccedebat, frater Haraldi Kladi, antea ab Imperatore Lothario Doreſtado ac Friſiæ clientelari jure præfectus, id quod nos edocent fata ipſius jam memorata & ex Annalibus Fuldenſibus clarius aptiusque inſuper memoranda, apud Quercetan. pag. 15. Anno DCCCLIIII* Normanni, qui continuis XX annis regni Francorum fines per loca navibus acceſſibilia cædibus & incendiis atque rapinis crudeliter vaſtabant, congregati de regionibus, per quas prædandi cupiditate diſperſi fuerant, in patriam ſuam reverſi ſunt. Ibique inter Horuc Regem Danorum & Gudvym (*in marg.* Al. Gudurm) filium fratris ejus, qui eatenus ab eo regno pulſus piratico more vixit, orta contentione, ita ſe mutua cæde mactaverunt, ut vulgus quidem promiſcuum innumerabile caderet, de ſtirpe vero Regia niſi unus puer, nullus remaneret, Domino ſanctorum ſuorum injurias ulciſcente & adverſariis digna. *Quibuscum conferatur Pontanus Libr. IV. p. 102. ſeq, ubi funeſtum iſtud Ericum inter & Guthormum proſequitur bellum, Gallicanas Danorum expeditiones ſub hoc Rege, quem tamen iſtis interfuiſſe ipſum non memo-*

Roricus & Orichus erit Ericus

memorat, minime prætergreſſus, quippe quos ex Alb. Stadenſi Anno DCCCLVIII. Lutetiam ipſam obſediſſe docet, Carolumque Calvum eo anguſtiarum compuliſſe, ut bonam regni partem obtinendam ipſis colendamque conceſſerit. Adeoque in Erico ſuo invenit Pontanus ipſum Roricum, quem ſuperius ſibi ignotum fatebatur, diſcrepantis ſcilicet chronologiæ glaucomate. Allegati autem annales Fuldenſes in proxime ſequentibus mire hallucinantur, cum poſt obitum ipſius ad ann. 854 relatum, anno demum 857. Doreſtadenſi Præfectura relicta, parte Regni Danici potitum tradant. Verba hæc ſunt: Anno DCCCLVII. Ruoruc Normannus, qui præerat Doreſtado cum conſenſu Domini ſui Lutharii Regis claſſem duxit in fines Danorum & conſentiente Horico Danorum Rege, partem Regni, quæ eſt inter mare & Egidoram cum ſociis ſuis poſſedit. *Ubi obſervandum, ex uno Erico ex Doreſtadenſi præfecto Daniæ Rege duos effinxiſſe Annales Fuldenſes, Horuc & Ruoruc. Per Horicum vero intelligi Ericum Sigvardi Angvioculi filiolum, cui tanquam minorenni, ſi Pontanum ſequimur, absque regni partitione, quam volunt Annales Fuldenſes, alter Ericus Doreſtado redux diadema præripuit.*

Annal. Fuldenſ. notati.

De Burdegala & Petrocorio ann. 848. Rotumo & Beluaco ann. 850 á Danis vaſtatis porro incertus ille Author, qui in Collectione Quercetana primas tenet p. 2. Anno Domini DCCCXLVIII. Northmanni Burdegalam Aquitaniæ Judæis prodentibus captam, depopulatamque incendunt. Deinde Metullum vicum populantes, incendio tradunt. Eodem anno Northmanni Petrocorium Aquitaniæ civitatem populantes incendunt atque impune ad naves remeant. Anno Domini DCCL. Rotumum & usque ad Beluacum

Urbes Gallicæ a Danis vaſtæ.

cum pedeſtri gradu pervenerunt. Qua in cauſa cum redirent, intercepti à noſtris & aliqua ex parte profligati ſunt.

§. 10. *De Genaldo Dano apud Francos primum honorifice habito poſtea ob proditionis ſuſpicionem occiſo ita Annales Fuldenſes apud Quercetan. pag. 15.* Anno DCCCLII. Genaldus Normannus, qui ſuperioribus annis iram Domini ſui Horuc Danorum Regis (*Erici puta, de quo ſupra conf. Pontan. Libr. IV. pag. 102.*) fugiens, ad Regem Hludovicum ſe contulit; ab eo benigne ſuſceptus, baptizatus, ac fidei ſacramentis imbutus eſt: cum per plures annos honorifice inter Francos haberetur, tandem Principibus Borealium partium & cuſtodibus Danici limitis, quaſi lubricæ fidei & molimine proditionis cœpit eſſe ſuſpectus. Unde & ab eis occiſus eſt.

Perſonalia Genaldi Dani apud Francos.

Normannicam ad urbem Pictavorum cladem anni 855. ita ediſſerit incertus Autor apud Quercetan. pag. 2. Anno Domini DCCCLV. Northmanni Ligerim ingreſſi, relictis navibus, pedeſtri itinere urbem Pictavorum adire moliuntur. Sed occurrentibus Aquitanis adeo afflicti ſunt, ut ultra CCC pauci evaſerint. Anno eodem XIV. Kal. Maji Northmanni civitatem Aurelianis adeunt, prædantur & impune revertuntur: & mediante Auguſto Sequanam ingrediuntur & vaſtatis direptisque ex utraque parte fluminis civitatibus atque villis, locum, qui dicitur Foſſa Gniraldi, Sequanæ congruum ſtationique munitum deligunt, ubi hiemem quieti tranſigunt.

Strages Normannor.

Idem de ipſo Galliarum capite Lutetia à Normannis incenſa. Anno Domini DCCCLVII. V. Kal. Ja-

Lutetia Pariſior. capta & incenſa a Normannis.

nuarii Northmanni Luthеciam Pariſiorum invadunt, atque incendio tradunt, baſilicam S. Petri & S. Genovefæ incendunt & Eccleſiam St. Vicentii & S. Germani, præterque Eccleſiam S. Dionyſii pro quibus tantummodo ne incenderentur, multa ſolidorum ſumma ſoluta eſt. Ludoicum Abbatem S. Dionyſii capiunt. Deinde Saxoniam aggrediuntur, ſed viriliter repelluntur.

De Normannis in Sequana à ſupervenientibus Gallis occiſis idem p. 2. & 3. Anno Domini DCCCLIX. Northmanni Scaldum fluvium tranſeuntes, loca populantur undique. At vulgus promiſcuum inter Sequanam & Ligerim inter ſe conjurans, adverſus eos in Sequana conſiſtentes fortiter reſtitit. Sed quia incaute ſumpta eſt eorum conſpiratio à potentioribus noſtris facile interficiuntur. Eo anno Northmanni inter Hiſpaniam & Africam navigantes, ingrediuntur Rodanum, depopulatisque civitatibus ac Monaſteriis in Inſula, quæ Camarias dicitur, venerunt. Anno etiam eodem Monaſterium S. Walerici & Samarobrivam Ambianorum civitatem, aliaque circumquaque loca rapinis & incendiis vaſtant &c. Anno Domini DCCCLX. Northmanni in Somma flumine conſiſtentes, receptis obſidibus ad Anglos-Saxones navigant; à quibus repulſi alias partes petunt. Illi vero, qui morabantur in Rodano, usque ad Valentinam civitatem vaſtando perveniunt. Qua deprædata, ad inſulam, in qua ſedes poſuerant, redeunt. Demum Italiam petunt, & Piſas civitatem aliasque capiunt ac devaſtant.

Samarobriva civitas vaſtata.

Item Valentina.

Lutet. Paris denio incenſa.

Lutetiam Pariſiorum rurſus à Normannis incendio fœdatam aliaque Duce Welando geſta ad ann. 861. idem commemorat Anonymus pag. 3. Anno Do-

Domini DCCCLXI. Northmanni Lutheciam Pariſiorum & Eccleſiam S. Vincentii Martyris & S. Germani incendio tradunt. Negociatores quoque per Sequanam navigio ſurſum fugientes inſequuntur & capiunt. Alii quoque Northmannorum Tarvanenſem pagum adeunt & vaſtant, de Anglia revertentes. Deinde cum Duce eorum Welando cum CC. navibus per Sequanam aſcendunt & caſtellum in inſula, quæ Oſcellus dicitur, obſident. Ad quorum obſidentium videlicet locarium, quinque milia libras argenti cum animalium atque annonæ ſumma non modica, de regno ſuo, ne deprædaretur, exigi Karolus præcepit.

Quam Normanni noſtri poſt quadriennium Monaſterio Floriacenſi item Aurelianenſi & Pictavenſi civitatibus intulere injuriam, in ſequentibus pandit, Anonymus noſter pag. 3. Anno Domini DCCCLXV. Northmanni reſidentes in Ligerim cum magno impetu, faciente divino judicio, usque ad Monaſterium S. Benedicti, quod Floriacus dicitur, navigant & incendunt illud: & in revertendo, Aurelianis civitatem & Eccleſias cremaverunt præter Eccleſiam S. Crucis, quam flamma, cum inibi multum laboratum à Northmannis fuerat, vorare non potuit. Sicque per amnis alveum deſcendentes & vicina quæque depopulantes ad ſtationem reverſi ſunt. Demum Pictavum civitatem incendunt & ad naves redeunt.

Aurelia concremata per eosdem.

Ut & Pictavum.

Pergit in ſequentibus Anonymus vectigal per Gallias indictum, ad immunitatem à Normannis redimendam. pag. 3. Anno Domini DCCCLXIX. Karolus cum Northmannis in IIII. milium libris argenti ad penſam (*in marg. penſum*) eorum paciſcitur & indicta per regnum ſuum collatione, ad idem

Danorum vexationes argento redimere ſtudent Galli.

exſolvendum tributum, de unoquoque manſo ingenuli exiguntur VI. denarii & de ſervili III. & de accolis unus & de duobus hoſpitibus unus denarius & decima de omnibus, quæ negociatores videbantur habere. Sed à Presbyteris, ſecundum quod unusquisque habeat, vectigal exigitur & herbanni de omnibus Francis accipiuntur. Inde de unoquoque manſo tam ingenuli quam & ſervili unus denarius ſumitur & demum per duas vices, juxta quod unusquisque regni Primorum de honoribus habuit, conjectum tam in argento quam in vino ad penſum, quod ipſis Northmannis pactum fuerat, perſolvendum contulit. Præterea quoque & mancipia à Northmannis prædata, quæ poſt pactum ab eis fugerant, aut reddita, aut ſecundum eorum placitum redempta fuerunt: & ſi aliquis de Northmannis occiſus fuit, quæſitum pretium pro eo eſt ſolutum.

Cinomannis civitas deprædata.

De Civitate Cinomannis deprædata & nonnullis Galliæ Comitibus partim occiſis partim vulneratis in ſequentibus ibidem hæc habentur. Anno eodem menſe Julio Northmanni mare intrant, & pars quædam ex ipſis Italiæ rediit. Northmanni vero commixti Brittonibus circiter CCCC. de Ligeri cum caballis egreſſi, Cinomannis civitatem adeunt. Qua deprædata in regreſſu ſuo usque ad locum, qui dicitur Brieſerta, veniunt, ubi Robertum & Ragnulfum, Godefridum quoque & Henricum Comites cum valida manu armatorum, ſi Deus cum eis eſſet, oſtendunt. Et conſerto prælio Robertus occiditur, Ragnulfus vulneratur, poſtea mortuus eſt. Deinde Henrico ſauciato & aliis quibusdam occiſis, cæteri quique ad ſua diſcedunt.

Comites Robertus & Ragnulfus cæſi.

§. II.

§. 11. *Circa hæc tempora Normannorum Rex Maurus à Turpione Gallo Turpioque ſimul à Mauro interficiuntur, extructis binis adverſus Normannos caſtellis, prout memorat Ademarus Monachus S. Eparchii Engoliſmenſis in geſtis Pontificum & Comitum Engoliſmenſium Mſſ. in Collect. Quercet. p. 19. non indicato anno:* Karolus Calvus congregato Concilio Aquitaniam per Comites diſpoſuit, Turpionem vero in Engolisma civitate miſit, propter infeſtationem Normannorum. Poſt autem paucos dies Turpio Comes Engolismæ ultra Xantonas cum Normannis congreſſus eſt & occidens eorum Regem nomine Maurum, ab eo ipſo occiditur: Currentibus enim caballis ambo in pectoribus ſibi lanceas configunt & vitam relinquunt. Wigrinus, multis præliis cum Normannis frequenter confligens, hac de cauſa ædificavit caſtellum Maſtacium & Marcilliacum in munitionem contra Paganos &c.

Cædes Mauri Normannorum Regis binaque adverſ. Norm. extructa caſtella Maſtacium & Marcilliacum.

Chronicon Turonenſe Mſſ. in Collect. Quercet. pag. 26. ad annum in marg. notatum 869. Anno Ludovici XIV. & Karoli XXIX. corpus S. Benedicti (*in marg. St. Mauri*) quod propter timorem Danorum in Burgundia fuerat a Grandifolio (*in marg. Glannafolio*) deportatum, transfertur ad Foſſatenſe Monaſterium.

Corpus Sancti Mauri ob metum Danor. a Grandifolio ad Foſſatenſe Monaſt. translatum.

Allegandus hic iterum venit Author ille incertus apud Quercetanum primus, qui pagg. 4. de ſexaginta Normannorum ſtrage ſequentia prodit: Anno Domini DCCCLXX Hugo Abbas & Gautfridus cum trans-ſequanis confligentes cum Northmannis in Ligerim reſidentibus LX. inibi interfecerunt, & capientes quendam apoſtatam Monachum, qui ſe Northmannis contulerat, & nimis Chriſtianis infeſtus erat, decollari

Sexaginta Normannorum in Ligeri ſtrages.

Monachus Apoſtata Normannis adhæret.

lari fecerunt. Tunc Northmanni multam ſummam argenti, frumenti quoque & vini & animalium, ab incolis terræ ipſius quæſierunt, ut cum eis pacem facerent.

Pax a Normann. empta. Victoria de Danis Monachos Floriacenſes perſequentibus, ope, ut fertur, St. Benedicti.

Ad hæc tempora referenda eſt, quam nominatus ille Hugo Abbas, ope, quod ferunt, S. Benedicti, de Danis Floriacenſes Monachos perſequentibus retulit victoriam, quam Adelerius Floriacenſis in Appendice ad Adrevaldum Floriacenſem de Miraculis S. Benedicti in Collect. Quercet. pag. 29. ita deſcribit. Nortmannica ſiquidem gens, quæ jam bis vagina ſuæ habitationis exempta, piraticam toties exercuerat: demum de morte patris ejus vires reſumendo, intra terminos Regni Franciæ libere paucis reſiſtentibus, cladem malignitatis ſuæ inferebat continue. Et primum partes agreſſa Neuſtriæ, cædibus & rapinis tota conaminis ſui perverſitate intenta, quæque prius deſiderabilia & vitæ humanæ commoda videbantur, diripere & in ſuos nefarios uſus convertendo, ſatagebat redigere. Peregiſſetque inchoata, niſi Hugo nobiliſſimus Abbas ſtrenue rempublicam gubernans, cum armis, tum conſiliis ſuis & virtute, ejus barbaricos conatus reprimendo, maximam ex eis manum peremiſſet. Quod qualiter hujus per virtutem patris Benedicti potenter effecerit: paucis ſubjiciendum cenſemus. Igitur pertranſiens, ut diximus, nullo obſiſtente, plurimarum portus civitatum, Aurelianis devenit: indeque altius greſſum protendens, ad Monaſterium Floriacum, cladem inflictura, accedere contendit. Porro fama vulgante, iſtud jam pridem Fratres compererant: competensque eis viſum eſt, ut loco cederent & præſidio opportunitatis neceſſariæ ſe communirent. Proinde diverſorum vehiculorum plauſtris aptatis, quæque pre-

Neuſtria a Norm. primum infeſtata.

Monachi Floriaco cedunt.

preciosa in eis componentes, cum ſupellectili reliqua, ad prædium Matriniacenſe decernunt contendere: quatenus illic quoquo modo tuta ſua omnia poſſent eſſe. Aſt eadem perfida natio, Monaſterium deveniens, ſpeque ſua fruſtrata, nihil in eo, quod diripere præter parietes valeret, reperiens, tandem plauſtrorum recentibus veſtigiis perſpectis, eo tendendum deliberat, quo fratres iiſſe ſuſpecto animo æſtimabant: ut melioribus eorum direptis, rediret patrata victoria. Prævenitque ipſorum nequam conſilium omnipotentia miſericordis Dei &c. Nam tum prædictus venerabilis vir Hugo, à partibus Burgundiæ ob ſuæ utilitatem neceſſitatis, forte Dei conſilio vocatus ad hos fines contenderat. Propeque Monaſterium perveniens, relatu ſuorum addidicit, Fratres ab hoſtibus ſubſequi, ac ociſſime deprædari, niſi Dei liberarentur virtute mirabili. Denique hoc comperto, animum in diverſa protrahens, utpote militum parvus admodum inpræſentiarum aderat numerus &c. Tandem hortatu Girboldi, nobiliſſimi Autiſiodorenſium Comitis, animum congrediendi bellum aſſumpſit: aſſeverans, nulla unquam paſſiun diſcrimina fore, qui beati Benedicti Patris ſervitutis gratia, adverſantium agmini ſeſe immiſcuerit. Roboratis ergo hac exhortatione animis, confiſi meritis & auxilio excellentiſſimi Patris, haud procul à Monaſterio hoſtes proſequuntur à tergo conſertoque forti animoſitate gravi prælio, tanta depopulationis ſtrage in eos bacchati ſunt, ut ex tanta populi numeroſitate vix fuerit aliquis, qui belli eventum intimaret poſteris. Patrata itaque deſiderabili victoria, belli Dux ſuos interrogans, requiſivit, ſi forte quempiam reverendæ viſionis Monachum, inter denſitates hoſtium, ſibi viam pandentem,

Inſiſtentes Dani plauſtrorum veſtigiis Monachos perſequuntur.

Hugo Abbas cum Danis impari manu congreſſus ingenti illos ſtrage proſternit.

S. Benedictus, Hugonis Propugnator.

tem, proprio viſu contemplati eſſent. Quibus reſpondentibus ſe in illo prælio neminem Monachorum vidiſſe. Statim ille, Sanctus, inquiens, Benedictus, me per totum belli hujus certamen protegens, ſiniſtra manu equi mei habenas dirigendo, ac cuſtodiendo tenuit: dextra vero baculum manutenens, plurimos hoſtium proſternendo morti tradidit &c. Hactenus Adelerius. *Normannos iſtos ab Hugone Abbate triumphatos, Danos expreſſe nominat Aymonius Floriacenſis libr. 2. de Miraculis St. Benedicti apud Quercet. pag. 30.* Obſtitit primo eorum (Northmannorum) conatibus Rotbertus Andegavenſis Comes, Saxonici generis vir, cui per id locorum, à Rege ſumma rerum delegata fuerat: adnitentibus ſibi præeminentiſſimis Neuſtriæ viris, Rainulfo atque Lamberto, uti eloquentiſſimus autor Adrevaldus priori refert libro. Sed illis varia obeuntibus ſorte. Dani excurſionis ſuæ liberam nacti occaſionem, quæ & quanta civitatibus bina expeditione intulerint damna, vaſtationibus ſeu incendiis Monaſteriorum, ac reliquarum Eccleſiarum ſtudioſo lectori præcedentis operis textus patefaciet. *Et nonnullis interjectis.* Hujus (ſc. Hludovici Regis) in diebus efſera memoratorum natio Danorum, tertiam Neuſtraſiis inflictura cladem, advenit, intuliſſetque majorem ſuperioribus, ni Hugo, ut fertur, Roberti filius (*in marg. frater*) per Gallias Abbatis honore præditus, eorum compeſcuiſſet temerarios auſus. Denique quod parva manu innumeras hoſtium phalanges, adjutus manifeſto ſanctiſſimi Patris Benedicti auxilio ita fuderit, ut vix nuncius ſuperviveret, ex ſcriptis venerabilis viri Adelerii agnoſci facile eſt.

Dani humiliati.

Qua plaga humiliati Dani Gallias per aliquod ſpatium temporis quietas liquerunt.

Sub

Subjungere hic libet duo alia loca de eodem Monaſterio Floriacenſi, incertum quo præciſe tempore, à Danis infeſtato. Priorem, quæ mox enarretur, Monaſterii Floriacenſis invaſionem, anteceſſiſſe Benedictinam iſtam de Danis victoriam ab Adelerio commemoratam, exinde liquet, quod Adelerius ille Appendicem ſcripſerit ad Adrevaldum Floriacenſem de Miraculis St. Benedicti, cujus Adrevaldi de Floriacenſi Monaſterio a Northmannis exuſto ſic habent verba: Interea Northmanni, ut ſupra paucis prælibavimus, ſecunda irruptione Aurelianos aggreſſi, urbem ambuſtione concremant, parſque illorum duce Bareto, cum quadraginta navibus, Monaſterium St. Patris Benedicti expetunt, quod ab urbe Aurelianenſi decem & octo diſtat millibus. Illud denique vacuum habitatoribus reperientes, cunctis vero mortalium temporaneis refertum commodis, more ſibi familiari prædantur, diſſipant, ad poſtremum vero igni immiſſo adurunt. Aberat jam tunc corpus ſacratiſſimum Confeſſoris Chriſti Benedicti &c. Hæc Adrevaldus in Collect. Quercet. pag. 28. *An hacce Normannica Monaſterii Floriacenſis combuſtio eadem eſt, quam ſupra ex Anonymo ad ann. 865. enarravimus, noſtrum non eſt dicere. Diſcrepant nonnihil loca, ſiquidem hic dicantur Normanni poſt incendium Aurelianenſibus illatum, ibi vero ante crematam Aurelianenſem urbem, Monaſterium adorti, nulla illic Bareti Ducis mentione facta. Alter, quem promiſimus, locus novum S. Benedicti de Normannis, occiſo illorum Rege Rainoldo, exponit triumphum. Eſt vero talis apud Aymoinum Floriacenſem libro 2. de Miraculis S. Benedicti Cap. 10. & 11.* Prophetici itaque nos memores exiſtere oraculi, quo dicitur, ab Aquilone omne venire malum, ac ſi ſpecialiter in

Urbs Aurelianenſis incenſa.

Ab Aquilone omne malum

nos prolati, frequens cogit memoratorum infeſtatio Paganorum (*quos Danos in antecedentibus dixit*) qui é genuina ſua tellure, inſtar apum, ſuper noſtras ſæpiſſimè, ut præfati ſumus, provincias, examen effudere prædonum. Qui hac ultima, de qua ſermo eſt, expeditione, Rainaldo quodam Duce, noſtrarum reliquias ſpinarum, quantum in ipſis fuit, eradere procurarunt &c. &c. Eminentiſſimum illud Karoli Magni Principis palatium Caſſignol (*in Aquitan.*) gloria quondam & decus cunarum filii ejus jam præfati Hludovici Pii, quod ita Deo inimica gens ſubvertit, ut & inhabitabile redderet, & tamen quid aliquando fuerit manifeſtè appareat. Ideo loci ſitum eſt, quo torrens Quodrot Garonnam influit &c. Cap. II. Igitur innumeræ Nortmannorum phalanges, ſuper quas Rainaldus regnum obtinuerat; quam plurimis uſæ navibus, usque ad ſuperiora Ligeris percurſantes, cuncta devaſtant. Tandem ad Cœnobium ter beati Deoque dilecti Benedicti, quod Floriacum dicitur, Rainaldus cum ſuis attingens, vacuum habitatoribus, cunctisque neceſſariis offendit rebus, domibus duntaxat exceptis. Siquidem Monachi cum corpore ſemper nominandi Patris noſtri Benedicti, ad tutiora ſe contulerant loca, Lamberto tunc Abbate. &c. Perveniens ergo inibi Rex memoratus, & ex captivis reſciſcens, quorum hominum foret talis habitatio, Dormitorium Fratrum ſuæ metationis delegit ſedem, in quo varia, utpote Paganus, dum patraret flagitia, una noctium quieſcenti ei ſanctus adſtitit Benedictus, duobus comitatus Monachis: unus, ut ipſi Rainaldo videbatur, mediæ ætatis robore præditus, alteri puerilis inerat habitudo. Beatiſſimus vero Pater niveam capite canitiem præferens, baculum vero manu: Ita jacen-

Palatium R. Caſſignol. per Danos everſum.

Rainaldo per ſomnium apparet St. Benedictus.

centem alloquutus eſt adverſarium: Quid, inquiens, te, Rainalde, offendi, quod me meosque à propriis perturbas ſedibus? Sed mihi deinceps curæ erit, & te ab inceptis inhibere & famulis Chriſti, oſſibus quoque una meis, optatam quietem reformare. His dictis ligno, quod manu gerebat, incurvo caput jam expergefacti Regis contingens, prænunciavit terminum ejus vitæ in proximo affuturum, ſicque receſſit. Turbatus hac viſione Rainaldus, ſatellites magna ad auxiliandum ſibi voce inclamat. Quibus accurrentibus, & quid pateretur percunctantibus, quidam, inquit, Monachus, non alter, ut æſtimo, quam ille hujus tutor loci, ſenex Benedictus, baculo verticem tangens meum, mortem minitando, dolorem mihi ingeſſit ingentem. Jubet confeſtim, cunctos pervaſa domicilia deſerere, nativumque ſolum repetere, cum quibus ipſe profectus, ut patriam attigit, crebro debilitatus cruciatu, vita deſceſſit. Tantaque ſubito moriente eo, ventorum procella inhorruit, ut non ſolum culmina tectorum, verum etiam eminentium ſubrueret moles arborum. Captivorum vincula ſoluta, equi ſeu reliqua jumenta infra duodecim & eo amplius milliaria, à Rothomagenſi urbe ad paſtum deducta, diſruptis compedibus, in diverſa fugerunt. Corporis ejus tumulo pyramidem ſuperædificatam, validiſſimo accepimus terræ motu ſubverſam ac ejus cadaver tellurem à ſuo rejeciſſe ſinu, quod culeo cum lapidum mole inſutum, in Sequanam eſt demerſum, quandoquidem humo non poterat contineri tectum. Hoc interitu, memoria nefandi abolita fuiſſet hominis, ni vetuſtas Floriacenſium incolarum curioſa futurorum, marmoream ejus capitis fingere curaviſſet effigiem, quæ nunc in ultima parte parietis Eccleſiæ Sanctæ Dei genetricis Vestig. Danor.

Mariæ ac famuli ejus Benedicti, ſeptentrionem verſus, inſerta perſpicitur. &c. Adeo denique hæc ultio Northmannicam in poſterum perterrefecit temeritatem, ut, præ ceteris Galliæ Sanctis, beatiſſimum revereantur Patrem noſtrum Benedictum.

Monaſter. St. Eparchii a Normannis deſolatum.

Monaſterium S. Eparchii à Normannis anno 876. everſum memorat Ademarus Monachus St. Eparchii Engoliſmenſis in Chron. Mſſ. apud Quercetan. p. 19. Ludovicus Rex frater Lotharii obiit (*in marg. 876.*) & Karolus Calvus in Imperatorem elevatus eſt. Quo tempore graviſſime Normanni Aquitaniam affligebant. Monaſterium quoque beati Eparchii ab infeſtantibus Paganis deſolatum eſt, ita ut ibi nullus Monachorum habitaret; & hac de re Canonicalis habitus ibi reverteretur, qui nuper exierat.

Geſta Danor. adverſus Francos annis 880 & 881.

Bajorzunam in Gallia anno 880 à Normannis incenſam referunt Annales Fuldenſes apud Quercetanum pag. 16. Anno DCCCLXXX. Normanni in Gallia prædas & incendia exercent. Inter plurima loca & Monaſteria, quæ depopulati ſunt, etiam Bajorzuna, ubi pars maxima Friſionum habitabat, incendio concremaverunt. Et inde revertentes, Noviomagum vallo firmiſſimo & muris circumdantes, hiemandi ſibi locum in Palatio Regis paraverunt. *Chronicon Turonenſe Mſſ. apud Quercet. pagg. 26.* Anno Caroli Craſſi Imperatoris tertio (*in marg. 881.*) Normanni adjunctis ſibi Danis Franciam pervagantes, Ambianis, Atrebatis, Corbeiam, Cameracum Tarvennam fines Morinorum deſtruunt. Deinde Normanni Treverim incendunt & Metis Chriſtianos in bello vincunt, in quo Walo Metenſium Epiſcopus occiſus eſt.

Dani victi non devicti triumphare pergunt.

Autor ille incertus, qui in Collectione Quercetana primo loco occurrit pag. 4. Anno Domini

DCCC-

DCCCLXXXIII. menſe Octobrio Northmanni regnum Karlomanni atrociter devaſtantes & per Teraciam iter agentes, Hiſam tranſierunt, quos Karlomannus inſecutus in Auall. comprehendit, commiſſoque prælio victor extitit, cecideruntque Normanni circiter mille. Sed nil eos hæc pugna perdomuit, ſed ad naves converſi omne Regnum ferro & igne devaſtant. Eccleſiis & accolis terræ deletis Vermandis pervenerunt & Eccleſiam S. Quintini incenderunt & Eccleſ. S. Mariæ in Attrebatis civitate & Octobrio menſe Lacceturn cum equitibus & peditibus atque omni ſupellectili veniunt. Naves quoque per mare Sommam fluvium ingreſſæ, Regem cunctumque exercitum ejus fugere compulerunt, atque Hiſam fluvium tranſire fecerunt. Tunc Ambianis civitate ad hiemandum ſibi ſedem paraverunt. At Franci videntes Northmannorum res proſpere in omnibus accreſcere, quendam Danum Chriſtianum nomine mittunt ad eos, qui caute cum redemptione regeret. Ille vero Bellovagum venit & ita Ambianis perrexit, ad exercendum ſibi injunctum officium. Northmanni interim non ceſſant captivare atque interficere populum Chriſtianum atque eccleſias ſubruere, deſtructis mœniis & villis crematis. Per enim plateas jacebant cadavera clericorum & laicorum nobilium, ac mulierum, juvenum & lactentium &c. Interim Francorum Principes inito conſilio Danum Chriſtianum, Regique fidelem, nepotem Heoricidam ad Northmannos mittunt, ut tributum acciperent & de regno abirent. At Northmanni ad ultimum XII. milia pondera argenti impoſuerunt Regi & Francis in tributum, & datis obſidibus adinvicem aliquatenus cœperunt ſecuri eſſe.

Danus nomine Chriſtianus.

Daner. crudelitas.

Grave tributum Gallis impoſitum.

Nova obſidio Pariſienſis.

§. 12. *Pervenimus jam ad novam Pariſinæ urbis obſidionem ductu Sigefridi (qui & Sigebertus appellatur) Normannorum ſeu Danorum Regis vel potius emigrantium Anteſignani, licet Pontanus rerum in Dania potitum tradat* pag. 89. libr. IV. *Quam ad annum 886. refert Anonymus apud Quercetanum nobis ſæpius citatus. pag. 5.* Tunc Northmanni ſævire cœperunt (*ſcil. poſt mortem Karolomanni, qui, cum à proceribus Francis violata fidei arguerentur, falſe admodum reſponderunt, ſe cum Carolomanno Rege, non cum alio aliquo fœdus pepigiſſe, teſte Rheginone Abbate apud Quercetan. p. 11.*) incendiis & occiſionibus ſitientes, populumque Chriſtianum necant, Eccleſias captivant & ſubruunt. At Franci munitiones conſtruunt, ut illis navale iter interdicant. Caſtrum ſtatuunt ſuper Hiſam in loco, qui dicitur ad Pontem Iſaræ, quod Aletranno committunt ad cuſtodiendum. Northmanni vero menſe Novembrio Hiſam ingreſſi, prædictum caſtrum obſidione cingunt. Ii autem, qui in caſtro erant, pacem petunt, & vivos ſe abire poſtulant: & datis adinvicem obſidibus Aletrannus cum ſuis Beluagum petiit. Northmanni vero caſtrum incenderunt, diripientes inibi reperta. Hac Northmanni patrata victoria Pariſius (*ita legitur pro Pariſios*) adeunt, Turrimque aggreſſi valde impugnant. At Chriſtiani viriliter eam defendunt: & factum eſt prælium à mane usque ad veſperam noxque dirimit prælium; atque ita Northmanni ea nocte regreſſi ſunt ad naves ſuas. Sequenti die iterum Northmanni accurrunt ad ipſam Turrim, fitque gravis pugna usque ad ſolis occaſum. Sed Northmanni, multis ſuorum amiſſis, ad naves redeunt inibique caſtrum ſibi ſtatuunt adver-

verſus civitatem, eamque obſidione vallant. Deinde portam ipſius turris adeunt, ignemque ſupponunt & hi, qui infra erant, fracti vulneribus, incendio capiuntur atque in opprobrium Chriſtianorum diverſis interficiuntur modis atque in flumine præcipitantur, indeque ipſam Turrim deſtruunt. Poſt hæc non ceſſant oppugnare civitatem. Gauzlinus vero Epiſcopus dum populum ſibi commiſſum juvare vellet, cum Sigeberto Rege Northmannorum amicitiam firmavit, ut per hoc civitas ab obſidione liberaretur. Quo facto Epiſcopus diem clauſit extremum. Epiſcopo vero defuncto, Northmanni non ceſſant oppugnare civitatem. Quod ut Imperatori nunciatum eſſet, accepto conſilio venit Pariſius cum manu valida, ſed nihil utile geſſit: fecit enim conſilium nimis miſerum. Nam utrumque & civitatis redemptio Northmannis promiſſa eſt & data eſt, & via ſine impedimento attributa. Imperator autem, quo venerat, redire feſtinans, Sigefridus, Rex Northmannorum, Hiſam fluvium ingreſſus, terra & aqua iter faciens poſt eum cum ſuis, omnia ferro vaſtabat & igne. Quod cum Imperator cognoviſſet, feſtine rediit in terram ſuam. Poſt hæc Sigefridus famoſiſſimam Eccleſiam beati Medardi igne cremavit, & palatia Regia, interfectis & captivatis terræ accolis. Northmanni vero, qui per Sequanam aſcenderant à Pariſius (*pro Pariſiis*) cum omni exercitu & ſupellectili & navibus, Hionam fluvium ingreſſi Senonas civitatem obſederunt. Sed Ewardus ipſius civitatis Archiepiſcopus ſtatim cum eis de ereptione civitatis agere cœpit & obtinuit, quod voluit, anno Domini DCCCLXXXVI. Anno Domini DCCCLXXXVII. Sigefridus Rex Northmannorum verno finiente in Sequanam rediit, agens ſolita;

Turris Pariſiaca a Danis deſtructa.

Imperator Lutetiam venit, ſed re infecta diſcedit.

Eccleſ. St. Medardi & palatia Regia a Danis cremata.

Senonæ a Danis obſeſſæ.

Lutetia iterum a Sigefredo oppugnata.

ſolita: & circa Autumni tempora Friſiam petiit, ibique interfectus eſt. Northmanni vero Pariſius regreſſi propter tributum ab Imperatore promiſſum, receperunt illud. Poſt Maternam fluvium ingreſſi, Gauziaco (*in marg.* Caſiaco) ſibi caſtra ſtatuunt. &c. Tunc Northmanni omnia loca usque Moſam more ſolito, partemque Burgundiæ devaſtaverant & igne concremaverant, anno Domini DCCCLXXXVII. *Idem poſtea ad ann. 888.* Circa vero Autumni tempora Odo Rex congregato exercitu venit Pariſius, ibique caſtra metatus eſt prope civitatem, ne iterum obſederetur. Northmanni vero per Maternam in Sequanam regreſſi, indeque navigantes & iter per terram facientes Junam fluvium ingreſſi, circa ejus littora ſedem ſibi firmaverunt. Circa autumni tempora Pariſius regreſſi ſunt, contra quos Odo Rex venit, & nunciis intercurrentibus, munerati ab eo, reverſi à Pariſius, relicta Sequana per mare navale iter atque pedeſtre & equeſtre agentes, in territorio Conſtantiæ civitatis circa caſtrum S. Laudi ſedem ſibi faciunt, ipſumque caſtrum impugnare non ceſſant anno Domini DCCCLXXXIX. (*quod anno ſequenti, ut ibidem addit*, interfectis habitatoribus, funditus terræ coæquatum) *Rhegino Abbas Prumienſis in Chron. vide Collect. Quercet. pag. 2. ad ann.* 787. *refert.* Anno, *inquit*, Dominicæ incarnationis DCCCLXXXVII Nortmanni à Louen recedentes Sequanam ingrediuntur, Pariſiis applicantes caſtra ponunt & civitatem obſidione claudunt; contra quos Imperator Henricum Ducem cum exercitu vernale tempore dirigit, ſed minime prævaluit. Erant enim (ut ferunt) XXX & eo amplius adverſariorum millia, omnes pene robuſti bellatores. Denuo æſtivo tempore, antequam ſegetes in manipulos redigeren-

Mors Sigefredi

Tributum Danis ſolutum.

Burgundia a Danis devaſtata.

Dani muneribus a Lutetia oppugnanda avertuntur.

Caſtrum St. Laudi a Danis everſum.

Henricus Dux ab Imperatore contra Danos Lutetiæ obſeſſores miſſus.

gerentur, idem Henricus cum exercitibus utriusque regni Pariſios venit & circumſtantibus legionibus ipſe cum perpaucis propius accedens, munitionem circuit, ſitum loci contemplatur, aditumque perquirit, quo exercitui cum hoſtibus minus periculoſus pateret congreſſus. Porro Nortmanni audientes appropinquare exercitum, foderunt foveas latitudinis unius pedis & profunditatis trium in circuitu caſtrorum, easque quisquiliis & ſtipula operuerant, ſemitas tantum diſcurſui neceſſarias intactas reſervantes. Pauci igitur latrunculi, qui latitabant in concavis viarum itineribus, videntes Henricum appropinquantem, cito ſurgunt à locis, quibus delituerant, provocantque virum, telis & voce laceſſunt. Ille animi magnitudine indignitatem non ferens, ſuper eos irruit, & mox incertis ſoveis equus, cui inſidebat, impegit & cum ipſo in terram corruit: hoſtes ſumma cum feſtinatione advolantes, antequam a loco elevaretur, eum in terra confodiunt & aſpiciente univerſo exercitu, absque mora eum trucidant, arma auferunt & ſpolia ex parte diripiunt. Agminibus autem impetum facientibus, vix cadaver exanime eruitur, & a ſuis usque Sueſſionis deportatur, in Baſilica St. Medardi ſepelitur. Exercitus, amiſſo Duce ad propria revertitur. Eodem tempore Hugo Abbas magnæ pietatis vir &c. Aurelianis moritur &c. Ducatus, quem tenuerat & ſtrenue rexerat, Odoni filio Rudberti ab Imperatore traditur, qui ea tempeſtate Pariſiorum Comes erat, & cum Gozzlino ejusdem urbis Epiſcopo contra Normannorum aſſiduam impugnationem civitatem totis viribus tuebatur. His etiam diebus prædictus Gozzlinus Epiſcopus inter ipſas obſidionum preſſuras migravit à ſeculo. &c. Poſthæc Imperator Galliarum populos,

Plus quam XXX Danor. millia.

Stratagema Danor.

Dux Henricus a Danis trucidatus.

Exercitus Henrici recedit.

Odo Dux & Gozzelinus Epiſcopus Lutetiæ propugnatores.

perluſtrans, Pariſios cum immenſo exercitu venit, ibique adverſus hoſtes caſtra poſuit: ſed nihil dignum Imperatoria majeſtate geſſit. In eodem loco ad extremum, conceſſis terris & regionibus, quæ ultra Sequanam erant, Nortmannis ad deprædandum, eo quod incolæ illarum ſibi obtemperare nollent, receſſit. Hæc Rhegino. *Aſſer Menuenſis in vita Ailfredi Anglo-Saxonum Regis apud Quercetan. p. 22.* Anno Dominicæ incarnationis DCCCXXXVI. ſæpe memoratus paganorum Normannorum, ſive Danorum, exercitus regionem fugiens iterum in Occidentalium Francorum regionem venit, naves ſuas dirigens in flumen, quod Signe dicitur, ſurſum contra longe navigans Pariſiam civitatem adiit & ibi hiemavit, & caſtra metatus eſt. Intra quam partem fluminis prope ad pontem, ut tranſitum pontis civibus prohiberet, quia illa civitas in medio fluminis ſita eſt in inſula parva, obſedit illam civitatem anno illo integro. Sed Deo miſericorditer favente, & civibus viriliter ſe defendentibus, munitionem irrumpere non potuit. Anno Dominicæ incarnationis DCCCLXXXVII. ſupra memoratus Paganorum exercitus Pariſiam civitatem derelinquens incolumem, eo quod aliter proficere ſibimet non poterant, claſſem ſuam ſub illo ponte ſurſum contra Signe longe remigando, tam diu direxit, donec ad oſtium fluminis, quod Materre, (*in marg. Materna*) nominatur, perveniſſet: tunc Sigonam deſerentes in oſtium Materræ divertunt. Contra quod diu ac longe navigantes, demum non ſine labore uſque ad locum, qui dicitur Caziei, id eſt Villa Regia, pervenerunt: in quo loco hiemaverunt integro anno. Sequenti anno in oſtium fluminis, quod dicitur Yona, intraverunt, non ſine magno regionis dam-

Imperator Regiones ultra Sequanam Danis ſpoliandas concedit.

Normanni ſunt Dani.

Pariſii integro anno obſeſſi.

Dani in Caziei hiemantes.

damno, & illic remorati ſunt anno uno. *Extant de hac Lutetiæ per Normannos obſidione, vel ut ipſe inſcripſit, de bello Pariſiacæ Urbis, Abbonis libri duo, poëma heroico metro conſcriptum, quod in Collectione Quercetana obvium eſt à pag. 38 ad 48. unde nonnulla excerpere operæ pretium exiſtimamus, inprimis cum hi Pariſiorum obſeſſores ibidem plerumque Dani expreſſe ſalutati inveniantur. Libr. I. poſt prologum Pariſinæ urbis encomia continentem:*

Tempore, quo præſul Domini & dulciſſimus heros
Gozlinus temet (*) paſtorque benignus alebat &c. &c.
Hæc tibi nempe litaverunt libamina ſævi
Septies aërias centum præter juniores
Quam plures numero (**) naves numerante carentes, — Claſſis Danica quanta.
Extat eas moris vulgo Barcas nominare,
Queis adeo fartus Sequanæ gurges fuit altus &c.
Urbem quo tetigere quidem (***) Titane ſecundo,
Egregii Sigefredus adit paſtoris ad aulam, — Sigefredus nominetenus tantum Rex.
Solo Rex verbo, ſociis tamen imperitabat.
Vertice flexo ad pontificem ſic inchoat ore:
O Gozline, tibi gregibusque tuis miſerere,
Ne pereas, noſtris faveas dictis, rogitamus:
Indulge, ſiquidem tantum tranſire queamus, — Oratio Sigefredi Regis ad Gozlinum Epiſcop. Pariſ.
Hanc urbem, tangemus eam nunquam, ſed honores
Conſervare tuos conemur, Odonis & omnes &c.
Hæc contra Domini præſul fidiſſima jecit:
Urbs mandata fuit Karolo nobis *baſileo*,
Imperio cujus regitur totus prope *coſmus* &c.
Excidium per eam regnum non quod patiatur, — Urbis tranſitus ab Epiſcopo negatus.
Sed

(*) Urbem alloquitur Poëta.
(**) in marg. Glo. dacones.
(***) In marg. die.

Sed quod ſalvetur per eam ſedeatque ſerenum:
Ut nobis, ſi forte tibi commiſſa fuiſſent
Mœnia, quodque peregiſſes juſtum tibi narras,
Quid fore ſancires? Sigemfredus, Caput, inſit,
Enſis honore meum, canibus demum quoque dignum:
Toxica, nî tamen his precibus cedas, tibi tela
Minæ Sigefredi.
Noſtra miniſtrabunt caſtella die veniente
Decedente famis peſtem hoc peragentque quotannis.
Hæc ait, atque dehinc abiit ſociosque coëgit.
Sic caput Aurora rapuit perdente duellum,
Dani Turrim Pariſiac. aggreſſi.
Nempe ruunt omnes ratibus, turri properantes,
Quam feriunt fundis acriter complentque ſagittis.
Urbs reſonat, cives trepidant, pontesque vacillant.
Pariſienſes attoniti.
Concurrunt omnes, turrique juvamen adaugent.
Hic Comites Odo, fraterque ſuus radiabant
Robertus &c.
Epiſcopus vulneratus.
Hic modicum Præſul jaculo palpatus acuto &c.
Hic vitæ multis extrema dedere, ſed acres
Pluribus infigunt plagas, tandemque recedunt,
Dani non ſine ſuorum ſtrage repulſi.
Exanimes Danos ſecum multos referentes &c. &c.
Sol igitur Danique ſimul turrim reſalutant,
Prælia devotis jaciunt immania valde:
Pila volant hinc inde, caditque per aëra ſanguis,
Turris a Danis rurſus oppugnata.
Commiſcentur eis fundæ laceræque baliſtæ. &c.
Urbs pavitat, cives ſtrepidant & claſſica clamant.
Absque mora tremulæ cunctos ſuccurrere turri &c.
— Odo victor bellis invictus ab ullis,
Confortando fatigatis vires revocabat,
Luſtrabat jugiter ſpeculam perimens inimicos.
Qui vero cupiunt murum ſuccidere muſclis,
Dani ferventibus liquoribus ab Odone perſuſi.
Addit eis oleum ceramque picemque miniſtrans
Mixta ſimul liquefacta foco ferventia valde,

Quæ

Quæ Danis cervice comas uruntq; trahuntq; &c. &c.
Alter Ebolus huic ſocius fuit æquiparansque,
Septenos una potuit terebrare ſagitta &c.
Fortiter aſt allii ſpreta nece belligerabant.
Verum ſtilla quid eſt ſimplex ad caumata mille?
P (*) geminum fidos raro quamvis vegetabat,
(**) Mque truces poſthac chile ſeranta chile id extat.
Hice recenter eunt vicibus turrim: juge fœdi
Ingeminant bellum, clamor fremitusque fit altus &c.
Clibanus (***) ob humile quantum ſpeculæ ſinuatus
Sæva per ora (****) duit quamvis ignobile nomen.
Ima dehinc ardent ejus diſcindere ſciſci.
En immane foramen, hians, majus quoque dictu.
&c. &c. &c.
Signifer en geminus concurrit ab urbe benigna
Lancea bina gerens ſpeculam conſcendit, amictum
Auribus immodica croceum formido Danorum;
Tunc centena quium (*****) pepulit cum ſanguine vitam
Centeno catapulta nimis de corpore pernix &c.
Peſtiferæ gentis miles percuſſus acerbo
Rotbertus felix jaculo ſpiravit ibidem. &c.
Erubuere tamen poſthac, veluti lupus audax
Nil rapiens prædæ, repetitque quidem nemus altum,
Subtilemque nimis ſecum retulere fugellam.
Tercentum exanimes flentes Charone (******) recéptos. &c. &c.

Ebolus ſeptem Danos una ſagitta confeciſſe jactatur.

Dani erant 40 millia.

Dani Turrim ſuperciliose appellant furnum.

Cædes Danor.

Rotbertus miles a Danis percuſſus.

300. Dan. proſtrat.

caſtra

(*) Ubi in marginal. P Græcum ſi fuerit geminatum, 200. ſignificat.
(**) M ſimiliter geminatum 40. ſignificat. Chile mille. Tot enim erant Nortmanni, id eſt 40 millia.
(***) In marg. Turrim vocabant furnum.
(****) dedit.
(*****) In marg. pro quorum.
(******) NB. pro Charonte.

— — — caſtra beatum
Germanum circa teretem componere vallis
Munimenta Danor.
Commixto lapidum cumulo glebiſque laborant.
Poſt montes & agros, ſaltus camposque patentes
Ac villas equites peragrant peditesque cruenti,
Infantes, pueros, juvenes, canamque ſenectam
Dani immaniter per Gallias graſſati.
Atque patres, natosque necant, nec non genitrices &c. &c.
Francia jam dominisque dolet, famulisque relicta,
Heroe gaudebat nullo, lachrymisque rigatur &c.
Vulneribus, prædis, necibus, flammis, laniatu
Proſternunt, ſpoliant, perimunt, urunt, populantur,
Dira cohors, funeſta phalanx, cœtusque ſeverus &c.
Terribiles inter acies tamen aſtitit acta
Pariſius ridens media imperterrita tale &c. &c.
Lutetia ſalva.
En proles Satanæ ſubito caſtris furibundi
Erumpunt trepidis nimium telis oneratæ:
Ad turrim properant — &c.
Enſibus arva tegunt, Sequanam clypeis & in urbem
Plumbea mille volant fuſa denſiſſime mala &c.
Arx nutat, cives trepidant, ingensque tubarum
Vox reſonat, cunctosque pavor cum turribus intrat &c.
Odonis adverſus Danos fortitudo.
— — — nobilior fuit Odo,
Qui totidem Danos perimit, quod ſpicula mittit. &c.
Hi bellant, iſti pugnant, reſonantibus armis
Prælia Nortmanni exacunt (*) crudelia ſane. &c. &c.
Reſpiciensque ſuas & quos fundaverat artus
Franci Danis viribus inferiores.
Omnipotens fabricas modicum Danis ſuperari
Exhibuit noſtris vires animosque valentes. &c. &c.
Pulchra parens ſalve Domini, Regina polorum &c.
Immunitas Lutetiæ D. Virgini adſcribitur.
Quæ ſævis manibus Danum gladioque minace
Solvere Lutetiæ plebem dignata fuiſti &c. &c. &c.

magno

(*) pro exacuunt.

— — — magno cum pondere noſtri
Tigna parant, quorum calibis dens ſumma peragrat,
Machina quo citius Danum quiſſet terebrari: &c.
Allidunt humiles ſcenas gentis truculentæ.
Sæpe quidem cerebrum cervice trahunt elegorum, Francorum machinæ bellicæ adverſus Danos.
Vah, multosque terunt Danos, plures quoque (*) peltas
Aſt infelices foveas ſupplere phalanges
Nequicquam tendunt, potuere replere nec ullam,
Nitebantur enim arietibus peſſundare turrim:
Quos quoniam nequeunt æquis deducere campis,
Corripiunt ternas rabidi Kimbas (**) ſatis altas
Frondivagis equidem ſylvis gravidare flagrantes, Dani turrim incendere conantur fruſtra-ta opera.
Poſtremum Vulcanus eis imponitur ardens.
Flammivomas oriens demittit eas pedetentim
(***) Anguinisque trahebantur ripas ſecus ipſæ
Ad pontem, ſeu conſpicuam comburrere turrim &c.
Regna poli fumus penetrat, nubesque peragrat.
Hinc tellus & ager lymphæ cœlique cremantur.
Urbs luget, ſpeculæque timent & mœnia deflent,
&c. &c.
At Deus omnipotens, omnis fabricæ reparator
Orbis, adeſt precibus ſancti (****) rogitatus & ipſe.
O Germane, venis humili ſuccurrere plebi,
Auxilio lapidumque ſalire ſtruem ſuper altam
Flammivomas pupes, pontem ne læderet ulla
Ipſe coëgiſti &c. &c.
Sub lucem revehunt crates ſua ad oppida furtim,
Arietes carcamuſas vulgo reſonatos
Dimiſere duos, pallos vetuit removere
Quos noſtri capiunt gaudenter depeculantes,
Rexque

(*) In marg. Glo. ſcuta &c.
(**) naves.
(***) In marg. Gl. Funibus.
(****) ſc. Germani.

Rex Sigemfredus cum exercitu ad tempus recedit.

Rexque Danos retulit Sigemfredus ſuper omnes,
Quem turris metuit proprios ſibi vellere ocellos.
Sicque, juvante Deo, durus Mavors requievit. &c.
Præterea conſcendit equos avibus ociores
Infortuna cohors repetens partes orientis
Francia, quas nondum populatas triſtis alebat &c.
&c. &c.

Turris iterum a Dano oppugnata.

Mane quidem ſurgente Dani ſurgunt ſimul acres
Atque rates ſubeunt, armis onerant clypeisque
Transque natant Sequanam, turrim cinguntque miſellam.
Multa dabant illi denſis certamina telis:
Urbs tremuit, lituique boant, lacrymisque rigantur
Mœnia, rusque gemit, totum pelagusque remugit,
Aëra circumeunt lapides & ſpicula mixtim,
Exclamant noſtri, clamantque Dani ſimul omnes,
Terra tremit, noſtri lugent, lætantur & illi.
Dumque volunt cives, nequeunt ſuccurrere turri
Atque viris bello deferre juvamen anhelis,
Quos valide numero bellantes ſub duodeno
Rumfea vel formido Danum non terruit unquam.

Duodecim turris defenſores.

Difficile eſt dictu bellum, ſed nomina ſubſunt
Ermenfredus, Eriueus, Erilandus, Odaucer,
Eruic, Arnoldus, Solius, Gosbertus, Uvido,
Ardradus, pariterque Eimardus, Gozſuinusque
Seque neci plures ſociarunt ex inimicis &c. &c. &c.

Erueus Rex neſcio quis a parte Francorum.

Mox reliquis ut viſus adeſt gentilibus Erueus
Rex (quoniam facie ſplendens formaque venuſtus
Creditur, atque ſui donis graſſante tuetur)
Protinus intuitu fuſo cernendo ſodales
Dilectos plecti, tanquam leo ſanguine viſo
Ipſe furit &c. (*) Pro-

Dani duodecim viros, qui in turri erant.

(*) ſc. ob duodenos iſtos turris defenſores, quos utpote attonitos, blanditiis ad ſe allexerant Dani, hoſtili gladio trucidatos. &c. &c.

Proſternunt dehinc ſpeculam, de morte dolentem
Cuſtodum. Cecidit telo quatiente Danorum
Signifer, hic artus miſit ſtatumque Charoni.
Nemo meis ſuper hoc dictis inſurgere bello
Decertet: ſiquidem nemo nil verius ullus
Expediet, quoniam propriis obtutibus hauſi &c.

ad ſe allectos trucidant turrimque evertunt.

Tum Sequanam ſaliunt, Ligerimque petunt patriamque,
Has inter medias peragrant prædam capientes &c.

Abbo autor hujus poematis ipſe adfuit.

Neuſtria nobilior cunctis regionibus orbis,
Ne pigeat capta turri producere quæſo
Quot vel quas hauſere Dani palmas tibi &c. &c.
Reſtitit oppida quæque capi ſuprema voluntas
Carnoteno innumeros conflictus applicuerunt
(*) Allofili: verum liquere cadavera mille
Hic quingenta ſimul, rubeo populante duello.
Una dies iſtum voluit ſic ludere ludum.

1500. Dan. ad Carnotum uno die cæſi.

Libro ſecundo, qui inſcribitur: Secundus Bellorum Pariſiacæ polis codicellus.

Saxonia vir Ainricus fortisque potensque
Venit in auxilium Gozlini Præſulis urbis &c.
— — Sub nocte igitur quadam penetravit
Caſtra Danum, multos & equos illic ſibi cepit.
Agmen Ainrico cedente nimis lanionum
Efficitur celſus nimium clamor fremitusque &c.
Immodicas voces flavere Dani morientes &c.
Sic & Ainricus poſtremum caſtra reliquit &c.

Henricus Dux Saxon. Danos in caſtris noctu opprimit.

Rege Sigemfredo ſimul aſt Odone loquente
Protenus a ſpecula currentes agmine multo,
Ducere forte truces ſecum conantur Odonem &c.
More ſuo functus bello verſus ſletit heros &c.
Conſpiciens Sigemfredus noſtros in agone

Dani Odonem inſidiis circumvenire fruſtra conati.

R Eſſe

(*) In marg. Gl. Nortmanni.

Eſſe feros, inquit, ſociis: Hanc linquite ſedem,
Hi non ſtare diu noſtrum manet, hinc ſed abire.
Ergo ſuas ut Ainricus ſeceſſit ad aulas,
Germani teretis contemnunt littora ſancti &c.
Circumeunt caſtris æquor, ſed & undique vallo
Clauditur en dominusque meus, quaſi carcere latro &c.
Denique Rex dictus (*) denas capiens argenti
Sex libras nitidi à nobis cauſa redeundi,
Normannis ſeſe cunctis comitantibus, optat
Mel dulcis fluvii limphis conferre marinis,
Qualiter osque freti, caudam Sequanæ rapit albam,
Æquoreumque caput pennis quatitur Sequaninis
Oſtentare: ſed his autem nolentibus, inſit:
Eia Dani muros urbis luſtrate potentes,
Pergama circumquaque viri veſtite valentes
Et ſcapulas arcu validisque onerate ſagittis,
Quisque ferat lapides, ſed & undique tela miniſtret,
Hoc etiam bellum conabor & ipſe videre.
Quo ſermone quieſcenti, ſurgunt ſimul omnes,
Inque ſulas penetrant urbis ſedes quibus extat.
Mœnia circumeunt trucibus gladiis onerati,
Digreſſisque foras noſtri circumdare turres
Occidunt Reges geminos pluresque aliorum,
Fallacesque fugam (**) diamant verique triumphum.
Amnis in auxilium nobis Sequanæ fuit altus,
Quos ſorbens penitus merſit, transmiſit Averno.
Sigemfredus ovans, ridens morientibus, inquit,
Nunc vallate viri pinnas, urbem capitote,
Menſurate metris ædes, quas hic habitetis.
Inde ſuis, abeamus, ait: tempus venit, ecce,
Quo gratum fuerit nobis iſtinc abiiſſe.

Sedecim argenti libræ Danor. Regi, ut abiret, ſolutæ.

Dani Lutetiam denuo adorti.

Bini Normannor. Reguli occiſi.

Sigemfredus Rex recedit.

Mox

(*) ſc. Siegemfredus.

(**) valde amant.

Mox hilaris Sequanam liquit pro munere ſumpto.
&c. &c. &c.
Luce dehinc quadam dum geſtabatur (*) & almi
Militibus propriis corpus per mœnia circum &c.
Cæditur (**) allofilo de portatoribus unus.
Nomine Gozbertus calclo (***), perſcuſſor in umbras
Tartareas fugit moriens, icto patiente
Nil ſuper hoc lapidis jactu, ſancto auxiliante &c. &c.
Poſt nullus procerum remanet, niſi Martius (****)
Abba,
Sæpe ſupra cujus memoratio ſcripta relucet.
Ipſe equites ex more Danum veſtire coëgit
Sex ſolos redeunte die quadam, ſuper arva
Transque volant illi Sequanam camposque peragrant
Et variis plenos armis ſævoque ſopore
Nortmannosque necant, totidem fuerant quot & ipſi.
Naſcitur hinc ſtrepitus caſtris! horum reſonante
Voce truces carpunt clypeos noſtrique carinam &c.
&c. &c.
Scuta tonant, dardique volant & corpora Danum
Conſulis arva tegunt, gladio regnante Adalælmi.
Non dimiſit eos, donec repedare coëgit
Ad fluvium, poſthac & ovans victorque reverſus.
En & Ainricus ſuperis crebro vocitatus
Obſidione volens illos vallare necatur.
Inque ſuos nitens Sequanam tranſire, Danorum
Rex Sinric geminis ratibus ſpretis, penetravit
Cum ſociis ternam quinquagenis, patiturque
Naufragium, medio fluvii fundum petiturus,
Quo fixit comitesque ſimul tentoria morti.

Danus qui S. Germani gerulum percuſſerat, miraculoſe extinctus.

Strategema. Equites more Danico veſtiti.

Cædes Danor.

Dux Henricus a Danis occiſus.

Naufragium Danorum Regis Sinrici.

(*) ſc. S. Germanus.
(**) Glo. a pagano.
(***) glo. lapide.
(****) ſc. Ebolus Abba.

Jactantia Sinrici non vana fuit.

Hic ſua caſtra prius Sequanæ contingere fundum
Quo ſurgens oritur, dixit, quam linquere regnum
Francorum, fecit, Domino tribuente, quod inquit.
&c. &c.
Denique cum medius Titane incenditur orbis &c.
Pergama letiferis ſtipantur ab hoſtibus urbis &c.
— — noſtri bellant, ſed fortius illi
Defecere fatigati bello quoque dextri,
Proh dolor, alta nimis flentes lamenta trahebant &c.
Hi triſtes animos urbem metuendo revelant
Hoſte capi, cœlo læti torquere cachinnos &c.
Voce rogant lachrymoſa omnes, Germane beate,
Auxiliare tuis, alioquin nunc moriemur &c.
Omnibus en Germanus adeſt recolendus in orbe
Corpore ſubſidioque ſimul, nil vota moratus,
Quo majora tenebantur certamina Martis,
Signiferosque Danum lucrari a morte coëgit,
Atque dehinc alios per plures (*) protenus urbe
Ponte ſimul pellens illos &c. &c.
Induperator adeſt Carolus comitatus opimo
Diverſi populi labio tentoria figens &c.
Annuiturque feris licitum Senones adeundi
Septies argenti libris cauſa redeundi
Martis menſe datis centum ſua ad impia regna.
&c. &c. &c.

Fruſtranea obſidio urbis Senonenſis.

§. 13. *De Senonis à Dano obſeſſis ita Rhegino Abbas in Chron. apud Quercetan. p. 12.* Anno Dominicæ incarnationis DCCCLXXXVIII. Nortmanni, qui Pariſiorum urbem obſidebant, miram & inauditam rem non ſolum noſtra ſed etiam ſuperiore ætate fecerunt. Nam cum civitatem inexpugnabilem eſſe

(*) Gl. longe ab.

eſſe perſenſiſſent, omni virtute omnique ingenio laborare cœperunt, quatenus, urbe poſt tergum relicta, claſſem cum omnibus copiis per Sequanam fluvium ingredientes, Burgundiæ fines absque obſtaculo penetrarent. Civibus autem omni inſtantia prohibentibus aſcenſum fluminis, naves per ſiccum plus quam duorum paſſuum millibus trahunt. Taliter declinato omni periculo, iterum eas Sequanæ fluentis immergunt. Poſt paululum Sequanam relinquentes, Hionnam, ut diſpoſuerant & ſub omni celeritate navigantes, Senonis applicuerunt, ibique caſtris poſitis, per continuos ſex menſes eandem urbem obſidione claudunt, totamque pene Burgundiam rapinis, cædibus ac incendiis demoliuntur. Sed civibus fortiter repugnantibus, Deo protegente, nequaquam præfatam civitatem capere potuerunt, quanquam omni laborum ſudore omniumque artium & machinamentorum ingenio id multipliciter pertentaſſent. Labor Herculeus.

Danos Senonis reverſos Lutetiam rurſus oppugnaſſe autor idem Rhegino ad ann. 889. Anno, *inquit*, Dominicæ incarnationis DCCCLXXXIX. Nortmanni a Senonica urbe recedentes, denuo Pariſios cum omnibus copiis devenerunt. Et cum illis decurſus fluminis a civibus omnino inhiberetur, rurſus caſtra ponunt, civitatem totis viribus inpugnant, ſed Deo opem ferente nihil prævalent. Transactis paucis diebus, iterum Sequanam cum claſſe aſcendunt, & Matronam fluvium ingredientes, Trecas civitatem incendio cremant, & usque Verdenſem ac Tullenſem urbes, cuncta circumquaque depopulantur. Obſidio Lutetiæ iterata.

Nec hiſce ſteterunt Danica adverſus Pariſienſem urbem molimina, pro more enim reverſi novam auſpicantur obſidionem, pergente in ſequentibus Rhegione: Pariſii denuo a Dan. obſeſſi.

 one:

one: Anno Dominicæ incarnationis DCCCXC Normanni a Matrona fluvio exeuntes Pariſios revertuntur. Et quia omnimodus deſcenſus fluminis per pontem prohibebatur, tertio caſtra locant, & iterato certamine prædictam urbem impugnant. Sed civibus (continuis enim operum & vigiliarum laboribus induruerant, & aſſiduis bellorum conflictibus exercitati erant) audaciter reluctantibus, Normanni, deſperatis rebus, naves per terram cum magno ſudore trahunt: & ſic alveum repetentes, Britanniæ finibus claſſem trajiciunt. Quoddam Caſtellum in Conſtantienſi territorio, quod ad Sanctum Lod dicebatur, obſident, & acceſſum ad fontem aquæ ex toto prohibentes, oppidanis ſiti areſcentibus, fit deditio, eo pacto, ut vita tantum conceſſa, cætera tollerent. Illis a munitione progreſſis, gens perfida fidem & promiſſa data prophanat, omneſque abſque reſpectu jugulat, inter quos Epiſcopum Conſtantienſis Eccleſiæ interimunt.

Monaſterium Stradenſe deletum.

De Monaſterio in Gallia Stradenſi a Normannis vexato, Daniſque à Burgundia Rege Radulfo ad internecionem deletis ita author Vita S. Genulfi Libr. II. in Collect. Quercet. p. 21. non indicato anno. Barbaries effera Normannorum, quæ interiora Oceani Britannici plagæ Septentrionalis incolere videbatur, navali manu innumera de ſuis electa, ingentis pelagi Galliæ victum occupat limbum. Igitur ab ipſis incipiens oris, ac deinde cuncta pervadendo ſeſe diffundens, occidentales Gallias & maxime Neuſtriam & Aquitaniam depopulari cœpit. Id ipſum vero multoties ſuperioribus annis adgreſſi fuerant Normanni &c. Quorum inſania per cuncta, qua viſus ante ſui faciem erat, feraliter incedens, obſiſtentes, ſi qui fuerant, interimere, victos captivare, bona cuncta

diri-

diripere, nulli mortalium parcere, divina & humana ſuis ludibriis promiſcua habere &c. ſatagebat. Cum vero jam per plurima Galliarum loca ſuæ crudelitatis exercuiſſent facinora, Biturigum etiam pagum violenter affligere cœperunt. &c. Advenientes autem hoſtes ad Stradenſe Cœnobium, & tam rebus quam habitatoribus vacuum reperientes locum (*Monachi quippe cum fortunis ſuis aufugerant*) quicquid reliquum fuit in ædibus flammis tradidere voracibus. Sed reliquis circumpoſitis ædibus igne conſumptis, ita totius Monaſterii fabrica, Domini Jeſu protegente virtute, reſtitit illæſa, ut in ea nullius aduſtionis veſtigium appareret. Quod cernentes hoſtes & virtutem divinam ſentientes, a loco receſſerunt, et ſuper vicini fluminis oram, Duces eorum circum ſe ſcrobibus actis, aliquibus temporibus conſederunt, donec ab eis, omnis circumquaque regio vaſtaretur. Itaque cum per ſeptem annorum luſtra, Neuſtriam & Aquitaniam devaſtando, Aruernum usque perveniſſent Normanni, Rex Burgundiæ Radulfus in auxilium evocatus ab Aquitanis, cum exercitu valido feſtinus occurrit eis, commiſſoque prælio cum eis in loco, qui dicitur AD DESTRICTIOS, Deo auxiliante Chriſtianis, pene usque ad internecionem deleti ſunt Pagani, & ab Aquitania fugati. Qui vero evadere potuerunt, in oris Galliæ ſuper Oceanum, in urbibus ſcilicet, quas ipſi primo impetu ſuo deſolaverant, eo pacto, permittente Francorum Rege, ut fierent Chriſtiani, reſederunt. Quæ loca propter inhabitantes nunc partim Normannia, partim Britannia dicuntur.

Ingens Danorum clades.

Incenſam ab Erico & Batheto Normannis Civitatem Turonenſem, absque mentione anni referunt ſic dicta Geſta Dominorum Ambazienzium incerto authore

Urbs Turon. ab Erico & Bierth vel Bi-ornone Danis incenſa.

re Mſſ. vide Coll. Qvercet. pagg. 25. Mortuo Odone Rege, qui X annis regnavit, in ſeptimo anno poſt ejus obitum, ab Erich & (*) Bathet Normannis civitas Turonis ſuccenſa eſt, Eccleſiaque beati Martini cum toto caſtro, atque cum XXVIII. Eccleſiis. Quo tempore Rollo Normannorum Dux Carnotum obſedit. Qui cum gentilis adhuc eſſet, viſa camiſia beatæ Mariæ, quam Carolus Calvus à Bizantio attulerat, a Carnoto fugatus eſt. Rollone effecto Chriſtiano, Carolus Stultus dedit ei Normanniam cum filia ſua Gilla, qui pedem Caroli Stulti noluit oſculare, niſi ad os ſuum levaret. *Sed de hac obſid. Rollon. & plur ibus infra.*

Eccleſ. 29. crematæ.

Geſta Danor. & Norv. in Gall. Duce Rollone.

§. 14. *Ducimur igitur hinc ad maxime illuſtrem fortiſſimi Rollonis, primi poſtea Normanniæ Ducis, expeditionem Gallicanam. De tempore adventus ejus in Galliam non convenit inter Scriptores, prout recte monet Cel. Thormodus Torfæus Chron. Norv. Part. 2. Cap. XXVI. p.* 44. Chronicon quidem Turonenſe, *inquit*, tradit, Rollonem elapſis poſt Haſtingi (Haddingum Crantzius nominat, Haſteinus forte dictus eſt) incendia tribus luſtris (refert autem Sanctum Qvintinum urbem Sveſſionis & S. Genofevæ Pariſienſem Eccleſiam, illo duce, anno DCCCLVI. crematas) id eſt anno DCCCLXXI. Sequanam, Garumnam, Ligerim navigio ingreſſum, in feſto S. Johannis Nannetum veniſſe & urbe peſſundata Gurvardum urbis Epiſcopum, miſſas celebrantem ad altare S. Ferreoli decollaſſe urbemque Andegavum devaſtaſſe, quod non convenit cum reliquis ſcriptoribus. Ad-

Incertum quo anno advenerit Rollo.

(*) in marg. Bierth forte Biorn, quod nomen apud ſcriptores Normann. quandoque exprimitur Bier vid. Vilhelm. Gemmet.

Adventum ejus in Galliam Dudo S. Quintini Decanus in annum DCCCLXXVI. vetus autem Chronicon incerti autoris, ſed quod Monachi Floriacenſis videtur p. m. 32. in annum Caroli Pii (forte Calvi) ultimum, forte DCCCLXXVI. referunt; incendia tamen & vaſtationes prædictas in Caroli Simplicis tempora, quem Phrygio Anno CM imperare cepiſſe putant. Vilhelmus Gemeticenſis Rolfum Gemetias anno LXXVI. veniſſe tradit, forte priusquam proſcriberetur (diu enim latrociniis aſſveverat, & cum tantis poſtea ſucceſſibus inclaruerit, imputatum forte ei eſt, quod vel alii geſſerunt, vel quibus ipſe, licet non Princeps, tamen interfuit. Polydorus Virgilius Anno DCCCLXXXVII in Angliam. Ubbo Emmius poſt annum XCVI. in Gallias veniſſe refert. &c. Bromton anno LXXV. Dunelmenſis in Normanniam LXXVI XV. Kal. Decembris, Rodolfus de Diceto DCCCXXXII. Crantzius DCCCXCVI. acceſſiſſe tradit. Iis accedo, qui poſt annum octogeſimum in Gallias delatum tradunt. Noſtris quoque monumentis repugnat, ad annum LXXVI. claſſem exercitumque eo traduxiſſe. Proximo anno ab initio Monarchiæ Haraldianæ ante eam certe in Gallias nunquam totius exercitus Dux commeavit, ut ille tradit, qui adventum ejus in annum DCCCLXXI. refert, nam tota Norvegia eum proſcribere nequivit (*ſc. Haraldus*) antequam ea potitus eſſet. &c.

Accedimus jam ad ipſa de Rollonis noſtri cognomento Pedeſtris in Gallia geſtis Autorum teſtimonia.

Chronicon Turonenſe Mſſ. in Collect. Quercet. p. 25.

Elapſis poſt Haſtingui incendia tribus luſtris, Rollo cum innumera Danorum multitudine Sequanam, Ligerim, Garumnam navigio ingreſſus, in feſto St. Johannis

hannis Nannetum venit, & urbe peſſundata, Garvardum urbis Epiſcopum Miſſas celebrantem ad altare St. Ferreoli decollavit, & poſt urbem Andegavum devaſtavit. Deinde Cenomannica urbe obſeſſa procuratores ſui exercitus Turonum delegavit, qui urbe deſtructa bona terræ diriperent & vinculatos loci incolas captivarent. Sed auxilio B. Martini tanta Cari & Ligeris excrevit inundantia, quod non potuerunt Dani ad urbem Turonicam pervenire. Quo viſo, Cœnobium Majoris-Monaſterii combuxerunt, & ibi CXXVI. Monachus occiderunt. Herbernum vero Abbatem extractum à latebris tormentis variis affecerunt, ab eo theſauros Eccleſiæ requirentes & Monachos in latebris latitantes. Sed pius paſtor nec theſauros Eccleſiæ prodidit, nec latitantes filios revelavit. Quo facto, Danis recedentibus, Canonici B. Martini, audito Majoris-Monaſterii infortunio, dolentes & flentes ad locum accedunt, & Herbernum Abbatem cum XXIV. Monachis ſuis, qui remanſerant, ad ſuam ſecum deducunt eccleſiam, eis in omnibus neceſſaria miniſtrantes. Auditoque, quod Cenomanni captâ, Rollo Turonis redire diſponeret, habito diligenti conſilio corpus beati Martini primo apud Floriacum, deinde Chableias & poſtea apud Autiſiodorum portaverunt &c. Rollo vero, Cenomanni deſtructa, & aliis Occidentis partibus devaſtatis, Secanam & Sagunnam ingreſſus, Clarum montem cum toto territorio devaſtavit, & poſt provinciam Senonenſem, & deinde veniens Floriacum, ibi LX. Monachos trucidavit. *Et poſt pauca.* Anno primo Caroli Craſſi (*in marg. 879*). Rollo & *infinita gens Danorum* per pelagus Sequanam ſunt ingreſſi, ſibi primo impetu Rothomagum vendicantes: deinde Pariſius fere per annum obſidentes,

Nannetum & Andegavum Rollo devaſtat.

Item Cenomanniam.

Item Clarummontem Floriacumque.

denſes; ſpe decepti in Normanniam revertuntur, Bajocas evertunt & poſtea Meldenſem urbem expugnantes, in Angliam tranſeunt &c. Anno Imperii Caroli ſeptimo (in marg. 885.) Rollone in Alemannia demorante & regiones finitimas devaſtante, Franciaque à Normannis ſecura, Turoni | Antiſſiodorum mittentes, ab Aunario Antiſſiodorenſi Epiſcopo corpus B. Martini requirunt &c. Anno Arnulphi Sexto (in marg. 893.) & Caroli Regis quarto, Rollo cum *Danis* Carnotum urbem obſedit. Sed viſa camiſia B. Mariæ, quam Wantelmus Epiſcopus Carnotenſis tenebat in manibus; verſus in fugam, Rothomagum eſt reverſus.

Bajocas evertunt & Meldenſem urbem expugnant Dani.

Rollo induſio D. Virginus fugatus.

Hactenus Chronicon Turonenſe. Incertus autor, qui Geſta Normannorum in Francia ab anno Chriſti DCCCXXXVII. usque ad ann. DCCCXCVI. memoriæ prodidit, in Collect. Quercetan. pag. 7. perperam Rodonem vocat. Anno Domini, inquit, DCCCXCV. Northmanni iterum cum Duce eorum, qui Rodo dictus eſt nomine, rurſus Sequanam ingreſſi, jam multiplicati, ante nativitatem Domini Hiſam intrantes, Cauciaco ſibi ſedem nullo reſiſtente firmaverunt, & in multitudine gravi regni Provincias ferro & igne devaſtantes, Aquitaniæ partibus inferuntur, atque Monaſteria, caſtris everſis, & interfectis habitatoribus, penitus deleverunt. Poſt hæc autem Rex Karolus Simplex cum exercitu parvo, *Northmannis* à præda revertentibus, in pago Withmau, aliquibus ſuorum interfectis, plurimosque vulnerans, inſecutus eſt. *Northmanni* vero timentes, more ſolito ad caſtra redierunt. Poſtea Karolus Simplex Rodoni Neuſtriam tradidit, quam *Northmanniam Northmanni* vocaverunt, eo quod de *Northwega* egreſſi eſſent. *Hac ille. Huc pertinet iſtud*

Chro-

Chronic. Befuenſis Monaſterii apud Quercetan. p. 43. Anno DCCCXCI. incarnati Verbi, XIII. Kal. Auguſti in Sabbato, cum obſiderent *Normanni* Carnotinam urbem, & jam eſſet penitus capienda, ſupervenientes Richardus & Robertus cum ſuis, Dei auxilio & beatæ Mariæ patrocinio roborati, fecerunt ſtragem maximam Paganorum, à paucis, qui remanſerunt, obſides capientes.

Strages Danor.

Vetus Chronicon incerti Auctoris, ſed qui Monachus Floriacenſis fuiſſe videtur MſſI. in Collect. Quercetan, pag. 32. Anno Karoli Pii ultimo, incarnationis vero Dominicæ DCCC - - - VI. gens *Danorum* per Oceanum pelagus Sequanam ingreſſa Regnum Francorum cœpit infeſtare. Præfuit illi profanæ genti Rollo Dux potentiſſimus, infidelitatis adhuc tenebris involutus: qui primo impetu ſui adventus ſtatim Rothomagum ſibi ſubjugavit. Deinde fere per unum annum Pariſiorum obſedit civitatem, ſed tamen illam capere non potuit. Interim tamen Bajocas evertit, & urbem Meldenſem expugnavit. Verum poſt annum unum, quo vaginam ſuæ habitationis egreſſus fuerat & omnem oram maritimam incendiis & rapinis contaminaverat, & ab Anglorum Rege invitatus inſulam illam expetiit, & per triennium ibi demoratus, eandem gentem ſibi firmo fœdere colligavit. Karoli denique, qui ſimplex dictus eſt, temporibus, idem Rollo Anglorum fretus auxilio, per Sequanam & Ligerim, perque Garumnam, tria quæ Oceano fluunt flumina, emergens tripertito exercitu, jam non more pyratico, ſed libere Franciam pervadendo cœpit infeſtare. Cooperuerunt itaque *Dani* ſuperficiem terræ, ſicut locuſtæ, nec erat quiquam hominum, eos facile prohibere. Igitur die natalis St. Baptiſtæ Joannis urbem

Cum Anglorum Rege fœdus init Rollo.

bem Nannaticam adorſi, concremant & Gurnardum Præſulem ſacra Miſſarum ſolennia peragentem ſuper aram Martyris Ferreoli, quæ eſt ad lævam Ædis beati Petri Apoſtoli matris Eccleſiæ ejusdem civitatis, obtruncant. Denique urbe ſuccenſa ac depopulata, quaſi tempeſtas valida cœperunt hac illacque diſcurrere, & omnia, per quæ vagabantur, proſternere. Et Andegavenſi urbe conflagrata, civitatem quoque Turonicam obſederunt: ſed tunc ab hoſtili pervaſione beatiſſimi Martini meritis meruit liberari, cujus corpus paulo ante introductum fuerat intra mœnia ipſius urbis. Ipſum tamen St. Martini Monaſterium, quod juxta urbem erat, concrematur, Clerici fugantur, Monachi diſperguntur & venerabile corpus S. Martini Autiſiodorum poſtmodum cum honore defertur. Hac etiam ſæviente procella, urbs Cenomannica devaſtatur & Cœnobium St. Virginis Scholaſticæ extra muros urbis ſitum exuſtum eſt. &c. Sed & in Aquitania Karoli Magni Imperatoris Palatium, quod Caſſinogilum vocatur, diſſipatum eſt & everſum. Quibus patratis Rollo, cujus ſæpe meminimus, conſcenſis navibus tandem per Sequanam & Sagunnam maxima flumina, tendens ad ſuperiora Burgundiæ & Aruernorum fines ſubintravit & usque ad Clarmontem Aruernorum civitatem totam regionem diverſis calamitatibus exinanivit & inde rediens per Provinciam Senonenſem in Floriacum venit. Verum ante biduum, quam illuc pergeret, ejus adventus ad notitiam Floriacenſium pervenit Monachorum. Qui ſtatim Aurelianis citiſſimi fugiendo pervenerunt, & intra ipſam urbem in Eccleſia St. Præſulis Aniani, S. Benedicti precioſum ac venerabile corpus depoſuerunt, donec ille malignantium impetus pertranſiret.

Nannetum incenſum ejusque Epiſcopus ad aram truncatus.

Andegavum conflagratur Turononum obſidet. ſed ope St. Martini denuo liberatur.

Cenomannia devaſtatur.

ſiret. Impius autem ille cœtus adveniens, ſexaginta ibi ſacri deſiderii Monachos reperit & quosdam cum eis Eccleſiæ ſervitores, quos mox gladio trucidavit: ipſumque Sancti Patris Benedicti Cœnobium prius devaſtatum effera rabie concremavit. Sed eadem nocte pius pater Benedictus in ſomnis apparuit cuidam Comiti, nomine Giſſilolfo, qui ejusdem Monaſterii erat Advocatus, & dixit ad eum: Eia Comes, quare te tanta timiditas ſive ignavia oppreſſit, ut meæ advocationis locum Floriacum ita dimitteres indefenſum, ut ſervi Domini ibi jaceant inhumati, à gentibus interfecti &c. Surge ergo quantocius & eſto vir fortis & belliger robuſtus & inſequere dorſa crudelium paganorum &c. Noli anxiari propter paucitatem militum &c. quia ego ero tecum, ut ambiam latera tua & immunis ab hoſtium telis, victor famoſus reverteris. His dictis, Comes evigilavit, ſecumque, quæ viderat & audierat prudenter pertractans, celeriter ſurgit & arreptis armis cum ſuis hoſtes inſequitur, tanti patris animatus ſponſione, maximoque impetu ſubito ſuper eos irruit. Hoſtes aggreſſus, captivos emancipavit, prædam excuſſit & victor lætabundus absque læſione aliqua eſt regreſſus. &c. Moxque prædictus Comes advocatus ante Regem affuit, remque per ordinem, ſicut egerat, illi retexuit: teſtem ſibi advocans Deum, quia in hora congreſſionis beatiſſimus Pater Benedictus Monachili habitu reveſtitus, caballum, cui inſidebat, conſcendit & in tota illa congreſſione, uti pius propugnator promiſerat, frenum tenuit & equum vexit, ſcutumque rotavit, & illum illæſum cum ſuis omnibus ab hoſtili acie reduxit. *Et poſt nonnulla:* Paucis denique evolutis diebus præfatus Rollo tyrannus diſpoſuit, obſidere Carnotum. Erat eodem tem-

St. Benedictus per noctem apparens comiti Giſilolfo, ad fortitudinem hortatur & auxilium promittit.

In prælio ſuis adſtat St. Benedictus.

tempore in eadem urbe ſacerdos venerandus, nomine Wantelmus. Qui audiens advenientium opinionem hoſtium perfidorum, orabat ſanctam Dei genitricem Mariam, ut illam ab imminenti periculo protegeret civitatem. Invitavit præterea Burgundionum Comitem Richardum, nec non & Pictavenſem Marcionem Eubalum, ut ſuo adventu miſeris civibus præſtarent auxilium. Quid plura? Cum perfidus Rollo prædictam civitatem jam crudeliter perurgeret, adveniens Comes Ricardus cum Francis & Burgundionibus, cœpit eos repente proterere & incautos huc illucque diffundere. Wandelmus etiam ſacerdotaliter infulatus bajulans reliquias Sanctæ Dei Genitricis, egreſſus patentibus portis, una cum fernatis militibus urgebat hoſtes attentius. Sicque Rollo ſanctæ Mariæ meritis iterum ſuperatus, Rothomagum eſt regreſſus. Verum tandem triceſimo & ſexto anno, quo Francorum regnum à memorata gente cœperat infeſtari, Rollo Dux ille potentiſſimus voluit eſſe Chriſtianus. Franco quippe Rothomagenſis Archiepiſcopus illum verbis ſalutaribus mitigavit & ad Chriſti Domini cultum ſagaciter invitavit. Et poſtquam permiſſu Divino multa Franciæ bona diripuit, vaſtavit, incendit, atque conſumpſit: factus eſt fideliſſimus Chriſti cultor, cujus ante fuerat crudeliſſimus perſecutor. Odo, cujus ante meminimus, Burgundiæ Dux, jam deceſſerat, ſed minor frater ejus ſupererat Rodbertus, patrem ſuum nomine referens. Cujus uſus conſilio Rex Karolus Rollonem per prædictum Pontificem ad colloquium invitavit, deſponſavitque illi filiam ſuam, nomine Guillam, concedens ei pariter terram, quæ nunc Normannica vocitatur, à fluvio Andellæ uſque ad Oceanum mare; eoque illum ſecedere compulit

Rollo ad Cornatum auxilio Mariæ ſuperatus.

Rollo ad colloqv. inviltatus fit gener Regis, baptizatur, & Normanniam tunc Neuſtriam in feudum accipit.

pulit & metas ei Arnam fluvium poſuit. Baptizatum denique Rollonem præfatus Rodbertus Burgundiæ Dux à ſacro latice levavit & imponens ei ſuum nomen, magnificis eum muneribus honoravit. Rex quoque adjecit donationi, quam prius Rolloni donaverat, totam Britanniam, ſicut jam dudum poſſederat, ut per hoc etiam beneficium efficeret illum ſibi fideliſſimum Vaſallum. Quibus peractis Rollo, qui & Robertus poſt paucos dies, longa militia fatigatus & ſenio prægravatus deceſſit; relinquens filium ſuum Guillelmum, cui cognomen fuit Longaſpata, ſibi ſucceſſorem. Triceſimo denique & ſexto anno, poſtquam Francorum regnum à memoratis paganis infeſtari cœpit, corpus beati Martini ab Autiſiodoro ad propria relatum eſt. &c. Sæpedictus etiam Karolus Rex Francorum pontem miræ firmitatis adverſus impetus *Danorum, quos nunc Normannos vocamus*, ſuper fluvium Sequanam fieri fecit: poſitis in utriſque capitibus caſtellis artificioſe fundatis, in quibus præſidia collocavit.

Normanni non Norvegi ſed Dani.

§. 15. *Dudo St. Quintini Decanus de Moribus & Actis Normannor. Libr. 2. in Collect. Quercetan. p. 75. poſt varia de patria & patre Rollonis, quæ alii loco reſervamus, Geſta ejus Gallicana ſic enarrat.* Anno igitur octingenteſimo ſeptuageſimo ſexto ab incarnatione Domini, nobilis Rollo conſultu fidelium ſuorum libravit vela ventis navigeris, fluminis Scaldi alveum deſerens, atque permenſo ponto, qua Sequana cæruleo gurgite, perſpicuiſque curſibus fluens &c. inundantis maris pelago ſe immittit, aggrediens navibus Gimeias venit, videnſque St. Petri Monaſterium monachilis habitationis domibus adornatum, ſanctumque reputans eſſe locum, morari illic

Alia ejuſdem expeditionis Normannicæ ſub Rollone enarratio

illic diſtulit, ſed ultra flumen ad Capellam St. Vedaſti naves applicuit, corpuſque cujuſdam virginis nomine Hameltrudis, quod ſecum aſportaverat, ſuper altare St. Vedaſti poſuit, huicque Capellæ ex nomine virginis nomen ſempiternum inhæſit. Diciturque ille locus ad S. Hameltrudem ab incolis. Audientes igitur pauperes homines inopesque mercatores Rotomo commorantes, illiusque regionis habitatores, copioſam multitudinem Normannorum adeſſe Gimegias, venerunt unanimes ad Franconem Epiſcopum Rothomagenſem, conſulturi, quid agerent. Franco vero ſtatim miſit ad Rollonem, ut daret ſibi pagoque manentibus ſecuritatem. Rollo vero comperiens, quod in urbe nec in finibus ejus moraretur niſi inerme vulgus, dedit Epiſcopo ſuæ fidei tenore ſecuritatem. Hincque greſſum profuturæ ſibi navigationis agitans, Rotomo venit, portæque, cui innexa eſt Eccleſia St. Martini, naves plurimo milite fœcundas adhæſit. Claſſe autem deſcendens celerique greſſu luſtrans urbem, vidit disjectas moles ejus, avulſaque templorum ſaxa, Eccleſias fundamento emotas, murosque hinc inde diſruptos, parvamque manum & inermem, cœpitque animo hærere, inque unione intuitu viſum defigere, reminiſcens viſionis, quam viderat ultra mare.

Rollo ad urbem Rothomagenſem appellit.

Apoſtropha.

O Dux Rollo potens, & præſtantiſſime Princeps,
Hæc urbs Principe te Chriſto donante vigebit,
Pace ſerenato regno ædificabitur, olim
Bello conſumptis Francis, populoque domato,
En mox Eccleſiæ, quo te gaudere videbas;
En lavacri quo te lepra purgarier, hic fons,
Ædificanda tuis hæc patria fonte novatis

Urbe dabis populis leges & fœdera in iſta,
Juraque diſtrictæ pariter formidine pœnæ &c. &c.

Inde ad naves reverſus, convocatis Principibus, quærit ſagaci mente conſilio ſuorum, quid ſibi ſit faciendum. Tunc ſui quaſi futurorum præſcii divinæque inſpirationis præſagio imbuti, dixerunt viva voce Rolloni: Hæc terra copia frugum omnium fœcunda, arboribus nemoroſa, fluminibus piſce repletis diſcriminata, venatu diverſarum ferarum ſufficienter copioſa, ſed armigeris militibus vacua. Nos hanc poteſtati noſtræ ſubjiciemus, hancque ſorti noſtræ vendicabimus. Finitimarum gentium oppida, vicos & caſtra atque urbes præliis adquiremus, ut requieſcere poſſint turmæ poſt terga noſtra repoſitæ. Forſan interpretatio tuæ viſionis vertetur in finibus iſtis. Rollo igitur ſuper reſponſis ſuorum lætus, à Rotomo divulſis navibus ſubvehitur ad Archas usque, quæ Asdans dicitur. Illico fama, quid rerum usquam agitur, conſcia, compita Franciæ aggreſſa, intimat adeſſe Normannos, Sequanæ alveo innumerabili multitudine coadunatos. Franci vero illorum adventu, veluti repentino tonitrus ſono, ſtupefacti, convocato Anſtigno (*Haſtingo*) pervaſore olim Franciæ, congregato immenſæ multitudinis exercitu, venerunt ſuper Othuræ fluminis decurſum. Tunc Ragnoldus Princeps totius Franciæ dixit Anſtigno incentori totius nequitiæ. Tu iſta gente procreatus da nobis conſilium ſuper his rebus. Anſtignus reſpondens Ragnoldo Comiti mox hæc intulit: Si ante triduum requiſiſſes à me conſilium, cogitatione deprehenſum darem tibi. Tantum mitte Legatos ad illos, quid dicant ſciſcitaturos. Tunc Ragnoldus: Perge celeriter precamur, cujus volun-

In Neuſtria Normannis omnia arrident.

Galli metu perculſi in conſilium vocant Haſtingum Danum contra novos advenas ipſius populares.

tatis

tatis ſit, inquiſiturus. Anſtignus reſpondit: Non ibo ſolus. Miſerunt autem duos milites cum eo, *Daciſca lingua* peritos. Qui venientes ſuper ripam fluminis, ſteterunt dicentes: Regiæ poteſtatis Comites mandant vobis, ut dicatis, qui eſtis & unde eſtis, vel quid quæritis. Ipſi vero reſponderunt: *Dani ſumus*, *Dacia* advecti huc. Franciam expugnare venimus. Illi autem: Quo nomine veſter Senior fungitur? Reſponderunt: Nullo, quia æqualis poteſtatis ſumus. Tunc Anſtignus ſcire volens, quid de ſe dicerent, dixit: Cujus fama huc advecti adveniſtis? Si unquam de quodam *Anſtigno veſtra patria nato*, huc cum plurimo milite adnavigato, aliquid audiſtis? Reſponderunt: Audivimus. Ille enim bono omine auſpicatus eſt, bonoque initio cœpit; ſed malum finem exitumque ſortitus eſt. Iterum Anſtignus: Vultis Karolo Franciæ Regi colla ſubmittere, ejusque ſervitio incumbere, atque ab eo quam plurima beneficia capere? Reſponderunt: Nunquam cuilibet ſubjugabimur, nec cujuſpiam ſervituti unquam adhærebimus, neque beneficia à quoquam excipiemus. Illud beneficium optimè complacuerit nobis. Tunc Francigenæ: Quid acturi eſtis? Hinc Dacigenæ: Quantocyus abſcedite, & amplius nolite ſtare, quia veſtris ambagibus (*NB. pro veſtras ambages*) non curamus, nec quid acturi ſumus, vobis indicabimus. Illi vero abeuntes, quod audierunt expeditè exercitui renuntiarunt. Ragnoldus vero vertens ad Anſtignum dixit: Quid vobis videtur? bellum ne initiabitur? Vos ex illorum gente eſtis, vos artem præliandi *more Dacorum* non ignoratis. Dicite, quid ſumus facturi. Tunc Anſtignus veneno feroci vulpinaque arte ſuffultus, exercitum affatur: Hæc gens juvenilis ætatis flore robuſtiſſima,

Legatio ad Danos.

Dania teſtibus ipſis Normannis Normannorum patria.

Dani milites dignitate pares.

Inaudita Danorum ſuperbia.

Conſilium Haſtingi.

armis edocta, præliaque quam plurima experta, ſi invadetur, magnum periculum nobis generabitur. Tunc quidam Franciſci agminis ſignifer nomine Rotlandus dixiſſe fertur: Quid huic (*pro hinc*) conſultis? Numquam lupo lupus, nec vulpis vulpe capietur. His verbis incitatus dixit Anſtignus: A modo à me bellum non blaſphemabitur. Interim Rollo & qui cum eo erant, fecerunt ſibi munimen, & obſtaculum in modum caſtri, munientes ſe per girum avulſæ terræ aggere, locoque portæ relinquentes ſpatium prolixæ amplitudinis, quod apparet ad tempus usque iſtius diei. Franci vero diluculo venerunt ad Eccleſiam St. Germani, ibique Miſſam audientes participantur corpore & ſangvine Chriſti. Ab hinc equitantes, in ripa fluminis naves, *Dacosque* in munimine avulſæ terræ videntes, amplum portæ aditum ſolum inveſerunt. *Daci* vero intrinſecus hinc & inde per planitiem caſtri accubitarunt, atque ſcutis ſe cooperuerunt. Rotlandus ſignifer Ragnoldi, cum acie, quam præibat exercituum, violenter per aditum miræ prolixitatis amplum ſuper eos inruit, & debellare eos cœpit. Daci vero exſurgentes Rotlandum in momento interemerunt & ejus ſequaces. Ragnoldus & Anſtignus, ceterique Comites illic cunctos mortuos conſiderantes, terga vertentes, fugam expetiverunt hilares. Extemplo Rollo, convocatis de hoſtili fugatione reverſis, dixit: Quid mali egimus contra Francos? cur nos adſalliorunt? quamobrem nos occidere maluerunt? Illorum eſt initium mali, culpa invadentes, obſtantis præſumtio occidere volentis, non defendentis. Quicquid mali contra illos hinc egerimus, offenſione ſuorum factorum perpetrabimus. Eia occupemus caſtra & oppida illorum. Reddamus talionem cumula-

Veſtigia Danorũ in munimento.

Stratagema Danor.

Galli Danos adorti fugantur.

ſimulatis nimium malis pro offenſis illorum. Hæc exhortante Duce Rollone, dimiſſo munimine avulſæ terræ, celeri curſu navigantes, præoccupaverunt Metlendis habitatores. Quam interfectis Principibus citò ſubvertunt, totamque provinciam devaſtarunt. Ragnoldus vero Comes congregato majore exercitu priore, iterum conatur eos invadere. Normanni autem ſe conglobantes ſtrictim accubitaverunt ſe, ut parviſſima putaretur ſumma eorum. Ilico Ragnoldus init bellum, ſuæ ſorti non profuturum. Daci vero per aciem Ragnoldi inconvulſe pergentes, proſternebant duris verberibus plures. Videns autem Ragnoldus ſuos deficere, cœpit celeri curſu fugere. Cui quidam piſcator Sequanæ attributus Rolloni, obviavit ei, teloque transverberatum occidit. Ragnoldidæ ſuum Seniorem videntes mortuum, fugam torquentes nimium, equos expetiverunt. Tunc Rollo perſequens illos, multos occidit, pluresque captos ad naves deduxit. Convocatisque fidelibus ſuis dixit: Age, nunc navigemus Pariſius, civesque, qui prælia fugerunt, requiramus. Igitur Normanni ripa Mellendis naves divellerunt, Pariſiosque circumdantes obſederunt, & prædam illius provinciæ ad obſidionem verterunt. Morante diu Rollono in Pariſius obſidione, deficiebat præda longinquis regionibus rapta. Ilico Nortmanni Bajogacenſem pagum expetunt, totamque prædam rapientes, civitatem oppugnare cœperunt. Cives autem, ne morerentur, hoſtiliter eis reſtiterunt, Bothonem præcipuum Northmannorum Comitem ceperunt. Northmanni de Bothone dolentes, miſerunt, qui dicerent ad Bajocacenſes: Si reddideritis nobis Bothonem, dabimus vobis unius anni ſecuritatem. Bajocacenſes conſilio ducti dixerunt adinvicem: Me-

Nova Danor. victoria.

Obſidio Pariſiens.

Botho comes Danicus capitur.

lius eſt nobis, ſpatio unius anni requieſcere, quam pro uno Comite totum præliis ducere. Data igitur ſecuritate, reddiderunt Bothonem aſperrimum militem. Tranſacto vero anno, circumſtante Pariſios obſidione, Rollo Bajocas petit, eamque violenter cepit totamque funditus ſubvertit, captivosque & prædam totius regionis ſibi vindicavit. Quin etiam quandam Poppam virginem, ſpecie decoram, ſuperbo ſangvine concretam, prævalentis Principis Berengarii filiam, ſecum lætus adduxit, eamque ſibi connubio aſcivit & ex ea filium, nomine Gvillelmum, genuit. Denique reſidens circum Pariſios, miſit Ebroicas exercitum, ut caperetur civitas & Epiſcopus. Qui veniens civitatem invaſit, populorumque plures & prædam cepit. Sed Epiſcopus, Sebar nomine, Deo annuente, evaſit. *Hinc in ſequentibus narrat Autor noſter, Anglos in Regem inſurgendi exinde occaſionem cepiſſe, quod autumarent, Rollonem in obſidione Pariſienſi occupatum amico ſuo Angliæ Regi ſuppetias ferre non poſſe, Regem vero Angliæ Alſtemum, id eſt Alfredum confeſtim ad Rollonem miſiſſe, ſubſidia efflagitatum faventemque ſibi adeo inveniſſe, ut, poſtquam Pariſienſibus rerum obtuliſſet optionem, aut urbem cedendi, aut obſides dandi; aut prælio ſe accingendi, habito cum poſtremum eligentibus integri diei acerrimo conflictu, urbem expugnatu difficilem intelligens, ſoluta tantiſper obſidione, cum exercitu in Angliam transfretaſſe & ſeditioſis ad obſequium Regis redactis, mox in Gallias revolaſſe, repetita, quam abruperat, Lutetiæ oppugnatione.* Extimplo Rollo amicabiliter Rege relicto, congregata inenarrabili multitudine juvenum, transfretato portu, Franciſcum advehitur regnum. Statim comites exercitus ſui dividens, alios

Bojacæ expugnatæ.

Rollo virginem ducit nomine Poppa ex qua filius Wilhelm. Poppa, illa etiam Danici generis fuit. vid. Pontan. Hiſt. Dan.

Obſidio Pariſiens. ſoluta.

alios alveo Sequanæ, alios Ligeris fluento, alios amne Gerundæ interjacentes Provincias prædaturos, celeri navigatione miſſit (*ita Dudo ibique loqui amat pro miſit*) Ipſe autem Pariſius iterum veniens, cœpit urbem oppugnare. Karolus autem Rex audiens, quod Rollo inopportunis bellis attritum ſubjugaſſet Regi & ſibi transmarinum regnum, conſilio Francorum rogat ad ſe venire Franconem Rotomagenſem Epiſcopum Rolloni jam attributum. Cœtu igitur Francorum congregato, ſuper tantis importunitatibus paganorum conſulturo, jamque aſcito Francone Epiſcopo, condolens de egeſtate regni ſui dixit: Regnum, cui præeſſe debeo, deſolatur &c. Obeſſe Rolloni nequeo, quotidie meis privor. Quapropter paternitatem ſanctitatis tuæ rogo & deprecor, ut adquiras nobis apud Rollonem ſequeſtram pacem trium menſium: & ſi forte his diebus Chriſtianum fieri ſe voluerit, maxima beneficia ei dabimus magniſque donis eum remunerabimus. Franco vero, his auditis, Rotomo reverſus, Rolloni Duci humillimis precibus dixit: Rex Francorum mandat, ut des illis pacem trium menſium, forſitan dabitur ſalubre conſilium inter te & illum. Rollo autem his auditis, conſilio ſuorum dedit Regi pactum trium menſium. &c. Audientes autem Burgundiones, Richardus ſcilicet, vel Ebalus Pictavenſis Comes, quod Franci imbelles armiſque frigidi, quaſi effeminati petiſſent ſecuritatem Rollonis, miſerunt ad Regem & ad Comites, dicentes: Terram, quam tenetis, cur ſinitis vaſtari à paganis &c. Suiſque finibus exterminatæ cur non reſiſtitis genti? Nos vobis, ſi volueritis, auxiliabimur &c. Franci vero his contumelioſis ermonibus exaſperati, finito termino ſecuritatis cœperunt rebellare paganis. Ilico Rollo putans

Et denuo inchoata.

Induciæ trium menſium Gallis petentibus Danis conceſſæ.

tans, ſe propter ſecuritatem, quam dedit, à Francis vilem æſtimatum, ferociter & crudeliter devaſtando Provincias, cœpit laniare & affligere atque delere populum. Sui autem in Burgundiam pergentes & terras usque Clarummontem undique ſecus devaſtantes, Senonis Provinciam invaſerunt, atque cuncta depopulantes ad Sanctum Benedictum contra Rollonem revenerunt. Videns autem Rollo Monaſterium St. Benedicti, illud contaminare noluit, nec prædari illam provinciam propter St. Benedictum permiſit. Stampas equidem adiens, totam terram adjacentem perdidit, quam plurimos captivavit. Inde ad Villemez veniens, finitimas terras prædavit, hincque Pariſius remeare acceleravit. Ruſtici vero videntes Francos robuſtiſſimos bellatores & Burgundiones aſperrimos pugnatores penitus adnihilatos, congregantes incomprehenſibilem numero multitudinem, deſveta arma nequicquam gerentem, conantur invadere Rollonem. Rollo autem reſpiciens vidit aërem pulverulentum, creberrimoque concurſu peditum denſius obnubilatum, convocatis Principibus ſuis dixit: Populus peditum neſcio an equitum nos ſequitur. Pedites noſtri celeriter viam petant, equites nobiſcum remaneant, ut videamus, cujus fortitudinis ſint, qui nos perdere volunt. Expectante autem Rollone cum equitibus, appropinquaverunt ruſtici, equites cum peditibus. Illico Rollo irruit ſuper villanos, crudelique nece illos usque ad internecionem proſtravit & contrivit eos, cædeque maxima peracta, repedavit ad ſuos. Poſtea vero Rollo nimio furoris æſtu inhians & flagrans ſuper ſuos inimicos, civitatem Carnotis hoſtiliter expetiit, atque Dunenſem Comitatum & Carnotenſem vaſtans, cum magno exercitu obſedit.

Dani irati crudeliter graſſantur.

St. Benedictum veneratur Rollo ejusdem monaſterio parcet.

Inſignis Danorum victoria.

Obſidio Carnotenſis.

Qui-

Quidam vero Epiſcopus Gwaltelmus urbi præerat religioſiſſimus. Is mœrens &c. miſit ad Burgundionum Ducem Richardum, & ad Pictavenſem Comitem Ebalum, ut ſubvenirent urbi &c. Miſit autem ad Francos hujus mœſtiferæ legationis nuntios. Qui celeriter Richardo Comiti adhærentes, invaſerunt Rollonem circa muros Carnotis prælantem. Rollo vero more ſolito conſtanter inruit ſuper eos, atque in primo apparatu belli ſuperavit fortiter dimicans illos. Franci vero & Burgundiones vires reſumentes, auſumque iterum capientes, invadunt Rollonem duriter illis obſtantem. Cæſis ergo Christianorum ac paganorum pluribus, ſtabat uterque in prælio exercitus, mutuans vitam alternis ictibus, cum ſubito Gwaltelmus Epiſcopus quaſi Miſſam celebraturus, infulatus bajulansque crucem atque tunicam Sacroſanctæ Mariæ Virginis in manibus, proſequente clero cum civibus, ferratisque aciebus conſtipatus, exiliens de civitate, paganorum terga telis verberat & mucronibus. Cernens autem ſe Rollo inter utrumque exercitum ſtare, ſeque non prævalere &c. tranſiens per medium illorum, cœpit ab eis declinare, ne præoccuparetur morte.

Victoria initio dubia, tandem cedit Gallis, vi veſtimenti St. Mariæ.

Apoſtropha.

Rollo potensque valensque aſperrimus armis,
Ne verecunderis, ſi jam fugitivus haberis.
Non te Franco fugat, te nec Burgundia cædit
Sed tunica alma Dei genitricis Virginis, atque
Relliquiæque ſimul, philateria cruxque veranda &c. &c.

Quædam acies paganorum evadens forte prælii periculum ad Seugas pervenit & montis excelſa ſubiit. &c. &c. Ebalus invadit Normannos in monte nimium exterritos. Ebalus autem aſcende-

bat montem cum ſuis, *Daci* vero reſiſtebant ei jaculis &c. Ebalidæ ſepes & parietes, quos *Daci* ad capiendam civitatem fecerunt, ad montem deportaverunt, *Daci* vero eosdem parietes & ſepes illis abſtulerunt & ſe ex illis circumdando munierunt &c. Ebalus igitur videns, quod non proficeret ei initum certamen, venit ad Richardum Ducem in campo prælii caſtra metantem. Tunc exercitus montem circumſepſit, ne poſſet ullus elabi. Videntes autem *Daci* ſe circumſeptos plebe, dixerunt ad invicem: Si expectetur forte dies futurus, omnes gladio interimemur. Friſonum quidam de gente natus, qui erat illis accreditus, dixit mortem timentibus: Dabo conſilium vobis profuturum. Intempeſtæ noctis ſilentio quidam noſtrorum de cacumine montis clam deſcendant, & forinſecus circa tentoria buccina clangant. Illi namque audito clangore tubarum, autumantes adeſſe Rollonem, noſtrum Ducem, formidoloſi, ſtupidique atque pavidi fugitabunt hac illacque diviſi. Nos vero de monte deſcendentes inruamus ſuper caſtra Principum duriterque debellando eos, tranſeamus per medium illorum & feſtinemus aggredi Seniorem noſtrum &c. &c. Idcirco obſcuræ noctis conticinio deſcenderunt quidam de monte & per tentoria clam tranſeuntes, ultraque venientes, cœperunt forinſecus tubis clangere terroremque repentinum eis incutere. Ceteri vero cum magno tumultu elabentes velociter de monte, invaſerunt Richardum tentoriis ſoporatum. Sicque ferociter præliantes & per medium exercitum transmeantes, viam, quam Rollo tenuit, citatis greſſibus liberati pergunt, atque ſuper Orthúram venientes, loco alto palude circumdato greſſum fatigati figunt. Exercitus vero nimium exterritus cœpit hac illacque

Dani fere oppreſſi per ſtratagema elabuntur.

laeque fluctuare, putans, Rollonem adeſſe. &c. Northmanni innumerabilia animalia, quæ ſecum adduxerant, ſtatim occiderunt atque tergora dimidia animalium diripientes & excoriantes ex cadaveribus ipſis caſtrum circa ſe fecerunt, ponenteſque unum ſuper alium, coria ſangvinolenta forinſecus avellerunt, ne equi ſtupidi equiteſque mirantes appropinquarent. Franci vero & Burgundiones proſecuti eos cum adeſſent, caſtellumque ex corporibus equorum, boum, aſinarum, caprarumque & bidentium conſeptum &c. vidiſſent, dixerunt ad invicem: Quis invadet iſtos? quis vult vitam perdere, accedat ad carneum caſtrum & mirabile. His dictis quique repedarunt ſua, Daci vero navium contubernia. Rollo autem videns milites ſuos, gratulanter dixit ad illos: O robuſtiſſimi armisque aſperrimi! quomodo prælia evaſiſtis? &c. Rollo vero ira exagitatus, furiis acerrimis bacchatus, cœpit totam terram vaſtare & delere &c. Illico omnis ſalus conclamatur fiduciaque vivendi non reperitur &c. Franci vero non valentes paganis reſiſtere totamque Franciam videntes ad nihilum venire, unanimiter ad Regem venerunt, atque dixerunt: Cur non auxiliaris regno &c. cur non pax conſilio adquiritur, quam nec bello nec ullo defenſionis obſtaculo adipiſci poſſumus? &c. Tunc Rex Karolus his dixit furibundus: Date mihi conſilium, quod regno & nobis ſit ſalubre & congruum. Tunc Franci: Dabimus, ſi nobis credideris, conſilium tibi & regno condignum &c. Detur terra a fluvio Andellæ usque ad mare, paganorum gentibus. Filiam quoque tuam Rolloni connubio junge. Et ex hoc potes multum contra gentes tibi obſtantes prævaleſcere, quia Rollo ſuperbo Regum Ducumque ſanguine natus, corpore pulcherrimus, armis fervidus,

Carneum caſtrum.

Dani in furorem verſi novo impetu per Galliam graſſantur crudeliſſime.

Elogia Rollonis.

conſilio providus, aſpectu decorus, contra ſuos manſvetus, cui promittit fidus amicus, cui adverſatur atrox inimicus, ſagaci mente vaſallus &c. eloquio honeſtus, virtute virili repletus, humilis converſationibus, rebusque forenſibus prudentiſſimus, in judicio juſtus, auro argentoque ditiſſimus &c. &c. Confeſtim Karolus his conſultus, miſit Franconem Archiepiſcopum Rothomagenſem ad Rollonem Ducem paganorum. Qui veniens ad eum blandis ſermonibus cœpit alloqui: Omnium Ducum præſtantiſſime cunctorumque præcellentiſſime, litigabis vita comite ſemper contra Francos, præliaberis ſemper contra illos? Quid de te ſi morte præoccupatus fueris &c. Si vis Chriſtianus fieri, præſenti futuraque pace poteris frui ditiſſimusque hac terra morari. Karolus, Rex patientiſſimus, conſilio ſuorum ductus, hanc terram maritimam, ab Anſtigno & a te nimium devaſtatam, vult tibi dare. Quin etiam ut pax & concordia firma & ſtabilis inter te & illum permaneat, filiam ſuam, Gislam nomine, uxorem in conjugio dabit tibi, qua copula prole lætaberis regnumque in perpetuum tenebis. Quo audito convocat majores Dacorum &c. Daci vero reminiſcentes ſomnii interpretationum, dixerunt Rolloni: Terra hæc penitus deſolata &c. ſi fuerit frequentia hominum uſitata, valde erit fertilis & uberrima, nobisque ad habitandum ſufficiens & congrua. Filia, quam tibi ſpondet, utriusque progeniei ſemine regaliter exorta, ſtaturæ proceritate congrua, forma, ut audivimus, elegantiſſima &c. &c. decet, ut copuletur tibi connubiali amicitia &c. Reminiſcere ſomnii interpretationum myſticorumque ejus intellectuum. Satis præliati ſumus, Francosque debellavimus &c. &c. Remitte Regi Epiſcopum, ut ſi dederit tibi, quod ſpopondit, te dicat

Galli pacem cum Danis denuo ambiunt.

Gisla filia Regis offertur Rolloni ducenda.

dicat ſuo ſervitio eſſe promptum. Remanda ei ſecuritatem paucis trium menſium, & ut ſequeſtra pacis ſpatio veniat, ſi vult, contra te ad placitum faciatque verborum ſuorum & promiſſionum te per omnia ſecurum. Statim Rollo ſupra dicta Epiſcopo intimavit, Regique ut hæc diceret ad eum remiſit. Qui veniens ad Regem, convocato Epiſcoporum, Comitum atque Abbatum cœtu, dixit: Rollo Dux Northmannorum tibi amoris & amicitiæ inextricabilis, quin etiam ſervitii pactum. Si dederis filiam tuam, ut ei dixiſti, conjugem terramque maritimam in ſempiternam per progenies progenierum poſſeſſionem, manus ſuas ſe ſubjugando tibi dabit fidelitatis gratia, tuumque ſervitium inceſſanter explebit &c. Rex vero Francorum prece coactus, dedit filiam ſuam vice Rollonis Epiſcopo per pignus in vinculo ſacramenti & conjurationis. His rerum opportunitatibus factis, determinatis & confirmatis, tempore locoque denominato, atque ſequeſtra pace data, redierunt quique ad ſua &c. Rollo igitur & ſui, his renunciatis, nimium exhilarati, typicum intellectum rememorant viſionis. Rotbertus autem Dux, cum audiſſet, quod Rex Karolus filiam ſuam daret Rolloni &c. paxque fieret totius orbis, miſit verbis pacificis ad Rollonem nuncium ſubſequentia verba dicturum: Rotbertus Dux Francorum tibi fidele ſervitium. Audivit concordiam tui & Regis & inde lætatur nimis &c. ſatis, cujus virtutis eſſes, declaraſti, ſatis toto orbe laudatus. Quinimo Dux idem deprecans, flexis animi genibus mandat tibi, ut teſtificatum in Chriſti nomine & in fonte ſalutifero baptiſmate lotum ſuſcipi ab eo te ſinas. Hinc eritis, ſi tibi placuerit, inſeparabiliter fidi amici &c. His dictis, conſilio Franconis Epiſcopi, ſuorumque Co-

Pax matrimonio ſtabilita.

mitum

mitum dixit: Volo conſentire Regi Franciſque, ut veniat ad denominatum placitum, meque redimat fonte immerſum. Hic mihi ſit paterno amore pro patre, ego filiorum dilectione ero illi pro filio &c. &c. Statuto idcirco tempore venerunt ad determinatum locum, qui dicitur ad S. Clerum. Rollonis autem cis Eptæ fluvium ſedit exercitus, Regis vero & Rotberti altrinſecus. Extimplo Rollo miſit ad Regem Franconem Archiepiſcopum verba dicenda dicturum; Rollo non poteſt tecum pacificari, quia terra, quam illi vis dare, inculta eſt vomere &c. Non habetur in ea, unde poſſit vivere &c. Da illi aliquod regnum, unde conducat ſibi cibum & veſtitum, donec impleatur terra, quam illi das opulentiarum congerie &c. Quin etiam non conciliabitur tibi, niſi terra, quam daturus es, in ſacramento Chriſtianæ religionis juraveris, tu & Archipræſules & Epiſcopi, Comites & Abbates totius Regni, ut teneat ipſe & ſucceſſores ejus ipſam terram ab Epta fluviolo ad mare usque, quaſi fundum & alodum, in ſempiternum. Tunc Rotbertus Dux Francorum & qui aderant Comites & Epiſcopi cum Abbatibus dixerunt Regi: Non habebis Ducem tanti honoris, niſi quod concupiſcit, feceris &c. da illi propter cultum Chriſtianæ religioſitatis, ut adquiratur tantus populus Chriſto, qui irretitus eſt errore diabolico. Et ne culmen totius regni &c. adnihiletur impetu infeſtantis exercitus &c. Tunc Flandrenſem terram, ut ex ea viveret, voluit Rex ei dare; ſed ille noluit propter paludum impeditionem recipere. Itaque ſpondet Rex, ei Britanniam dare, quæ erat in confinio promiſſæ terræ. Illico Rotbertus & Franco Epiſcopus renuntiaverunt omnia Rolloni, & adduxerunt cum integritate Chriſtianæ fidei, obſidibus datis, Karolo Regi.

Nova Danorum poſtulata.

Flandriam oblatam reſpuunt Dani, Britanniam minorem Neuſtriæ vicinam accipiunt.

Regi. Franci vero intuentes Rollonem totius Franciæ invaſorem, dixerunt ad invicem: Magnæ potentiæ iſte Dux magnæque virtutis atque magni conſilii atque prudentiæ, quin etiam laboris, qui tanta prælia exercuit contra comites iſtius regni. Statim Francorum coactus verbis manus ſuas miſit inter manus Regis, quod nunquam pater ejus & avus atque proavus cuiquam fecit. Dedit itaque filiam ſuam, Giſlam nomine, uxorem illi Duci terramque denominatam in alodo & in fundo a flumine Eptæ usque ad mare, totamque Britanniam, de qua poſſet vivere. Rolloni pedem Regis nolenti oſculari, dixerunt Epiſcopi: Qui tale donum recipit, oſculo debet expetere pedem Regis. Et ille, numquam curvabo genua mea alicujus genibus, nec oſculabor cujuspiam pedem. Francorum igitur precibus compulſus, juſſit cuidam militi, pedem Regis oſculari. Qui ſtatim pedem Regis arripiens, deportavit ad os ſuum, ſtandoque defixit oſculum, Regemque fecit reſupinum. Itaque magnus excitatur riſus, magnusque in plebe tumultus. Ceterum Karolus Rex, Duxque Rotbertus, Comitesque & Proceres, Præſules & Abbates, juraverunt Sacramento Catholicæ fidei Patricio Rolloni vitam ſuam, & membra & honorem totius regni, inſuper terram denominatam, quatinus ipſam teneret & poſſideret, heredibusque traderet & per curricula cunctorum annorum ſucceſſio nepotum in progenies progenierum haberet & excoleret. His, ut dictum eſt, expletis, Rex Karolus ad ſua remeavit. Rotbertus & Franco cum Rollone remanſit &c. Anno a Domini noſtri Jeſu Chriſti incarnatione nongenteſimo duodecimo, Franco Archiepiſcopus Catholica fide ſacroſanctæ Trinitatis imbutum Rollonem baptizavit, Duxque Francorum Rotbertus de fonte

Rollo pedi Regio oſculum negat.

Caſus ridiculus.

Rollo baptizatus.

fonte Salvatoris eum ſuſcepit, nomenque ſuum ei impoſuit, magnisque muneribus & donis honorifice ditavit. Rotbertus autem, qui & Rollo, Comites ſuos & milites omnemque manum exercitus ſui baptizari fecit, atque Chriſtianæ Religionis fide per prædicationes inſtrui. Hinc convocato Francone Epiſcopo, quæ Eccleſiæ veneratiores in ſua terra haberentur, ſciſcitatur & quæ potentiores merito & patrocinio ſanctorum dicerentur. Tunc Franco: Rotomagenſis & Bajocacenſis, atque Ebroicacenſis Eccleſia ſacroſanctæ Mariæ matris Domini noſtri Jeſu Chriſti & Virginis in honorem eſt dedicata. In periculo maris Eccleſia monte poſita, Archangeli Michaelis Paradiſi Præpoſiti nomine prætitulata. In ſuburbio civitatis iſtius eſt Monaſterium S. Petri Apoſtolorum Principis nomine conſecratum, in quo recubabat iſtius urbis venerabilis Archiepiſcopus, nomine Audœnus, ſignis & virtutibus nimium chorniſcus. Ob metum tui adventus ad Franciam eſt deportatus. Gimegias, quo primo acceſſiſti, eſt templum S. Petri, Regnum cœlorum clavigeri meritis ſuffragatum. Plures ſunt Eccleſiæ in tua ditione poſitæ, ſed hæ ſunt præcipuæ. Tunc Robertus: In confinio noſtræ poteſtatis quis Sanctus potentior meritis habetur? Franco: Sanctus Dionyſius, natione Græcus &c. Tunc Rotbertus: Antequam dividatur terra meis Principibus, Deo & Sanctæ Mariæ, ſanctisque denominatis, deſidero partem iſtius terræ dare, ut dignentur mihi in auxilium ſubvenire. Franco: Conſilio divinitus inſpirato uteris, congruumque eſt tibi his VII diebus, quibus albatis chriſmatis & olei veſtibus es indutus, fieri. Dedit itaque Rotbertus prima die Baptiſterii Deo & Sanctæ Mariæ Rothomagenſis Eccleſiæ terram præmaximam Canoni-

Rollo Sanctis dat munera largiſſima.

cis

cis in perpetuum poſſidendam. Secundo die, ſanctæ Mariæ Bajocacenſis Eccleſiæ. Tertio die, ſanctæ Mariæ Ebroicacenſis Eccleſiæ. Quarto Archangeli Michaëlis Eccleſiæ &c. Quinto ſancti Petri ſanctique Audoëni Eccleſiæ. Sexto ſancto Petro ſanctoque Aicadro Gemeticenſis Eccleſiæ. Septimo Brenneval cum omnibus appenditiis S. Dionyſio dedit. Octavo die expiationis ejus, veſtimentis chriſmalibus vel baptismalibus exutus, cœpit metiri terram verbis ſuis Comitibus, atque largiri fidelibus. Denique præparato magno nuptialium rerum cultu, Giſlam filiam Regis uxorem ſibi duxit &c. Securitatem omnibus gentibus in ſua terra manere cupientibus fecit. Illam terram ſuis fidelibus funiculo diviſit, univerſamque diu deſertam reædificavit, atque de ſuis militibus advenisque gentibus refertam reſtruxit. Jura & leges ſempiternas voluntate Principum ſancitas & decretas plebi indixit atque pacifica converſatione morari ſimul coëgit. Eccleſias funditus fuſas ſtatuit, templa frequentia paganorum deſtructa reſtauravit, muros civitatum & propugnacula refecit & augmentavit. Britannos rebelles ſibi ſubjugavit, atque de cibariis Britonum totum regnum ſibi conceſſum ſufficienter pavit. Denique in terra ſuæ ditionis bannum, id eſt, interdictum miſit, ut nullus fur vel latro eſſet, neque aſſenſum malæ voluntatis ei præberet. Denique interdixit, ut nullus ferramenta aratri domui deportaret, verum in campo cum aratro relinqueret & nullus poſt equum aſinumque, atque bovem, ne perderet, cuſtodem mitteret. Hujus interdicti pavore quidam agricola manens in Longa-petentis villa, aratri utenſilia campo dimiſit, atque appropinquante meridie cauſa edendi domum ſuam venit. Quem uxor duris verbis & ob-

Rollo dat populo jura.

Eccleſias reſtaurat.

Furtum Normannis inſolitum.

obſtinato corde cœpit increpitare, cur dimiſiſſet aratri neceſſaria & adjacentia in ſuo labore. Diu moleſta atque increpans virum, dedit ei manducare. Interim volens ſuum maritum facere hujus rei, ne dimitteret amplius, ſollicitum, citius quam potuit, clam expetivit campum & ſuſtulit ſibi corrigias jugi, vomeremque & cultrum, atque ne videret maritus ſubducendo ea, quaſi aliunde veniens repetivit domum. Maritus ejus ſaturus ſurgens, ſuique laboris campum pergens, neceſſaria aratri non invenit: inde triſtis ad domum revertens, querulæ conjugi indicavit. Quæ cœpit eum invective & irriſorie increpans dicere. Nullius utilitatis homo, vade nunc ad Rotbertum Ducem, & ipſe faciet cito te aratorem. Ille citus ad Rotbertum cucurrit atque commoda aratri ſibi fruſtrata, Duci retulit. Illico Rotbertus convocans quendam Præpoſitum, dixit ad eum: Da quinque ſolidos iſti agricolæ, quibus poſſit, quæ perdidit, emere. Tu quantocyus villam pete, atque auctorem furti ignifero judicio inquire. Villicus vero habitatores villæ cunctos igne examinavit, nullumque eorum reum furti repperiens, Rolloni Duci renunciavit. Qui convocans Franconem Archiepiſcopum dixit: Deus Chriſtianorum, in cujus nomine baptizatus ſum, ſi eſt conſcius rerum, mihi mirum, cur non innotuit ſuo nomine igne tentatum nobis furti reum. Franco: Adhuc ignis culpabilem non tetigit. Et Rotbertus ad Præpoſitum: Vade iterum & ad habitatores affinium villarum, in nomine Chriſti Jeſu examina per ignis ſupplicium. Qui juſſa complens Duci intimavit, neminem ſe inveniſſe culpabilem. Qui aratorem ſtatim vocavit, & ab eo inquirit, cui, quod remanſiſſent utenſilia aratri in campo, dixiſſet. Agricola reſpondit: Uxori.

Quæ

Quæ vocata venit, Duxque ad eam dixit: Quid de vomere cultroque mariti tui feciſti? Illa ſe non habuiſſe negavit. Quæ ſcopis diverberata fidem furti omnibus fecit. Tunc Rotbertus ad maritum: Sciebas tuam uxorem eſſe furem? Cui ille: Sciebam. Et Rotbertus: Duobus decretis digne morieris, uno, quod caput mulieris es, & eam caſtigare debuiſti. Altero, quod aſſenſor furti fuiſti & indicare noluiſti. Statim utrumque laqueo fecit ſuſpendi, crudelique morte finiri. Hoc judicium exterruit habitatores terræ, nullusque auſus eſt poſtea furari vel latrocinari &c. (*Quanta præterea, ut verba Dudonis tantiſper abrumpamus, ex iſtiusmodi juris rigore Rolloniano nomini nata ſit auctoritas, patet ex voce Haro, qua duellis & id genus aliis tumultibus in Normannia Gallica metas poni ſolitum, ex Danico* Herre, *quod Cimbri* Har vor Har *Deus pronunciant, id eſt Dominus, oriundæ, quippe quæ primum Normanniæ Dominum reſpicit, Rollonem puta, quondam metuendum juſtitiæ Vindicem, prout epiphonematis hujus originem ſiſtit Henricus Basnagius in Tractatu, qui inſcribitur: La Coutume Reformée du pays & duché de Normandie, anciens reſſorts & Enclaves d'iceluy, expliqué, par pluſieurs Arreſts & Reglemens & commenté par Mr. Henry Baſnage, Eſcuyer, Seigneur de Franquesney, ex quo le journal des ſcavans du 8 d'Aouſt. l'an. 1678. hæc habet.* De cette coutume, il vient aux titres qui la compoſent, il en donne une intelligence claire, ſolide & ſavante, comme par exemple, de la loy que la coutume appellé apparoiſſante, qui n'etoit autre choſe que la barbare coutume que les Normans, ainſi que tous les autres peuples du Septentrion avoient de vuider

Rollo in fures ſeverus.

Jura Normannor.

leurs proces par le duell, car ils croyoient que l'addreſſe ou la force du bras ſuivoient toujour la juſtice & qu' il poroiſſoit qu' un homme n' avoit pas bon droit dez qu' il étoit le plus foible. Il explique du meme l'origine du fameus mot de Hara, dont le cry ou ſeule prononciation, par la quel les ſujets, du grand Raoul ſe mettoient á couvert des inſultes par le reſpect qu' on avoit pour ſon nom, & pour ſa memoire, oblige encore aujourdui ceux, contre les quels on s'en ſent, d' arretter leur entrepriſes. Il montre en quel cas le Haro peut être entrejetté &c. *Hinc redimus ad Dudonem*) Continua igitur pace, diuturnaque requie lætabantur homines, ſub Rotberti ditione ſecuri morantes, locupletesque erant omnibus bonis, non timentes exercitum ullius hoſtilitatis. Karolus namque Rex quodam tempore miſit duos milites Gislæ filiæ ſuæ, Rotberto Duci connubio vinctæ. Gisla autem cum vidiſſet milites patris ſui, quadam domo, ne viderentur a Rotberto ſuo conjuge, ſepoſuit, cunctaque bona illis largiens, nimis diu morari fecit. Rotbertidæ Comites admirantes quod milites Karoli Regis Rotomo morarentur & præſentia Rotberti Ducis non fruerentur, venerunt ad eum & dixerunt: Cur nobis quod Karolidæ tibi dixerunt non innotuiſti. Rotbertus: ubi ſunt ſoceri mei legati? Reſponderunt: Uxorius es & effeminatus, quia tuam præſentiam vitantes, conjugi tuæ aſſunt. Dicebant igitur Rotbertum eam non cognoviſſe maritali lege. Statimque Dux ira commotus, tyrones ſuæ domus fecit abſconſos comprehendi & ad forum venalium rerum duci ibique concurrente plebe jugulari. Audiens autem Rotbertus Dux Francorum,

Caſus tragicus.

eorum, quod pro nece duorum militum, colligatæ pacis inter Regem & Rotbertum Northmannorum Ducem vincula ſoluta disruptaque eſſent, cœpit contra Karolum ſtare, eumque adnihilare & ſua depopulari. Miſitque Legatum ad Rotbertum Rotomagenſem, dicens: Tuo conſilio tuoque ſuffultus adjutorio, volo iſtud regnum ſuper Karolum accipere, eumque Francia fugare. Tunc Rotbertus Rothomagenſis reſpondit Legato Francorum Ducis: Modo tuus Senior nimis vult equitare ultraque legem agere. Quæ Regis ſunt tantum diſperdat, regimen nolo ut accipiat. Erat autem conjunx Gisla filia Regis jam defuncta. Quid accidit inter Karolum & Rotbertum, hic non memorabitur, quia alias legitur. Rotbertus Normannorum Patricius grandæva ætate, nimioque labore præliorum conſultus, convocatis *Dacorum Britonumque* Principibus, dedit omnem terram ſuæ ditionis filio ſuo Willelmo Popæ filio, utque inter manus Willelmi adoleſcentis manus ſuas mittentes Principes, conligavit illi conjurationis ſacramento. Poſtea uno luſtro vivens, ætatis ſuæ defectu, effœtoque viribus corpore, equitare non valens, regnumque pacificatum ſolidum & quietum tenens, lugubris damni paſſus diſpendium &c. plenus dierum migravit ad Chriſtum &c. Hæc de geſtis Rollonis in Gallia Dudo.

Salſum reſponſum.

Rollo ſenex moritur.

Cum Dudone contulimus alterum Hiſtoriæ Normannicæ ſcriptorem ipſo poſteriorem Willelmum putà Gemmeticenſem Monachum, libro hiſtoriæ ſuæ ſecundo Rollonis geſta perſecutum, reperientes illum pleraque ſua ex Dudone hauſiſſe ipſumque ubique tantum non exſcripſiſſe, ſi unum alterumve exceperis, quod de ſuo adjecit Vilhelmus v. gr. Cap. IX. in Collect.

Ex Willelmo Gemeticens. alia nonnulla de Rollone.

lect. Quercetan. pag. 227. docet, Rollonem munimine Urbis Rothomagenſis adductum, ut ipſam ſibi in metropolim eligeret. Cujus, *inquit*, urbis præſidium ſagaci mente terra marique conſiderantes, compendiorum lucris munitum, totius Comitatus caput illud fore concorditer deputant. *Cap. XII. meminit filiæ Rollonis nomine Gerloc ex Poppa procreatæ*: In qua (*ſc. urbe Bajocacenſi*) quandam nobiliſſimam puellam nomine Popam, filiam ſcilicet Berengarii, illuſtris viri, capiens, non multo poſt *more Danico* ſibi copulavit, ex qua Villelmum genuit filiamque nomine Gerloc valde decoram. *Cap. XX. poſtquam narraverit ſumptum ab agricola & uxore violati de furtis & latrociniis interdicti ſupplicium, addit ſequentia oppido curioſa*:

Dicuntur etiam alia multa digna relatu vulgo de illo (ſc. Rollone,) quorum unum breviter hic intimabo. Dum poſt venationem in ſylva, quæ imminet alveo Sequanæ juxta Rothomagum, ſtipatus obſequentium turbis comederet, ſedens ſuper lacum, quem uſu quotidiano loquendi Maram vocamus, armillas aureas in quercu pependit. Quæ per tres annos ob timorem ipſius intactæ ibidem fuerunt. Et quia juxta Maram illud factum memorabile fecit, ideo ipſa ſylva usque in hodiernum diem Rollonis Mara vocatur. His & hujusmodi Rollo Dux terroribus populum frenans Ducatum ſibi a Deo attributum tempore longævo pacifice gubernabat. *Cap. XXII. refert Rollonem poſt obitum Giſlæ vel ut ille vocat Gillæ, in matrimonium reſumpſiſſe Poppam, quam principis Regiæ nuptiis poſtpoſitam repudiaſſet, ne Bigamum ſimultaneum credas*, Rollo autem Dux, qui & Rodbertus, poſtquam uxor ejus morte præventa

Veſtig. Dan. Rollonis Mara.

venta abſque liberis mortua eſt, repudiatam Popam, ex qua filium, nomine Willelmum, jam adultum genuerat, iterum repetens ſibi copulavit.

Addere lubet verba illuſtriſſ. Huitfeldii Chron. Dan. Tom. I. in fol. p. 38.

Aar 887 blev Kong Carl Craſſus udi Franckerig nød til at unde de Normænd en Orts Land at boe paa, og gav dem ſaa den Deel af Franckerige ind, ſom tilforn heed Neuſtria liggendes hos denne Side Sequanam, ſom effter dem er kaldet Normandien. Den førſte af dem, ſom blev døbt heed Rollo og blev udi Daaben kaldet Robertus. Deres Affkom boe endnu udi Normandien denne Dag og af dennem kom Wilhelmus og det gandſke Kongl. Slegt, ſom nu regiærer Engelland. Id eſt: Anno 887. in poſſeſſionem, quam incolerent, provinciæ Normanno coactus admiſit Carolus Craſſus Gallorum Rex, conceſſa ipſis ea Galliarum parte cis Sequanam ſita, quæ hactenus Neuſtria, poſtea ex Normannis appellata eſt Normannia. Illorum primus, qui ſacra abluebatur unda, Rollo audiebat, in Baptismo Robertus nuncupatus. Horum proſapia hodiernos Normanniæ dat inhabitatores, ejusdemque propaginis fuit Wilhelmus, & quam Anglia hodie veneratur, ſtirps Regia univerſa. *Pag. 111. peculiarem Normannorum in Gallia geſtis aſſignavit paragraphum, ubi tamen nihil novi, niſi quod Rollonem demum poſt adventum in Galliam a Normannis Sortilegio favente in Ducem electum tradat, id quod licet reſponſo Legatis Regiis dato:* Æqualis poteſtatis ſumus, *ſtabiliri videatur, recedit tamen à Dudonis cæterorumque relationibus, Danicam hanc in*

exteros expeditionem ductu Rollonis ſuſceptam, ut ex ſequentibus inferius patebit. Cæterum Huitfeldius adventum Rollonis in Galliam refert ad ann. Chriſt. 860.

Epit. Rollonis & Guillelmi Rothomagi exiſtentia.

Epitaphium Rollonis noſtri in metropolitanam Rothomagenſium Baſilicam à Mauritio loci Archiepiſcopo tranſlati pandit Ordericus Vitalis Uticenſis Monachus Eccleſ. Hiſtor. Libr. V. in Collect. Quercet. p. 567. Nono anno, *inquit*, Præſulatus ſui Metropolitanam Eccleſiam dedicavit. Corpora vero Ducum Rollonis & Gvillelmi reverenter in ſacram ædem tranſtulit & Rollonem prope oſtium auſtrale & Gvillelmum ſecus oſtium Aquilonare tumulavit: & Epitaphia eorum ſuper illos litteris aureis annotavit. Rollonis autem titulus talis eſt.

EPITAPHIVM ROLLONIS.

Dux Normannorum, timor hoſtis, & arma ſuorum
Rollo ſub hoc titulo clauditur in tumulo.
Majores cujus probitas provexit, ut ejus
Servierit nec avus, nec pater, aut proavus.
Ducentem fortes Regem multasque cohortes
Devicit Daciæ congrediens acie.
Frixonas, Walcros, Halbacenſes, Hainaucos,
Hos ſimul adjunctos Rollo dedit profugos.
Egit ad hoc Freſios per plurima vulnera victos,
Ut ſibi jurarent, atque tributa darent.
Bajocas cepit, bis Pariſios ſuperavit,
Nemo fuit Francis aſperior cuneis,
Annis triginta Gallorum cædibus arva
Implevit, pigro bella gerens Carolo.
Poſt multas ſtrages, prædas, incendia, cædes,

Utile

Utile cum Gallis fœdus init cupidis.
Supplex Franconi meruit Baptiſmate tingi,
Sic periit veteris omne nefas hominis.
Ut fuit ante lupus, ſic poſt fit mitibus agnus,
Pax ita mutatum mulceat ante Deum.

Poſt expoſita jam Rollonis in Galliis geſta de patria & emigrationis occaſione aliquid monendum erit. Ubi occurrit quæſtio problematica, utrum ipſe Rollo gente Danus an Norvegus fuerit. Utraque opinio ſuos habet Propugnatores, Hiſtoricos celeberrimos Pontanum ac Torfæum, quorum prior Danum fuiſſe urget Hiſtor. Dan. Libr. IV. pag. 116. Et videbatur jam quaſi extincta illis in oris una cum nomine univerſa Danorum Normannorumque natio, niſi ſexennio poſt in marg. DCCCCI. Rollo ingentis animi ac ſpiritus vir de novo motis armis collapſas popularium res felici ſucceſſu reſtituiſſet. Is enim illuſtri natalium ſplendore inter ſuos conſpicuus, ſed ob factiones inteſtinas minus domi tutus, tum & gloria majorum nec non dolore ex recenti gentilium ſuorum clade incitatus adeoque novarum ſedium parandarum percupidus inſtructiſſima cum claſſe *e Dania* in altum provectus eſt. &c. *& poſtea pag. 118.* Norvagiæ Chronicon vernaculum, ubi de Haraldo Haarfagero agit, Rollonis patrem nominat, aitque apud Norvagos virum præpotentem fuiſſe ac Jarli, quæ ibi Comitis habebatur dignitas, poteſtate egiſſe: vocatumque Rogvaldum cognomento divitem, filium autem ejus Rollonem ea fuiſſe corporis mole, ut illi vix ullus veredus ferendo eſſet, indeque & *Rolſonem Gaange*, quod peditem notare videtur appellatum: cumque aliquamdiu piraticam, ut tunc moris erat, exercuiſſet & domi quoque, licet interdicto id vetuiſſet Haraldus, a prædis agendis

Utrum ipſe Rollo Danorum in Gallia Dux gente Danus an Norvagus fuerit quæſtio problematica.

In Rollone ingens corporis moles.

dis haud abſtineret, ſuccenſuiſſe ei ſupra modum Haraldum, ac tota Norvagia proſcripſiſſe. Rollonemque ea occaſione aſſumptis, qui ſe ducem ſequi vellent, in Angliam primo, atque inde in littus Francorum, quod tum Neuſtria dicebatur, inſtituta navigatione profectum, atque ibi Ducatus Normannici fuiſſe conditorem. Ita Chronicon. Alii Danos referunt poſtquam ex Anglia, ubi ſe illis Rollo junxerat, in Gallias cum claſſe & copiis deveniſſent, & jam Rothomagum tenerent, ſortitione de Duce eligendo cogitaſſe, ſorteque in Rollonem Norvagum devoluta, ei omnes obſequium & fidem pollicitos. Nos in iis, quæ ſuperius de Rollone adduximus, Dudonem de St. Quintino &, qui eum exſcripſit, Wilhelmum præcipue Gemmeticenſem ſumus ſecuti. Illi autem cum e Danamarcha (hac enim voce utuntur) Rollonem deducant, & patrem quidem ejus non nominantes, virum tamen ditiſſimum ac late in partibus *Daniæ* dominatum ipſique *Danorum* Regi controverſiam moviſſe, fateantur, tum & Rollo ipſe, ut modo ex Walſinghamo, ſe ſuosque commilitones Danos non Norvegos dixerit (*Walſinghamus enim colloquium Haſtingi tum Legati Gallorum cum appulſis Normannis paulo aliter habet ac Dudo, Haſtingo nimirum, quis illorum præfectus eſſet quærenti, ipſum regeſſiſſe Rollonem: Dani ſumus imperio & dignitate pares &c. Tu vero ecquis es, qui tam feſtive nos compellas? Cui Haſtingus: Haud dubie fando audiſtis Haſtingi nomen &c.*) exiſtimem verba Chronici Norvagici de Rollonis parente ita accipienda, ut is, late in borealibus tam *Daniæ* quam Norvagiæ oris cum auctoritate tum opibus florens, domeſtica præcipue factione compulſus apud *Norvagos* ſe continuerit. Nam addit poſtremo idem

Emigrationis occaſio.

Pontano aliisque gente Danus videtur Rollo.

idem Gemmeticenſis, Daniæ Regem, intellecto, quod Dux potentiſſimus pater Rollonis & Gurim eſſet defunctus, armis ſumptis, in filios facta parentis vindicare voluiſſe: Eaque occaſione cum claſſe aliquot navium è *Dania* ad Scangianos, ſive Norvagos Rollonem conceſſiſſe, ac poſtquam ad eum frequens populus confluerer, qui à Rege Danorum, utpote partibus Rollonis favens, indies proſcriberetur, auctis copiis vela ventis dediſſe ac primo Angliam, atque inde ſuperatis Walachrenſibus ac Friſiis citoque cum Duce Basbacenſium fœdere in littus Francorum impetum & arma vertiſſe. Controverſiam vero, qui moviſſe Rolloni memoratur Danorum Rex, is an Canutus fuerit, cognomento ut meminimus Lothneknud dictus, ſilentibus rerum memoriis certo affirmare non habeam. Interim rebus moderante eo ipſo Canuto, in oras exteras varie egreſſos, regni incolas etiam Erici Daniæ Regis, quod habetur, chronicon oſtendit verbis, quæ ſubſcripſi: Quo Rege egreſſi ex Dania Normanni.

Lothneknud, filius Erici Barn, bellicoſus erat multum & verſutus regnavitque annis XI. Hujus tempore quilibet tertius de ſervis & hominibus exivit de regno aliasque quam plures terras ſubjugaverunt ſibi & delectati terrarum ubertate noluerunt redire &c. *Hactenus Chronicon. Hæc Pontanus. Citatum à Pontano Chronicon Norvegiæ Sturleſonianum vernacule verſum ita habet p. 44.* Ragnvald Møre Jarl (det er Greffve over Begge Møre) hafde om Sommeren tilforn gaaet Kong Harald til haande og blevet hans Mand. (Hinc haud obſcure colligeretur, Ragnvaldum Danum fuiſſe, qui cum inter Regem Daniæ & ipſum minus conveniret, in Norvegiam ſeceſſerit, ibidem dignitate Comitiva auctus,

Hans

Hannem ſætte Kongen over Nordmør oc Rumsdalen og fick hannem Folck baade af ſine Tiennere og Bønder, med Orlogsſkibe til at forſvare Landet for Ufred, hand blev kaldet Ragnvald den Rige (det er den mægtige) oc den Raadſnilde. Et pag. 51. Ragnwald Jarl var Kongens underligeſte og kiæriſte Ven oc Kongen betroede ham meget. Hans Huſtru var Hilden Rolff Neffios daatter. Deres Sønner vaare Jfver oc Rolff og Tore Jarl den Tiendes, ſom fick Kongens Daatter Jngeborg til Huſtru. Ragnvald haffde oc tre uægte Sønner, Hallad, Einar oc Rollog etc. Rolff bleff en vældig ſterck Kiæmpe, oc var hand ſaa ſtoer at ingen Heſt kunde bære, thi maatte hand altid gaa, hvor hand ſkulde reyſe til lands og bleff derfor kallet Gange Rolff etc. ut ſuperius ex Pontano & infra ex Torfæo conſtabit. Pagg. vero ejusdem Chron. 377. Vilhelm Batards (ſc. Wilhelmi Conquæſtoris ex Dace, Normanniæ Anglorum Regis) Fader var Robbert Langeſpind, hans Fader var Richardus Richardi Søn, ſom var Vilhelms Søn Gange Rolffs Søns, ſom førſt vandt Nordmandien oc vare de alle Rudu-Jarler, det er Grever i Rothomage udi Normandien, den een effter den anden. Gange Rolff var Ragnwalds Møre-Jarls Søn oc Tore Jarls den Tiendes Broder og Torff-Einars Jarls i Orcknøyerne, ſom dræbte Haldan Høylægg for hand haffde ihielſlaget hans Fader Ragnvald Nøre-Jarl etc. Quibus interpres Danicus Sturleſonii Petrus Claudii Undalinus ſequentia ſubjicit. Fremmede ſcribenter, ſom

Duces Norman. Norvegis dicti. ex Rothomago Rudu Iarler.

ſom Dudo de S. Quintino og Vilhelmus Gemmeticenſis ſige at Gange-Rolff haver været en Danſke og vel mueligt, at hans Fader Ragnvald Møre-Jarl haver været en fornemme Herre i Danmarck, oc fordi hannem og Kongen kom noget imellem, drog hand til Norge og boede der, ſom Gemmeticenſis ſynes at giffve Stadfæſte oc at hand altid hafver huldet de Danſke for ſine Landsmænd, giver fornæfnte ſcribentere nochſom tilkiænde. *Audiamus igitur ipſum Dudonem de patria, patre & emigrationis occaſione &c. diſſerentem*: Cum ſuperna, *inquit*, Deificæ Trinitatis providentia &c. cerneres clementer eccleſiam &c. ſupra ſcriptis breviter caſibus (*Geſta Haſtingiana intelligit*) immaniter afflictam &c. non deſiſtit illi ſalutifera præbere ſuffragia, ex ferocitate ſævæ gentilitatis Dacigena; ut unde fuerat flebiliter afflicta, inde eſſet viriliter vegetata &c. quorumque actu floccipenſa, horum munere refecta &c. Concretis igitur humana connubii ſtuprique copula plurimis *Dacigenarum pubium turmis*, illisque bellorum incendia inter ſe & in patres & avunculos frequenter ſuggerentibus, omnes *Dacigenæ* majores natu & poteſtate ad Regem convenientes, dixerunt unanimes: Reſpublica hoſtili invaſione ſæpe opprimitur, filiorumque & nepotum noſtrorum contritione concutitur. Conſtitutum namque noſtræ antiquitatis ritum abdicavimus, ideo *Daciſcæ* gentis populus quam plurima mala perpeſſus annullatur. Conſule igitur Rex regno ritu veterrimo. Peſtifera nequiſſimorum hoſtium lue expurgetur Dacia, ut reſiduo vivere & requieſcere poſſimus pace perpetua. Quorum conſiliis Rex attentius acquieſcens, ſuæque præceptionis edictum per

Emigrationis Normannianæ conſilia capiuntur.

per terram ſui imperii velociter dirigens, ut deſcriberentur nepotes & filii, quos ſors reperiret expulſionis, juſſit Satrapas illius terræ adeſſe ſibi præſcripti diei tempore. Hujuſcemodi fama regalium legationum mox percutit mentes pubeſcentium &c. Incertum erat illis præſcire, quæ ſententia volvebatur in Regis corde. Illis vero in diebus ſenex quidam erat in partibus Daciæ, omnium rerum affluentia locupletiſſimus, innumerabiliumque militum frequentia undique ſecus ſtipatus: qui nunquam colla ſuæ cervicis cuipiam Regi ſubegit, nec cujuslibet manibus gratia ſervitii manus ſuas commendando commiſit. Qui Daciæ regnum pene univerſum poſſidens, affines *Daciæ & Alaniæ* terras ſibi vendicavit, populosque ſibi præliis quam plurimis vi & poteſtate ſubjugavit. Erat enim omnium orientalium (*NB. Orientales ſeu Oſtmanni Gallis & Anglis &c. olim dicti Dani &c. horum quippe reſpectu orientem ſpectantes*) præſtantiore virtute præpotentiſſimus, cunctorumque exaggerato omnium virtutum cumulo præcellentiſſimus. Defuncto vero illo, ſuperſtiterunt duo filii ejus, armis ſtrenui, bellis edocti, corpore pulcherrimi, animoſitate robuſtiſſimi. Quorum vero major natu Rollo, alter vero junior Gurim nuncupatur. Quos regali juſſione deſcripti juvenes ad exterminationem aggredientes, genuque flexo, vultuque ſummiſſo, atque humili voce obnixe poſcentes, inquiunt unanimes. Ferte nobis auxilium &c. ſub tutela veſtræ protectionis morabimur, veſtrumque ſervitium inceſſanter faciemus. Rex autem noſter vult à Dacia nos exterminare, fundisque noſtris atque beneficiis nos per omnia privare. Miſeremini nobis omni ſpe & ſalute deſtitutis. Tunc duo illi fratres ſuppliciter pre-

Pater Rollonis in Dania Regulus præpotens.

Dani Gallis & Anglis Oſtmanni vel orientales dicti.

Frater Rolloni erat nomine Gurim.

precantibus reſponderunt: Auxiliabimur optime vobis, vosque regalium minarum ſecuros morari in Dacia, atque res veſtræ proprietatis faciemus quietè tenere. Illi autem hæc audientes Rollonis & Gurim oſculo expetiverunt pedes &c. Interea veridicæ opinionis promulgatur fama, Regis Daciæ aures pulſans, quod Dux præpotentiſſimus, pater ſcilicet Rollonis & Gurim, ſorte frueretur ſuprema. Tunc Rex ante malorum, quæ ſibi ille Dux intulit, reminiſcens, cunctis ſui Imperii accerſitis Principibus inquit: Vos non latet, patrem Rollonis & Gurim eſſe defunctum. Aggrediar ergo fines illorum & capiam urbes & caſtra atque munitiſſima loca, ulciſcarque facta patris in filios, eosque conterendo ſatiabor: Vos veſtrosque precor, præparate ad talia negotia adimplenda. &c. Mox effera Daciæ juventus nimio curarum inhians æſtui, quæ commoda ſunt, præparat nullo profectu. Hi leves clypeos, lucidaque ſpicula &c. Hi tela enſesque atque ſecures &c. Hujus rei inopinata fama Rollonis & Gurim aures perlabitur &c. Qui convocata copioſa manu congruentique pubertate florentium, congregatataque multitudine mediæ ætatis, ſenum atque ad exterminandum deſcriptorum, elatis dextris mandant ſilentium. Tumultuantis populi murmure penitus ſedato, ſedisque decentis ſuggeſtu ſublimiter Rollone ſuffecto, infit ore mellifluo: Vos, quibus incaleſcit juvenilis ardor, quique præſtantioris eſtis virtutis, alloquor ſolerti propoſito reverendos patres avosque & proavos, imitaminor. Convaleſcite viriliter &c. Rex ſiquidem hujus regni molitur nos ſupergredi, noſtræque Monarchiam ditionis invadere, nosque & vos omnes perdere, & antequam hereditariam noſtræ dominationis terram

Rex Rollonem exoſus.

Rollo diſertus.

man-

mancipet, ſui regiminis terram anticipando præoccupemus &c. Ilico omnes his dictis hilares regiam terram conglobatis exercitibus invaſerunt, totamque ſæviente Vulcano depopularunt. Hoc autem Rex audiens contra Rollonem & fratrem ejus peregit ad prælium, diuque dimicando terga vertit, fugiens ad præſidia urbium. Tunc Rollo ſui exercitus mortuos ſepelivit, Regis autem inhumatos reliquit. Unius vero luſtri ſpatio perſeverante inter Regem & Rollonem duellio, miſit Rex pacificis verbis ad eum hujusmodi in dolo: Nihil mihi & tibi, niſi gratia propinquitatis. Ut requieſcat Respubl. precor permitte, ut quod mei juris eſt meusque pater tenuit, liceat patienter me poſſidere: tibi autem quod tui juris, quodque tuus. Sitque inter me & te pax & concordia inextricabili fœdere compacta. Tunc Rollo & Gurim illorumque milites atque deſcripti ad exterminandum, pacem conlaudaverunt. Determinato igitur conjurandæ amicitiæ tempore, uterque venit ad placitum: mutuis muneribus ditati fœderati ſunt. Denique perfidus Rex doloſitatem conceptæ fraudis infeſto corde ruminans, convocato quodam exercitu ſuo noctu pergens contra illos, invadensque fines illorum, abſcondensque inſidias prope mœnia civitatis, oppugnare cœpit. Tunc Rollo & Gurim & qui cum eo erant, exilientes de civitate, perſequebantur Regem terga vertentem, fugamque ſtimulantem. Transgreſſo igitur locum inſidiarum Rollone, pars quædam illarum de latibulis egreſſa, petit urbem. Quam, armigeris vacuam inveniens, incendit: omniumque ſuppellectilium ſpolia ſibi detulit. Quædam vero ſequebatur Rollonem, Regem hoſtili immanitate fugantem. Cernens autem Rex incenſam urbem in-

Rollo Regem vincit.

Rex dolò agit cum Rollone.

Quænam hæc Daniæ civitas fuerit, incertum; ego Iellingam ſuſpicor, ubi fortiſſimum antiquisſimumque Hôvdingsborg.

inſidiasque prævalere, retrogreſſus præliabatur contra illum. Cæſis ergo ex parte Rollonis quam pluribus, cecidit Gurim frater ejus in prælio. Videns autem Rollo, ſe inter utrumque exercitum, unum fugam ſimulantem, alterum latebris egreſſum, fratremque mortuum, vix livoribus plurimis laceratus, cum paucis divertit ab eis. Tunc Rex obſidens & capiens urbes, populum contra ſe objurgantem ſibi ſubjugavit, Rollo vero morari non volens in Dacia, propter Regem diffidens ſui, Scanzam inſulam cum ſex navibus aggreſſus eſt. Tunc Dacia ſuo Duce Patritioque atque robuſtiſſimo Advocato privata, magno ejulatu cœpit nimium flere. Rollo doloſe ſuperatus ex Dania cum ſex navibus migrare cogitur.

Apoſtropha.

Dacia ſorte tuos, quæ Gallis mittis alumnos,
Indiga promiſſi veri, dabitur quod ab aſtris,
Præſagii & meriti, mercis non gnara futuræ.
Exhilara temet, deprenſans corde dolorem.
Caſus non animæ eſt, fortunæ pulſus at acris.
Hæc adverſa vices converterit improba ſemper,
Suggeret omne bonum iſti proſpera divite cenſu,
Illum ditabit locupletans, munificabit,
Francia deque tuis genitis fœcunda beatis,
Spermate nobilium concretis Chriſticolarum,
Dacigenis cum Francigenis tam pacificatis,
Gignet producens, expurget, proferet ingens,
Reges, Pontificesque, Duces, Comites, Proceresque,
Sub quibus orbis ovans pollebit principe Chriſto. &c.

Cumque diu Scanza inſula mœſtus moraretur ſollicitaque contorquentis animoſitatis cogitatione æſtuans moliretur, ut vindicaret ſe de inimicis ſuis, plurimique, quos fugarat de Dacia regalis immanitas, ad eum reverterentur, feſſos labore artus ſopore oppreſſos (*NB. ita legitur, ſed credo legendum oppreſſus, ut ſit ſynecdoche ſyntactica Vilh. Gemmeticenſ. feſſis labore artubus, ſopore oppreſſus*) vox divina illi ſonuit, dicens, Rollo, velociter ſurge, pontum feſtinanter navigio transmeans ad Anglos perge: ubi audies, quod ad patriam ſoſpes reverteris, perpetuaque pace in ea ſine detrimento frueris. Hoc ſomnium cum cuidam ſapienti viro & Chriſticolæ retuliſſet: hujusmodi ſermone interpretatus eſt. Tu vergente venturi temporis curſu ſacroſancto Baptismate purificaberis prædignusque Chriſticola efficieris: & ab errore fluctuantis ſeculi ad Anglos, ſcilicet Angelos, usque olim pervenies, pacemque perennis gloriæ cum illis habebis. Ilico vela navibus aptans, remisque eas exornans, atque frumento, vino, tergisque ſuum eas onerans, velivolum mare celeriter permeans Anglos aggreditur ibique morari quiete diu ſuſpicatur &c. (*De geſtis Rollonis Anglicanis vide infra. Cap. V. de Geſt. & Veſtig. Danor. in Anglia*) Tunc trimodo errore æſtuans, ſi Daciam repeteret, an Franciam pergeret, aut Anglicam terram præliis affligeret & ſibi vindicaret, cœpit anxiari &c. Cum autem hujusmodi perturbationibus ſollicitus hæreret, hominesque regionis illius (ſc. Angliæ) ditioni ſuæ fidelitatis gratia vinculoque ſeſe ſubjugarent, quadam nocte ſoporifera lethei molis quiete per membra leniter ſerpente, videre videbatur præcellentiſſimis quondam præcelſiore Franciſcæ habitationis monte ſepoſitum: ejus-

Rollo primum Angliam petit, plurimis ex ſua gente ſtipatus.

Rollo incertus mira videt per ſomnium.

eiuſque montis in cacumine fontem liquidum & odoriferum, ſeque in eo ablui & ab eo expiari contagione lepræ & prurigine contaminatum. Denique illius montis cacumine adhuc ſuperſtes circa baſim illius hinc inde & altrinſecus, multa milia avium diverſorum generum varii coloris, ſiniſtras alas quin etiam rubicundas habentium. Quarum diffuſæ longe lateque multitudinis inexhauſtam extremitatem perſpicaci & anguſtato obtutu non poterat comprehendere. Cæterum congruenti inceſſu atque volatu eas ſibi alternis vicibus invicem cedentes, fontem montis petere, easque ſe convenienti natatione ſicuti ſolent tempore futuræ pluviæ abluere. Omnibusque mira infuſione delibutis, congrua eas ſtatione ſine diſcretione generum & ſpecierum, ſine ullo contentionis jurgio, mutuo viciſſim paſtu quaſi amicabiliter comedere; easque deportatis ramuſculis feſtinanti labore nidificare: quin etiam ſuæ viſionis imperio voluntarie ſuccumbere. Mox expergefactus, accerſitis majoribus Principum, captisque prælio Principibus ſimul aſcitis, omnem hujus viſionis ſeriem inconſtanter diſſeruit, & quid hujus viſionis myſticum ſentirent, ab eis inquirit. Tunc cunctis conticentibus, captorum unus Chriſtianæ religionis fide imbutus, præſagioque divinæ inſpirationis aſperſus, myſticum illius viſionis intellectum explanavit, dicens: Mons Franciæ, quo ſtare videbaris, Eccleſia illius deſignatur. Fons, qui in ſummitate montis erat, baptiſmus regenerationis interpretatur. Per lepram & pruriginem, qua infectus eras, commiſſionis Tuæ ſcelera & peccata animadvertas. Te in eo ablui & ab eo lepræ pruriginisque morbo expurgari, te lavacro ſacri baptiſmatis regenerari & ab omnibus peccatis emundari. Per volucres diverſorum generum lævas alas habentes puniceas, quarum infinitiſ-

Chriſtianus ſomnium interpretatur.

nitiſſimam extremitatem exhaurire! viſu non poteras, homines diverſarum Provinciarum ſcutulata brachia habentes, tuique effecti fideles, quorum innumeram multitudinem coadunatam videbis, animo deprehendas. Per alites fonte infuſas & in eo alternatim ablutas, communique comeſtione edentes, populum typico baptismate abluendum, ſacroſancti corporis & ſangvinis Chriſti alimonia ſaginandum. Per nidos, quos circum montem faciebant, vaſtatarum urbium mœnia reædificanda intelligas. Tibi aves diverſarum ſpecierum obtemperabunt, tibi homines diverſorum regnorum accubitati obedient. His igitur mirabilium interpretationum ſermonibus Rollo exhilaratus, viſionis ſuæ interpretem, ceterosque, quos bello ceperat, vinclis ſolvit variisque muneribus ditatos, ad ſua lætos remiſit. &c. *Conferatur, qvi Dudonem exſcripſit, Vilhelmus Gemmeticenſis, ubi ſolum ferè libri ſecundi exordium a Dudone diverſum eſt, ita ſonans:* Poſt emenſis plurimorum annorum interſtitiis, Francia ab his tumultuum fragoribus paulisper ſopita, iterum Danamarcha flammivomos exterminii jure titiones ſpargens, plurimos tyrones a ſe juvenili flore vernantes priſcorum patrum lege a genitali ſolo eliminandos decernit &c. in ſequentibus Rollo non ſemel Dacus ſalutatur. *Poſtquam jam audivimus Pontanum aliosque, qui Rollonem Danum faciunt, audiendus Cel. Torfæus cui Norvegus exiſtimatur ipſe Rollo, licet in copiis à Rollone eductis Danorum prævaluiſſe numerum nemo repugnet. Torfæus igitur Hiſtor. Norv. Tom. 2. Libr. I. Cap. XXVI. pag. 44.* Abſit, *inquit*, ut celeberrimam Danorum gentem debita gloria fraudare vel poſſim, vel velim, denegando & detra-

Unde domi erant Normanni.

Torm. Torfæo Norvegus audit Rollo.

detrahendo expeditionis tam glorioſæ ſocietatem. Oſtendere ſolummodo volo Rolfum hunc, quem Gaungu-Rolfum dici paſſim legimus, militiæ hujus principem Norvegum fuiſſe, omnibus antiquitatibus, Membranis & chartis illud unanimi conſenſu aſtruentibus, genealogiis præterea à Gore Noris fratre ad eum usque derivatis, etſi ex parte mutilis, rerum tamen circumſtantiis ſe tuentibus, fratrumque & matris certis nominibus ſerieque generis ab illis deducta, in Orcadibus & Islandia numeroſiſſima, ſuffragantibus.

Dudoni & Gemmeticenſi Danos pro Norvegiæ incolis intellectos quis neget? cum Gallis creditum ſit, non modo Daniam, ſed etiam Gothiam & Hunniam Norvegia contineri. Nam incertus author, qui geſta Normannorum in Francia ab anno Chriſti DCCCXXXVII. usque ad ann. DCCCXCVI. complexus eſt, narrationem ſuam his verbis orditur: Northmanni procedentes de Scanzia inſula, quæ Northvega dicitur, in qua habitant Gothi & Hunni atque Daci, cum tredecim navibus egreſſi, primo in Flandrenſi littore molientes ab his, qui in præſidio erant, repulſi ſunt. Locorum ſitusque regionum harum ignorantiam Scriptores iſti paſſim produnt. Nam & Mariana Scriptor Hiſpanus Chriſtinam Norvegiæ Regis Halonis Senioris filiam ad Alphonſum X miſſam, quæ poſtea fratri ejus Philippo Valliſoleti prius Abbati poſtea Hiſpalenſi Archiepiſcopo renunciato nupſit, Daniæ Regis filiam fuiſſe tradit &c. Quin & ex ipſo Gemmeticenſi patet, exiguam illum ſitus Daniæ cognitionem habuiſſe. Nam Daciam, quam Danmarchiam interpretatur, intra paludes Mæoticas collocat (NB. Clar. Petrus Frid. Arpus *in Themide Cimbrica pag. 193. Geographiam hanc Gemmeticenſis tueri videtur.*

Confuſa exterorum idea de ſitu regionum Borealium.

V 3 Van-

Vandali, inquit, ut eſt apud Procopium, ad Mæotidem paludem ſeu Mare Balthicum veteres habuerunt ſedes, unde fame preſſi ad Germanos, qui nunc Franci dicuntur, Rhenique partes ſe tulere, adſcitis Alanis, Gothica & ipſa natione) Northmannosque (*iterum Torfæus*) & Danos eandem gentem agnoſcit. Idem quoque Daniæ & Alaniæ terras tanquam confines introducit. Et ne illum quis excuſaverit, quaſi per Alaniam intellexerit Hallandiam Daniæ partem; nam cum unum ex Rolfi progenitoribus, Gorem nomine, & mari Alano, quod oſtio ſinus Finnici objacet, inque membranis Alanshaf, forte ab accolis Alanis, dicitur, profectum inaudiviſſet, credens hunc eundem Gorem Rolfi fuiſſe fratrem, Alaniam, ut è qua Gor, Danus utique veniſſet, Daniæ ſimul partem credebat. At vero celeberrimum erat mare Alanum, iſtudque Gorem domo egreſſum Flategenſis Codex præterveḉtum memorat. Cum itaque illi Scriptores, contra atque Pontanus exiſtimat, nihil de harum regionum ſitu ſani afferant, ego hic Scanziam pro Scania ad *Egrarſundam* ſita, dictam exiſtimo, quo quidem tanquam in ſitam extra dictionis Haraldi Pulchricomi pomœria. & tunc Daniæ regno ſubjectam provinciam, profectus e Norvegia Rolfus primo conceſſerit, collectisque ibi viribus in Hæbudas deinde profectus ſit. Neque eo tempore ullam multitudinem è Dania profugam proſcriptamque legimus, quemadmodum fabulantur illi iidem Scriptores, dum ad Rolfum refugiſſe tradunt, quos è Dania regalis fugaſſet immanitas. At Haraldi Pulchricomi illa erat immanitas. Et quidem hunc tam potentem lateque celebrem Principem, quem Patrem Rolfi, ipſi prædicant,

dicant, ne nomine quidem effari potuere, invicto argumento, parum admodum iis de Rolfi conditione, antequam ad eos delatus eſt, conſtitiſſe &c. Pontanus quidem authoritatem illorum ſecutus, Rögnvalldum ejus Patrem fuiſſe ſtatuit, è Dania tamen profectum verum pari ratione majores ejus ad Gorem usque potuiſſet ſcire, ſi generis ſeriem obſervaſſet, quæ in Arngrimi Crymogæa extat. Lyſcander autem omnem his fidem abrogavit, nec id immerito, ſi perinde ei conſtitiſſet, atque profeſſus eſt, genus ejus quod à Regnare Lodbroche per filiam ejus, Rolfi matrem, deducit, cujus tamen nomen reddere neſcit, quin ſui oblitus, eandem pagg. 186. in ætate tenera obiiſſe tradit. Rectius feciſſet, ſi perinde ac ego, qui in omnibus dubiis locis autoritatem ejus, cujus fidem ſequor, mihi neceſſario & ex officio, ne cui occaſio detur, fidem meam in dubium vocandi, allegandam cenſeo, indicato vetuſto illo, quod ſecutum ſe dicit, monumento, integram ſententiam in ſupplementum nominis inde deprompſiſſet, ſic enim ſupervacaneum fuiſſet, argumento fidem ſuam ſtabilire, quod ponderis etiam exigui videtur. Nam licet Principes, qui ſuperiores expeditiones ſuſceperant, Danicæ originis fuerint, quod nemo impugnat, non continuo ſequitur, Rolfum ideo Danum fuiſſe, cum autem Rolfus ipſum in argumenti ſocietatem trahat, idem per idem probat. Nec patris Rolfi gloria & quæ prædicatur ingens potentia, opinionem Danicæ originis fulcit, nam in regno, ubi vixit potentiſſimus fuit & quidem tantus, ut Orcades & Hialtlandiam, qui muneris loco acciperet, dignus Regi ſuo viſus fuerit &c. Cauſa autem, quod ſe Danos profeſſi ſunt, fuit Danorum hoc tempore per univerſas Europæ partes maxima illa

Claud. Lyſcander notatus.

Cur Rollo ſe Danum profeſſus ſit.

illa ab Halſdani Diſerti, Ivaris Vidſadmii, Haraldi Hilditanni, Sigurdi Ringi & Ragnaris Lodbrochis recenti plane memoria, ex Anglia primum in iſtas oras ſparſa celebritas, cum interim Norvegia in minutiſſimas provincias, Regulis, nullius fere extra patriam, nedum in remotis oris, nominis aut famæ, regnatas diſtincta, ignobilis & obſcura per multa ſecula, ad recentem usque Pulchriconii dominatum delituiſſet. Quin eidem Pulchricomo cenſebant vicini Reges parum inde gloriæ acceſſiſſe, quod colonos quosdam & ruſticos (nam ita illos appellabant Regulos) deviciſſet. Hinc forte credebat Rolfus, non tam Norvegici, quod adhuc dum ignotum erat, quam Danici Nominis terrore Gallos, virtutis illius ac potentiæ magno cum ſuo malo conſcios, ad conditiones optatas adigi poſſe. Quin gentis hujus tanta erat authoritas & gloria, ut multis exinde ſeculis lingua toti ſeptentrioni communis Danica per excellentiam vocaretur. Sic Olafus Trygguinus (NB. *Rex Norv.*) omnium idiomatis Danici Principum ſuo tempore glorioſiſſimus fuiſſe traditur &c. Quid igitur obſtat, quo minus ſe Danos dicerent, qui lingva, quæ omnibus Danica dicebatur, uſi ſunt, licet eorum Princeps fuerit Norvegus? Verum quod illis in oris Normannos pro Danis omnes firmiter habuerint, non eſt mirum, cum Dani eſſent illi Principes, Biornus ſcilicet Ferrei lateris & Haddingus (quem recte Cranzius ad linguæ Norvegicæ indolem ita appellat, niſi Haſteinus domi vocatus fuerit) qui infeſtis armis Gallos per longum tempus divexaſſent, & hi, qui illis ſucceſſerant, ſe itidem Danos nuncuparent. Sed neque ex eo, quod erudiri in lingva Danica filium ſuum Dux Gvilhelmus curaverit, ullum generis argumentum elicitur, cum ea tam Danis,

Vetuſta Dani Nominis celebritas.

Gallia virtutis Danicæ conſcia.

Authoritas gentis Dan.

Lingv. totius Septentr. κατ᾽ ἐξοχὴν Danica dicta.

Dux Norm. Vilh. filium in lingua Dan. erudiri voluit.

Danis, quam Septentrioni reliquo eſſet communis. Locus autem à Pontano citatus incerti authoris ad annum Domini DCCCXCVI. ipſò quidem confitente, plane evincit è Norvegia Rolfum cum comitibus exercituque ſuo egreſſum eſſe, id quod etiam in geſtis Normannorum in Francia his verbis traditur.

Poſtea Karolus Simplex Rolloni Neuſtriam tradit, quam Northmanniam Northmanni vocaverunt, eo quod de Northvega egreſſi eſſent.

Nihil igitur aliud per Danos intra Norvegiam habitantes Scriptoribus hiſce intelligitur, quam Danicæ linguæ homines, id quod ipſi autores explicant, ut ſupervacuum ſit e Dania eos in Norvegiam & inde in Galliam arceſſere. Paulus namque Æmilius Veronenſis patriam eorum non Daniam, ſed terram Danis finitimam, agnoſcit. Verba ejus adſcribere libet: Piratæ Normanni infeſtiore continentioreque latrocinio Galliam urentes, quam ullus unquam juſtus hoſtis fecerat, Danis finitimi erant oceanique accolæ. Eorum lingua Northus Septentrio, mannus vir eſt. Tacitus tradit Germanorum voce Nerthum terram matrem eſſe, Mannum Tuiſtonis terra editi Dei filium, conditorem gentis creditum. Normannia ipſa ſuum uni nationi nomen eſt, quæ Oceanum accolit, Danis Cimbricæque Cherſoneſo finitima, ſeptentrionalem tamen cardinem ſpectantes gentes in univerſum, Normannica tempeſtate vocati videntur a quamplurimis Scythæ nuncupati. Et Luitprandus Ticinenſis, Græcarum rerum non ignarus, illorum fere temporum æqualis, tradit Normannos Conſtantinopolim usque excurriſſe, ac ut alii ſint, quam qui Galliam vexarunt, Ruſſos eodem nomine extitiſſe. Nec enim veroſimile ſit, unam tantum na-

Septentrionales, dicti Scythæ.

Normanni Conſtantinop. excurrunt.

nationem, anguſtis finibus utentem, totam prope Europam terra marique uno eodemque tempore armis pervagatam. Quicunque ex illius vaſti oceani ora inſulisque ſeptentrionis ac peninſulis (Cimbricæ ſcilicet & Scanziæ vel Scandinaviæ) incompertæ magnitudinis arma ferebant, Normanni a Gallis vulgo nuncupabantur. Cæterum ſatis conſtat, qui poſtremi Neuſtriam tenuerunt, nempe non fuiſſe Danicam, ſed ex multis fuiſſe unam nationem Danis ſociam finitimamque. Hæc Paulus Veronenſis.

Tota Europa a Normannis infeſtata.

Conſimiliter Adamus Bremenſis Danos a Svecis & Normannis diſtinctam gentem ſtatuit &c. His adjiciam Radulfum de Diceto ad ann. DCCCLXXXII. qui Normanni, inquit, Duce Rollone, adjunctis ſibi Danis, Franciam & Lotharingiam pervagantes &c. Nec omittendus Scriptor vitæ Griffithi filii Conani, qui tradit, unum e tribus illis fratribus, qui in Hiberniam venerant, cum Norvagienſibus ſuis in Galliam conceſſiſſe & Francis devictis, ſedes in Normannia fixiſſe. Hunc Radolfum ille vocat, quem alii Rollonem &c. &c. Manebit igitur inconcuſſa Norvegorum Islandorumque monumentorum & priſcæ relationis per tot ſecula demiſſa ad poſteros authoritas, quam duæ membranæ, altera nempe codex ille ingens Sereniſſ. Regis, qui a loco in Islandia celebri, ubi conſcriptus eſt, Flateyenſis dicitur Fol. 3. & 8. altera vero fragmenta ex orcaduum hiſtoria longe vetuſtiora aſſerunt, ubi quidem genealogiæ a Gore deductæ continentur. Chronica etiam duo membranea extant in Biblioth. Univ. Havn. quæ licet genealogiam ab ipſa radice non deducant, parentes tamen utriusque ſexus, avos etiam paternos & fratres cauſamque exilii luculenter exponunt. His accedat Chronicon typis Havniæ 1594 impreſſum Einarisque

Argonautæ Rollonis erant Norvegi & Dani conſociati.

Orca-

Orcadum Comitis vetuſtum, quod hodieque extat carmen, quo Rolfum fratrem ſuum eſſe affirmat &c. &c. Illud hoc loco adjiciam monſtrari hodieque in Sunnmæria navalium Rolfi rudera, locumque, unde ille expeditionem in Galliam meditatus, ſolvit, fama ex iſto tempore, per intermedia tot ſecula usque in præſens conſtanter perhibente. Mihique hoc Clariſſ. Vir Mag. Chriſtophorus Hiermann Diſtrictus illius Præpoſitus paroeciæque Paſtor bona fide retulit. Notata eſt etiam ſcriptoribus noſtris deſcendens ab eo celebris ſatis longaque per Islandiam Norvegiamque ſparſa progenies hoc tenore: Ejus filia Kadlina, nupta Scotiæ Regi, Scotorum ſcriptoribus inter univerſales Reges ignoto Biolano: filiam habuit Nidbiorgem, quæ inter piraticas excurſiones prædasque intercepta ab Helgio Islando Ketillis Simi pronepote eo translata eſt inque uxorem ducta &c. &c. *Hactenus Torfæus. Nec obſervatu hic indigna, quæ idem Torfæus Cap. XXVI. Libr. I. Tom. 2. pag. 44. de Rhythmo in filii proſcripti abitum a Rollonis matre, poetria, compoſito, item Cognomine Rollonis Gaungu-Rolf ſ. Pedeſtri.* Circa hæc tempora (neque enim certum annum aſſignare poſſunt) Rolfus Rognwaldi utriusque Mæriæ & Raumsdali Comitis ex conjuge Hilde (codex Flateyenſis Ragnhildem vocat) filius, avi materni Rolfi Nefiæ, ſeu Naſonis nomen referens per longam, ut videtur, avorum ſeriem a Sturlongi Laborioſi (ſi ejus vita tota conficta non eſt) tempore demiſſum, per Balthicum mare aliquanto tempore piraticam agere aſſuetus, cum in Vikam appuliſſet, armenta pecudesque ſuperiorum temporum licentia in commeatum alimentaque ſuorum militum rapuit. Id cum Regi non procul inde agenti innotuit, majorem in modum excanduit, non & legem

Rudera navalium Rollonis ſuperſunt in Norv.

Kadlina filia Rollonis Regina Scotiæ.

Rollo in Vika prædatur.

a ſe

a ſe latam, quæ inteſtinas omnes direptiones ſevere coërceret, violatam, contemptusque præſentiæ ſuæ culpam auctam indignatus eſt. Is igitur Legum mandatorumque ſuorum ſeverus vindex, Rolſum totius Norvegiæ finibus proſcripſit exulemque publice in foro judiciario pronuntiavit. Quo cognito mater Hrolfi Hildis ad Regem profecta, iramque deprecatura, interceſſione ſua nequicquam placabat: Rythmum igitur, cujus hic eſt ſenſus & ipſa irata modulabatur:

Norvegia proſcribitur.

Rhythmus in abitum Rollonis a matre poetria.

Nomen jam Naſonum tibi inviſum eſt, dum virum præcipuum patriis finibus eliminas, nobilitatis illud decus. Lupum in greges inter ſilvas ſaltusque oberrantes irritare quid conducit? qui in rabiem verſus haud exiguum damnum inferet.

Hic Gaungu-Rolſus dictus eſt, quod ambulantem ſeu Pedeſtrem denotat, eo quod tanta corporis mole fuiſſe tradatur, ut nullus equus ei vehendo par eſſet pedesque incedere neceſſe habuerit, procul dubio nominum ſimilitudine avos nepotesque confundente, ut ſæpius fieri ſolet, namque Sturlaugi Laborioſi filius primus Gaungu-Rolfi ab eadem cauſa nomen ſortitus perhibetur, quod huic forte ex eadem familia prognato cum proprio nomine, ut fit, etiam aptatum conjicere licet, alias a ſcriptoribus res ejus geſtas prodentibus, minime moles illa prætermiſſa fuiſſet.

Confuſio nominum.

Geſta Wilhelmi Rollonis filii Normann. Ducis.

§. 16. *Patrem Rollonem in Ducatu Normanniæ ſecutus eſt ejus ex Popa filius* Vilhelmus, *de quo nonnulla hoc quoque loco dicenda. Redimus igitur ad Dudonem noſtrum, qui Libr. III. ſub initium ita infit:* Igitur glorioſiſſimus Dux præpotensque Comes Willel-

Willelmus & æterno Regi athleta dilectiſſimus, ex proſapia inſigni, patre Daco ſcilicet Rollone, matre Francigena, videlicet Poppa, ut præcedenti libro peroratum eſt, genitus, Rotomagenſi urbe extitit oriundus. Quem genitor Bothoni cuidam ditiſſimo Comiti (*NB. gente Dano vid. ſupra.*) ſacro baptiſmate perfuſum ad educandum commendavit, eumque ad erudiendum, ut decebat tradidit &c. Erat effigie conſpicuus, ſtatura procerus, mente ſtrenuus, morum probitate grandævus, vir fieri perfectus, totis nitens viribus. &c. Cupiebat labile linquere ſeculum, ſeque Gimegias fieri Monachum. Sæpius animo id replicabat &c. Quapropter lacrymis ſedulo incumbebat, corpusque ab eſcis duriter ſuſpendebat. Pernox vigiliis inſiſtebat, ciboque pauperes recreabat. &c. &c. Northmannorum Britannorumque Comites, Principesque venerunt unanimes ad Rotbertum (ſc. Rollonem) Rothomagenſi ſede annoſæ ætatis ſenio feſſum, ſubmiſſoque vultu ad eum dixerunt: Domine Dux præpotentiſſime, ſenilis ætatis aggravaris importunitate, tibique & nobis non potes ſalubriter ſubvenire. Exteræ gentes idcirco jam nos affligunt, noſtraque penitus ſibi diripiunt, inter nos divortium atque duellum agitur &c. Elige igitur, qui præſit & proſit nobis precamur, cuique diligenter ſubjiciamur. &c. Tunc Rollo: Eſt mihi filius Francigeno nobiliſſimæ generoſitatis ſemine exortus, quem Botho Princeps militiæ noſtræ ut filium educavit, moribusque & ſtudiis belli ſufficienter inſtruxit. Illum, precor, eligite Ducem vobis & Protectorem, Patricium & Comitem. Subveniat vobis ſagaciter in conſiliis, proſitque vobis conſtanter in præliis &c. Monaſticis rebus, ut dictum eſt mihi, vult ſe mancipari theoricisque mutato habitu ſubnecti. Tunc Comites hilares

Wilhelmus Bothoni Dano educandus & erudiendus traditur.

Vilhelmus Monachis Gemeticenſibus aſſociari cupit.

Exteri ſenio Rollonis indutti Normannos vexant.

lares reſponderunt: Ille nobis erit Dux hæreditarius &c. gentisque Franciſcæ regnum faciemus ei acclivium. Dux autem præcepit Bothoni militiæ Principi, ut adduceret ſpem populi, ſcilicet Willelmum adoleſcentem ſibi. Botho vero ad Patrem celeriter Willelmum adduxit, accerſitis Principibus totius regni &c. Tunc Rollo: Ecce quem requiritis, ecce hæres noſtræ poſſeſſionis &c. Iſti vobis faventibus trado regnum ſudore præliorum adeptum &c. Legibus & ſtatutis noſtris conſtanter auxiliabitur, jusque & decretum noſtrum hoc ſuperſtite non delebitur. Vos quoque terra, quam ſorte dedi vobis, non fruſtrabit, inſuper augendo ampliabit. Quapropter manus veſtras gratia ſervandæ fidelitatis manibus hujus date, noſtræque fidei ſacramento fidem continui inſolubilisque ſervitii & militationis iſti, precor, facite. His dictis Berengerus Comes & Alannus pariter ceterique Britones nec non Northmannorum Principes ſubdiderunt ſe volenter Willelmo unanimes, juramento ſacræ fidei illi ſe colligaverunt &c. Abhinc namque peracto unius luſtri ſpatio, Rollone defuncto, Northmanni pariter & Britanni in unum convenerunt tenoremque fidei Willelmo iterum ſanxerunt. &c. Legibus paternis populum ſtrenue regebat, hisque reos ſuppliciis damnabat. Animi corporisque virtute omnibus præcellebat, rerum forenſium prudentia omnes exſuperabat &c. Conſtans defenſor erat in adverſis, conſiliator ſagaciſſimus in proſperis &c. Cum autem talibus ſupernæ diſpenſationis muneribus abundantius polleret, bonæque actionis ſuæ fama pene per univerſum orbem largiſſime propalata crebreſceret &c. cœperunt contra Willelmum Ducem eſſe rebelles. Hujus namque inæſtimatæ opinionis veritas cum ad notitiam ipſius poten-

Wilhelmo patre adhuc vivo, homagium præſtitum.

Jurisprudentia Wilhelmi.

potentiſſimi Ducis perveniſſet, miſit legatos ſuos ad Britones, ut reſipiſcerent celeriter & venirent famulari ſibi Rotomo feſtinanter. Illi autem legatos remiſerunt ad Ducem Willelmum, dicentes: Non militabimus tibi ultra, nec famulabimur, quia ſub imperio Franciſcæ dominationis ſemper viximus. Rollo vero tuus genitor, conglobatis barbarorum advenarumque turmis Franciam olim invaſit & terram, quam modo poſſides, ut pacificus regno eſſet, ſibi Regis dono adquiſivit. Terra vero, quam tenemus, non ei data fuit in heredum ſuorum poſſeſſionem, ſed attributa tamdiu, ut ex ea viveret, donec reædificaretur terra, quam dono Regis receperat vaſtatam: Nihil nobis & tibi, niſi amicitia & concordia &c. Audiens autem Willelmus Dux Dacorum hujus Britannicæ legationis mandatum, convocat principes Northmannorum ad conſulendum &c. Tunc quidem Bernardus ſecretorum Willelmi Ducis conſcius Bothoque Princeps domus dixerunt omnibus: Mirum & inauditum atque nobis ſtupendum hujus mandati reſponſum. Cum patre tuo olim Rollone Dacia exterminati &c. (*Et poſt longam geſtorum ſeriem recenſitam*) Nunc & nos quid facimus contra deſervientes rebellesque Britannos, qui tanta & talia prælia peregimus? effeminatos viribusque exhauſtos nos eſſe recognoſcunt, ideo talia remandare auſi ſunt. Alimonia hujus terræ putant nos inermes eſſe, viribusque penitus deficere. Sentiant robur noſtrum hujus regni converſatione non tabidum &c. Diſperdamus arrogantiam illorum virtute noſtra eorumque ſupercilium conteramus potentia noſtra &c. &c. Hujus exhortationis alloquio Willelmus atrociter motus & inſtigatus congregavit univerſi regni ſui concitè exercitus, ivitque ſuper fluvium Coyſnon, Britonum domi-

Britones rebelles.

Britones Danorum robur alimento Gallico emollitum opinati.

dominaturus. Hujus igitur adventu Britones exterriti nolentesque Willelmo famulari, latuerunt præſidiis urbium recepti. Tunc Willelmus occupavit exercitu ſuo omnem terram Britannorum & ſubvertit plurima loca munitionum. Willelmo vero a Britannia regreſſo Rothomagenſem urbem Britones ſubſecuti & devaſtantes, pagum invaſerunt Bajocaſenſem. Igitur Willelmus revocato cuncto exercitu præoccupavit regreſſum illorum, pugnavitque fortiter contra illos, cæſisque plurimis Principibus Britannorum obtinuit de inimicis triumphum &c. Videntes autem Berengerus & Alannus cæterique Britones, quod non prævalerent adverſus Willelmum, miſerunt ad eum verbis deprecativis legatum: Patri tuo obedienter ſervivimus, tibique incumbentes famulari cupimus &c. Pravorum conſiliis obcæcati neglexiмus mandata imperii tui. Avertatur furor tuus a ſervis tuis &c. Pœnitet nos contra te erraſſe &c. Willelmus Dux, conſultis Dacorum Principibus, Berengerum Ducem Britannorum &c. gratuita pietate recepit, eumque ſacramento perſeverandæ fidelitatis ſibi connexuit, Alannum vero, qui hujus rixæ & jurgii incentor fuit, Britannica regione cum ſuis extrudit. Ipſe vero in Britannia nec in tota Francia usquam morari ob metum Willelmi Ducis nequivit, ſed profugus expedivit auxilium Alſtemi Anglorum Regis. Tunc Willelmus utriusque regni populum ſtrenue rexit &c. Cogentibus igitur Comitibus ſuis, ne deficeret hæres ducaminis, connexuit ſe geniali jure cuidam nobiliſſimæ virgini elegantiſſimæ formæ &c. &c. Hugonis igitur eo tempore Ducis amicitiæ mutua voluntate connexuit ſe &c. Dehinc atque Heriberto Satrapæ conjunctus eſt pacto labilis amicitiæ. Videns autem quidam Riulfus, perfidiæ nequitia

Britannia minor a Willelmo occupata & punita.

Rothomagus & Bajocæ a Britonib. vaſtat.

Britones cæſi & ad obſequium redacti.

Alannus rebellionis incentor proſcriptus.

Wilhelmus uxorem ducit.

nequitia atrociter repletus Willelmum Ducem, ſcilicet dominum ſuum amicorum præſidio confortari valde & convaleſcere, convocatis plurimis Principum Northmannorum fraudulenta retulit voce: Noſter Senior Willelmus, nobiliſſimo Franciſcæ ſtirpis ſemine genitus, Francigenos amicos adquirit ſibi &c. Nos vero conatur regno penitus extrudere, remanentiumque colla jugo ſervitutis duriter opprimere. Terram autem, quam poſſidemus, parentibus ſuis in heredum ſuorum poſſeſſionem dabit &c. Faciamus inter nos fœderis ſempiterni pactum &c. Quin etiam, ſi nos omnes una voluerit perdere, ejus hoſtiliter reſiſtamus audaciæ. Mittamus ad eum quendam internuncium, ut, ſi voluerit nos promptos habere ſibi ad ſerviendum, largiatur nobis terram usque ad flumen Rislun. Nos frequentia militum, ſi dederit, ditabimur. Ille fruſtratus milite annullabitur &c. Hincque potentiores eo erimus fortuna & virtute, ille tantum nobis nomine. &c. Adſtante ante Willelmum internuntio, expletoque legationis officio, ipſe obſtupuit ſuper mirandæ præſumptionis verbo. &c. Remiſit ad Riulſum verbis pacificis Legatum ſubſequentia dicturum: Terram, quam a me requiris, non poſſum largiri vobis, omnem tantum ſupellectilem, quam poſſideo, concedam libenter vobis, videlicet armillas & balteos, loricas & galeas, atque cambitores, equos, ſecures enſesque præcipuos auro mirabiliter ornatos. Gratia mea continua, militiæque palma in domo mea fruemini; ſi incumbentes meo ſervitio voluntarie fueritis &c. Quicquid volueritis veſtro juſſu explebo &c. Cumque nuntius hujus humilitatis perveniſſet ad Riulſum &c. Tunc veneno perfidiæ ſuffuſus &c. temerario ore garrit hæc in Principum auribus: Verbo tantæ humilitatis, quam

Rebellionem Britannicam ſequitur rebellio Normannorum.

Willelmus rebellibus ſupplex.

audiſtis, præſagit nos adquieſcere & ſoporari, ſicque prolixitate tantæ dilatationis Francigenam parentelam ſuæ generoſitatis conjuratis Principibus & alcitis, ſuper nos nititur coadunari. Animadvertamus igitur, ne decipiamur, neve Franciſcis gentibus conferamur &c. occurramus ei conglobato ad Rotomagenſem urbem exercitu, ut ipſe & conſiliarii ejus Rotomo tradantur &c. Hujus peſtiferæ exhortationis verbo exercitu conglobato, transmeantes clam Sequanæ alveum, juxta Rotomagenſem urbem in quodam prato caſtra metati ſunt. Tunc Willelmus repentinum perverſæ multitudinis metuens impetum, miſit ad eos humillimis verbis Legatum dicturum: Noſter Senior Willelmus, juvenalis ætatis flore nitidus, vult vobis eſſe per omnia pacificus & benivolus. Mandat vero vobis, ut honorem totius patriæ ſecum communicetis, ſuoque in conſilio primi & præmaximi, cunctis præcellatis. Terram autem, quam dari vobis petitis, non ſolum usque ad Riſlum, verum etiam usque ad Sequanam libenter concedet vobis &c. Tunc incentor hujus mali nequiſſimus, Riulfus, inquit legato: Revertere celerius, dic Willelmo & ſuis omnibus, ut exeat a mœnibus civitatis hujus petatque Francos, parentes ſuos, citius. Non enim erit hæres ultra terræ hujus, nec noſtri amplius dominabitur &c. Terra vero, quam repromittit nobis, dono ejus non dabitur, quia dari non poteſt, quod non habetur. Si vero civitatem non deſerere maluerit, nos ſuper eam invademus, eaque capta, Willelmum & ſuos gladio conteremus. Cumque internuntius, quæ audiſſet, Willelmo Duci feſtinanter retuliſſet, novitate rei ſtupens diriguit, convocatisque Principibus, exercituque coadunato, urbe exiit, montisque procliva civitati imminentioris ſubiit, cupiens exercitum inimicorum ſuorum intueri, ſi forte di-

Conſpirantium exercitus ingens.

Willelmus iterum ſpplex.

micare

micare poſſet cum illis. Videns autem majorem ſuo & copioſiorem, dixit ad Bernardum Dacigenum militem: Ibo ad Bernardum Silvanectenſem meum avunculum, moraborque tam diu apud illum, donec præſtet nobis aliquod auxilium. Ejus conſilio & adjutorio revocabo terram, omnesque hos exercitus Francorum hoſtiliter conteram &c. Tunc Dacigena Bernardus reſpondiſſe fertur: Tecum usque ad Eptæ fluviolum properabimus, verum Franciam non penetrabimus, quia quondam cum patre tuo eam ſæpe bellis repetivimus, multosque incœpto prælio proſtravimus. Quin etiam ſuperſtitum adhuc avos & avunculos, patres & patruos, materteras & amitas, conſobrinos & conſanguineos, aut interemimus, aut captivavimus. Et quomodo quiverimus tantorum inimicorum faciem ſubſiſtere? Aliena mavis quadra vilis vivere, quam regnum regere & protegere. Ego & conſortes mei te non ſequemur, neque quò vis proficiſcemur. Navigio ergo Daciam noſtræ nativitatis terram repetemus, quia Duce & Advocato caremus. Non vales nobis ultra viribus effeminatus præeſſe, quia mortem metuis his hoſtibus imminere. His aſperrimis ſermocinationibus Willelmus inſtigatus, dixit Bernardo Dacigenæ coram ceteris Principibus: Duris & obſcœnis verbis me turpiter laceſſiſti, cum me effeminatum armisque frigidum, quin etiam nihilum vocaſti. Ecce præibo ſignifer feſtinanter ad prælium & conteram conſtanter exercitum inimicorum. Devorabit gladius meus carnes perjurorum, diſrumpamque & diſſipabo caſtra eorum. Non diutius ſegnes & timidi moramini, verum me feſtinanter ſequimini & invadamus eos, ut agnos lupi. Cernens autem Bernardus animoſitatem conſtantiamque virilem Willelmi Ducis, dixit

Willelmus, viſa hoſtium immenſa multitud. ſpem deſpondet.

Bernardus Silvanectenſis avunculus Wilhelmi.

Bernardus Danus Galliam intrare reformidat, ne poſteri majorum ſtragem ulciſcantur.

Willelmus Bernardi Dani correctione ad prælium inflammatus.

Exercitus Willelmi trecentorum militum.

dixit ad eum verbis humillimis: Domine Dux præpotentiſſime, noli iraſci noſtra allocutione, quia conſequens eſt & utile, quod nobis jubes facere. Tantum experiemur, quis tecum ibit ad prælium &c. Reperti ſunt autem Bernardo inquirente trecenti viri, parati cum Willelmo præliari & mori. Qui unanimes ante illum venerunt, judiciumque fœderis, fideique & adjutorium more Dacorum facientes tela mutuæ voluntatis pacto una concuſſerunt. Cetera gens armis frigida receſſit ad præſidium urbis celeri fuga &c. Tunc Willelmus cum trecentis ferro indutis irruit repente ſuper inimica caſtra temerariæ multitudinis, conterens eos &c. Obtinente igitur Willelmo de inimicis triumphum, Rulfus fugiendo evanuit &c. Tunc Willelmus luſtrans campum cadaverum & non inveniens mortuum ullum ſuorum, glorificavit cum ſuis Deum &c. Locus autem, in quo bellum mirabile fuit, dicitur usque in præſentem diem ad Pratum-Belli. Revertenti igitur Willelmo de prælio, occurrit ei miles quidam ex Fiſcanno, nuncians, quod eſſet ei filius ex conjuge dilectiſſima natus &c. Tunc Willelmus tantorum cæde atque ruina ſublimiter exaltatus, obtinuit utrumque regnum Britannorum Northmannorumque bellorum ſecurus, nec auſus eſt contra illum litigare ullus. Franciſcæ gentis Principes Burgundionumque Comites famulabantur ei, Dacigenæ & Flandrenſes, Anglique & Hibernenſes parebant ei. Cæteræque gentes, in affinitate regni ſui commorantes, obediebant ejus imperio unanimes. Tempore namque prædignæ venationis, quo cervi petulanti luxu urgente congrediuntur cervis, ſcenas ſpatioſæ amplitudinis in loco, qui dicitur Leons, mandavit ſibi præparari. Heribertus hoc audito Comes, Hugoque totius regni Dux & Princeps, nec non Willelmus

Ritus Danicus tela in fidei ſignificationem una concutiendi.

Triumphus Willelmi.

Veſtig. Dan.

Filius Willelmo natus.

Flandri, Angli & Hiberni parebant Willelmo.

lelmus Pictavenſis Comes, venerunt illuc ad eum feſtinanter. Quos Willelmus cum magno apparatu reverenter ſuſcepit ſecumque diuturno venationis tempore morari luxuque regali epulari ſplendide fecit. Quadam namque die Willelmus Pictavenſis dixit Willelmo Rothomagenſi: Domine Dux, ſcisne, quare huc venerimus? Reſpondit: ignoro. Et ille. Nolens mittere Legatos tibi tam digno Comiti ipſe legationis negotio fungi malui. Et ut des ſororem tuam uxorem mihi, veni &c. Tunc Rothomagenſis Willelmus reſpondiſſe ludendo fertur: Pictavenſes ſemper ſunt timidi, frigidique armis & avari. Non decet talem puellam ab eis haberi. Willelmo Pictavenſi verbo exaſperationis in uno obtutu hærenti, intulit Willelmus Rothomagenſis: Craſtina die, ne turberis, reddam tibi reſponſum, conſultu meorum fidelium. Sequenti namque die conſilio Hugonis Magni & Heriberti Comitum &c. dedit ſororem ſuam Willelmo Duci Pictavenſi. Quam vero nuptialium rerum copia honorifice redimitam, equisque femineis phaleris onuſtis, auro electroque artificialiter præbalteatis ſubvectam &c. deduxit reverenter ad Pictavenſem aulam. Videns autem Heribertus, Willelmum Rothomagenſem confortari & convaleſcere &c. Conſilio Hugonis Magni Ducis dedit filiam ſuam illi. Quam Willelmus conduxit magnifice Rothomagenſis urbis arcibus &c. Et multis interjectis. Interim Hlotharienſes & Saxones cœperunt invective & ironice alloqui Cononem (ſc. Saxonum Ducem) dicentes: Quam miræ ſufficientiæ & poteſtatis eſt Dux Nortmannicæ Britonicæque regionis, qui huc advenit auro comptus & ornatus cum militibus quingentis. Willelmus vero per Daciſcam linguam, quæ dicebant ſubſannantes, intelligen-

Feſtivum Wilhelmi reſponſ.

Gerloc filia Rollonis Duci Pictavenſi Willelmo nupſit.

Wilhelmus alteram conjugem ducit.

Saxones Danica lingua locuti.

gendo ſubaudit, parumperque commotus ira diſceſſit. &c. &c. &c. Regibus ſecretius colloquentibus (*ſc. Ludovico Franciæ Rege & Heinrico Rege, ut vocat, Transrhenano*) cœpit affari Daciſca lingua Ducem Willelmum Saxonum Dux Herimannus. Tunc Dux Northmannorum Duci Saxonum Willelmus: Quis tibi Daciſcæ regionis linguam Saxonibus inexpertem docuit? Reſpondit: Bellicoſum egregiumque genus tuæ armipotentis progeniei me nolentem Daciſcam linguam docuit. Willelmus: Quomodo nolentem? Herimannus: Quia invadens ſæpiſſime plurima caſtra mei Ducaminis innumerabilia prælia in me exercuit, meque prælio captum ad ſua detruxit, & ideo nolenter eam didici. Interea Dux Cono fatur Saxonibus ſubſannando: Quid vobis videtur de Duce Northmannorum Willelmo? Excepto Rege noſtro, quis potentior, quis ditior, quis melior illo? Reſponderunt Saxones: Ignorabimus rerum ſufficientiam illius, ideoque illum pridem falſæ opinionis verbo indigne vituperabamus. &c. &c. Et poſt multa: Arnulfus Dux Flandrenſium, veneno vipereæ calliditatis nequiter repletus, aſtuque diabolicæ fraudis illectus, gentisque Franciſcæ quorundam Principum ſubdolo conſilio & malignitate atrociter exhortatus, cœpit meditari & tractare lugubrem mortem ejus Willelmi. &c. &c. Arnulfus miſit ad Ducem Willelmum in dolo verbis pacificis, ut veniret illuc (*ſc. in inſulam juxta fluvium Somenam*) cum duodecim militibus ſuis. Transgredienti nave Willelmo cum duodecim ſuis, venit Arnulfus obvius claudicans & ſubnixus duobus ſuis, cœpitque illi dicere ſimulando: Ad te venio ſupplex, ut meos tuosque concilies ſisque mihi adjutor adverſus meos infideles, quia infirmita-

Elogium Danor.

Dani Saxoniam invadentes Saxones linguam Danicam docuere.

Arnulphus Dux Flandr. cædem Wilhelmi meditatur.

mitate ſubactus nequeo dominari & opprimere hujus terræ rebelles. Totius etenim Galliæ Monarchiæ ſalubri conſilio dominaris, ideoque ſuper me meosque Dux & Marchio deſidero ut habearis &c. Poſt meæ reſolutionis exceſſum poſſidebis meæ ditionis regnum. Herluino tuo Comiti, quæ contra me offendit, voluntarie dimittam &c. (*De hoc Herluino Dano Monaſterii Beccenſis in Neuſtria fundatore plura inferius.*) Dux vero Willelmus putans, quod corde benivolo & perfecto, fideque integra loqueretur, pacificavit Herluinum cum Arnulfo perfido & ſuis omnibus. Tota die pene ducta moroſis ambagibus, Willelmus cum duodecim regreditur, dato oſculo Arnulfo, intratque cum remige claſſem ſolus, duodecim comitibus altera antecedentibus. Tunc Ericus Balzog & Rotbertus, atque Ridulfus perfidi, cœperunt Willelmo Duci doloſe fari: Domine, Domine, torque parumper precamur navim, volumus te paucis. Noſter Senior nequit te amplius aggredi, quia podagræ infirmitate ſcis eum detineri, ſed mandat mirabile, cujus oblitus eſt, tibi. Tunc Willelmus torquet navim celerius venitque ad ripam fluminis, armorum ſecurus ſine ſuis cum eis locuturus. At illi ſub pellium teginine jam abſconſis quatuor mucronibus celeriter extractis &c. occidunt heu! dolor, innocentem Willelmum videntibus cunctis. Hincque cum Domino omnium nequiſſimo celeri claſſe transvecti ſuoque exercitui annexi, præpete equitatu potiuntur fuga elapſi &c. Sic pretioſus Marchio Willelmus teſtisque Chriſti glorioſiſſimus felici martyrio conſecratur &c. Quædam ilico phalanx decepti & martyriſati Willelmi concurrit ad eum & trans ripam fluminis Somenæ altrinſecus cum magno ejulatu nave detulerunt &c. Revolventes

Willelmus doloſe necatur.

ventes veſtimenta illius, repererunt parviſſimam clavium argenteam dependentem in ſtrophio lumborum ejus: ſciſcitantibus illis a domigenis quam pluribus, cujus rei gratia cinctorio clavis illa dependeretur, reſpondit quidam Camerarius ſecretorum ejus conſcius: Noſter Senior Wilhelmus vovit, ſe hoc labile ſeculum derelicturum & ſe fieri Gimegias Monachum. Et hæc clavis cuſtodit in quodam ſcrinio & coarctat monachilem habitum, ſcilicet cucullam & laneum ſuparum. (*Exemplum huic parallel. habetur in Sancti Erici Dan. Regis & Martyris ab Abele fratre occiſi hiſtoria*) ſtatim vero corpus ſacroſanctum feretro impoſitum Rothomagenſi urbi delatum in Eccleſ. B. Mar. honorifice ſepelierunt. *Hæc Dudo. Epitaphium Wilhelmi ſuppeditat Ordericus Vitalis Hiſtor. Eccleſ. Libr. V. p. 568. in Collect. Quercetan.* Exequiales, *inquit*, næniæ ſuper Mauſoleum Guilhelmi Longæſpatæ, quod in ſeptentrionali plaga ſitum eſt, literis ex auro ita ſunt enodatæ:

Willelmus Rothomagi ſepelitus.

EPITAPHIVM GVILLELMI LONGÆ-SPATÆ.

Quos defendebat Guillelmus, nemo premebat,
Auxilio caruit, lædere quem voluit.
Regibus ac Ducibus metuenda manus fuit ejus,
Belliger Henricus Cæſar eum timuit.
Rexit Normannos viginti quinque per annos,
Militis atque Ducis promptus in officiis.
Cœnobium pulcre reparavit Gemmeticenſe
Et decrevit ibi ferre jugum Monachi.
Fervidus invicti coluit normam Benedicti,
Cui petiit ſubdi plenus amore Dei.
Diſtulit hæc Abbas Martinus, diva poteſtas,
Sæva per arma mori prætulit omen ei.

Namque

Namque dolis Comitis Arnulfi nectus inermis
Corruit, æthereum poſſit habere Deum. Amen.

§. 17. *Wilhelmo patri ſucceſſit filius Richardus, in cujus hiſtoria hæc nobis imprimis obſervanda, primo juſſiſſe Willelmum, ut filius Richardus, Bothonis Dani inſtitutioni traditus, non Rothomagi, quamvis ea caput eſſet Normanniæ, ſed Bajocis, ubi frequentior Danici idiomatis vigebat uſus, educaretur: Dudo Libr. III. pag. 112. in Collect. Quercet.* His incumbens rimationibus (*ſc. Willelmus*) infit prænominatis (*ſc. Bernardo & Bothoni, utrique Dano, item Anſleco.*) Quoniam quidem Rotomagenſis civitas Romana potius, quam Daciſca, utitur eloquentia, & Bajocacenſis fruitur frequentius Daciſca lingua quam Romana, volo igitur, ut ad Bajocacenſia deferatur quantocyus mœnia, & ibi volo, ut ſit, Botho, ſub tua cuſtodia & enutriatur & educetur cum magna diligentia, fervens loquacitate Daciſca, tamque diſcens tenaci memoria, ut queat ſermocinari profuſius olim contra Dacigenas. *Concinit huic Vilhelmus Gemmeticenſis Hiſt. Normannor. Libr. III. in Collect. Quercet. pag. 237.* Quem confeſtim pater Bajocas mittens, Bothoni Militiæ ſuæ principi nutriendum tradidit, ut ibi lingua eruditus Danica, ſuis exterisque hominibus ſciret aperte dare reſponſa. *Adſtipulatur Henricus Basnagius in Tractatu ſuperius citato, his verbis:*

Perſonalia Richardi ex Willelmo geniti.

Willelmus curat filium ſuum Richardum linguam danicam edoceri.

Guillaume I. petit fils de Raoul fit elever ſon fils Richard I. à Bayeux plus tot qu' à Rouen, parce qu' on parloit Danois à Bayeux & que la langue Romaine étoit plus en vogue à Rouen.

Bajocis Gallor. Danicæ lingua frequens uſus.

Secundo, *Richardum*, *mortua priore conjuge Emma, ſecundis nuptiis duxiſſe Gunnorem Virginem nobilem ex Danis oriundam*, *teſte Gemmeticenſi Cap. XVIII. Libr. IV. apud Quercet. p. 247.* Qua tempeſtate, *inquit*, Emma uxor ejus, filia Hugonis Magni, abſque liberis moritur. Ipſe vero non multo poſt quandam ſpecioſiſſimam virginem, nomine Gunnor, ex nobiliſſima Danorum proſapia ortam, ſibi in matrimonium Chriſtiano more deſponſavit. Ex qua filios genuit, Richardum videlicet & Robertum (poſtea Archiepiſcopum Rothomagenſ.) atque Malgerium, aliosque duos atque filias tres. Quarum una, nomine Emma, Edelredo Regi Anglorum nupſit, de qua idem Rex Edvardum & Alaredum, Godwini longo poſt dolis interemptum, procreavit. (*NB. Eadem Emma poſtea nupſit Canuto Magno Daniæ & Angliæ &c. Regi, cui peperit Canutum Durum, ultimum Danicorum in Anglia Regem*) ſecunda vero, Hadüis vocata, Goifredo Britannorum Comiti juncta, Alanum & Eudonem Duces progenuit. Tertia quidem Mathildis Odoni Comiti. (*ſc. Carnotenſi, quo cum defuncta ſorore Mathilde, Richardo II. dimidium Caſtri Dorcaſini, quod dotis nomine acceperat Odo; repetenti tanta intercesſit ſimultas, ut Richardus Dux, dicente capite XI. Gemmeticenſi*, miſſis legatis, duos Reges cum paganica multitudine ex transmarinis partibus ſibi evocaret in auxilium, Olavum ſcilicet Noricorum & Lacman Suauorum, *qui foſſis per planitiem Campi profundiſſimis cuniculis, Britones ingenti ſtrage proſtravere, Caſtro* Doli *ab iisdem poſtea obſeſſo & combuſto.*) *De eadem Gunnore loquitur ulterius Libr. VIII. Cap. XXXVI. Gemmeticenſis noſter*: Libet literarum memoriæ commendare, ſicut ab antiquis didici,

Richardi uxor Danica ex eadem progenies.

dici, qualiter ad conjugium Comitis Richardi eadem Gunnor acceſſerit. Igitur Richardus Comes, audita fama pulchritudinis conjugis cujusdam ſui foreſtarii, manentis haud procul ab oppido Arcarum, villa, quæ dicitur Schechevilla, ex induſtria ivit venatum illuc &c. Hoſpitatus igitur in domo foreſtarii illectusque venuſtate vultus uxoris ipſius, præcepit hoſpiti ſuo, quod ipſa nocte adduceret ad cubiculum ſuum uxorem ſuam Sainfriam. Quod cum ille eidem triſtior retuliſſet, illa ut ſapiens mulier conſolata eſt illum, dicens, ſe ſuppoſituram in loco ſuo Gunnorem ſororem ſuam virginem; quam plurimum ſe ipſa pulchriorem. Quod & factum eſt. Cognita denique tali fraude delectatus eſt Dux, quod non incurriſſet peccando in alienam uxorem. Genuit itaque ex Gunnore filios tres totidemque filias, ut ſuperius invenitur. Cum vero idem Comes quendam filium ſuum, nomine Robertum, vellet fieri Archiepiſcopum Rotomagenſem, reſponſum eſt ei à quibusdam, hoc nullatenus ſecundum ſcita Canonum poſſe, ideo quod mater ejus non fuiſſet deſponſata. Hac itaque cauſa Comes Richardus Gunnorem Comitiſſam more Chriſtiano ſibi copulavit, filiique, qui jam ex ea nati erant, interim dum ſponſalia agerentur, cum patre & matre pallio cooperti ſunt & ſic poſtea Robertus factus eſt Archiepiſcopus Rotomagenſis. Cap. XXXVII. agit de duabus ejus ſororibus, quas tanquam Danas origine omittere noluimus: Ipſa autem Gunnor, excepta Sainfria, habuit duas ſorores, Wewain & Awelinam. Altera quarum adminiculante ipſa Comitiſſa, quæ fuit femina magnæ prudentiæ, nupſit Turulfo de Ponte Audomari, qui fuerat filius cujusdam nomine Torf, à quo etiam usque nunc quædam villæ cognominatæ ſunt

Dolus non malus.

Robertus Filius Wilhelmi ex Gunnore fit Archiepiſcopus Rothomagenſis.

Ter-

Ex Danico ſangvine ſatæ ſunt nobiliſſimæ familiæ Harcourt Bellmonte Bolebec & Buchingham.

Torſvillæ. Hujus Turulfi frater fuit Turchetillus, pater Anſchetilli de Harecurt. Genuit autem ex eadem idem Turulfus Humfridum de Vetulis, patrem Rogerii de Bellomonte. Tertia autem ſororum Gunnoris nupſit Osberno de Bolebec, ex qua genuit Galterium Giffardum (*unde Duces de Buchingham in Anglia, ut alibi monſtravimus, deſcendunt.*)

Leges Normannicæ Danico, non ut reliquæ apud Gallos latino idiomate ſunt conſcriptæ.

Dignum eſt, quod hic legatur, laudati Baſnagii de Legibus Normannorum & quidem Dania, contemptu alienarum, lingua conſignatis egregium teſtimonium in allegato Tractatu, qui inſcribitur: La Coutume reformée du païs & Duché de Normandie par Mr. Henry Basnage Eſcuyer, Seigneur de Franquesney: On ne ſçait pas pour certain, quand eſt ce que les loix ou coutumes furent redigées par ecrit; tout ce que l' on en peut dire d' aſſuré, c' eſt que toutes les autres nations, dont les loix ſont parvenuës jus qu' à nous, ayant étez contraintes, d' emprunter la langue Latine pour expliquer leurs coutumes & les reduir par ecrit, les Normans ont été les ſeuls, qui ont ſçeu ſe ſervir de leur langue pour cet effect. Leur fiereté naturelle leur donna meme tant de mepris pour la langue qu' on nommoit alors Romaine, qui n' étoit qu' un melange du Latin du Gaulois & du Francois, que Guillaume I. petit fils de Raoul fit elever ſon fils Richard I. à Bayeux &c. ut ſupra. Vid. Journal des ſçavans du 8 d' Aouſt 1678.

Memorandus hic quoque tritus ille Litaniæ quondam Italo-Gallicæ articulus. A furore Normannorum libera nos Domine! *Id quod pa-*

parieti Monaſterii St. Genoveſæ Pariſiis inſcriptum tradit Wolſius noſtras in Norrigia ſua illuſtrata.

§. 18. *Claudat tandem hanc noſtram de Normannis in Gallia paragraphum relatio Gemmeticenſis de Haraldi Cærulidentis Daniæ Regis in Normanniam Daniæ cognatam fuga ibidemque geſtis. Libr. 3. Cap. 8. hiſtoriæ Normannicæ.* Haraldi Cærulidentis R. D. fuga in Galliam ad Danos populares ſuos.

Interea, *inquit*, tanti Principis (Gulielmi) fortitudinem ac pietatem fama divulgante, Haigroldus Danorum Rex à filio ſuo Svenone regno pulſus, cum LX navibus armato milite plenis, in Normanniam venit ac ſupplex Gulielmum Ducem adiit, quem ille ut potens ac liberalis princeps magno cum honore recipiens, eidem Conſtantienſem Comitatum ad præſidium conceſſit, donec fabricatis navibus exercitum multiplicaret & amiſſum cum validiore militum manu repeteret regnum. *Et pluribus interjectis:*

Optimum fore conſilium, *(ita Ludovicum Galliæ Regem monet Arnulphus Comes Flandrenſis)* ut Richardum puerum, aduſtis poplitibus, gravi cuſtodia arctaret & Gentem Normannicam graviſſimis vectigalibus tam diu affligeret, quoadusque Danamarcham, ex qua erupêre, coacta repeteret. *Iterum poſt nonnulla:* Metuens interea Bernardus Danus, ne in reditu Ludovicus Rex & Hugo Magnus caput conferentes, ad opprimendos Normannos conſilia ſua verterent, clam Haigroldo Danorum Regi, tum adhuc apud Chierisburch (*quaſi* Kirkeborg) agenti, legatos mittit, mandans, ut ſociatis ſibi Conſtantienſibus atque Bajocaſſinis militibus expeditione terreſtri, ipſe cum hoſtica claſſe direptionibus Non Norvegia ſed Danamarcha Normannorum Gallicor. Patria.

nibus Normanniam à parte maris concureret, quatenus hujus rei gratia Lodovico Rege ad colloquium contra ſe veniente, ſatageret amici ſui Gulielmi ſanguinem de hoſtibus vindicare. Cujus monitis Rex Haigroldus celerrime favens, propulſis ad mare navibus, ſubductisque in altum velis, Circio flante, Corbonis ſalinæ littora appulit, qua rapido meatu ſe procelloſo mari Diva infundit. Enimvero fama ſolito more volans Francorum aures illico perculit, paganos maritima loca occupaſſe cum navium multitudine gravi. Bernardus etiam Danus & Rodulphus Torta, Regi Lodovico, miſſo ad eum Legato, quid ageretur ſignificarunt. Qui validum congregans exercitum, quantocyus venit Rothomagum. Hinc Haigroldo Danorum Regi mandat, ut apud Vadum, qui Herluini vocatur, ſibi occurrat, inſinuaturus ſcire cupienti, cur infeſtet terminos regni ſui? Quæ res Regi Haigroldo vehementer complacuit, utpote qui decreviſſet mortem Ducis toto animſu ulciſci. Ibi igitur cum Regum uterque die præfinito adeſſet & de Gulielmi Ducis injuſta nece diutius inter ſe diſceptarent, quidam Danus Herluinum Monaſterioli caſtri Comitem, pro quo idem Dux occubuerat, inter alios proſpiciens, zelo amici ſuccenſus, confeſtim illum lancea perfodit mortuumque ſub momento ſternit. Cujus mortem Lambertus frater ejus ceterique Franci, graviter ferentes, concitatis animis ad dimicandum ſuper Danos repentino impetu proruunt. Quos illi viriliter excipientes, ſæviente Marte, ſatrapas decem & octo cum innumeris aliis obtruncatos letho tradunt. Alii occulere ſe feſtinantes, per diverſa latibula hac illacque nutabundi vitæ ſuæ conſulere ſatagebant. Rex quoque ipſe Ledovicus pernicis equi

Naves Danor. ſub Haraldo denuo Galliam infeſtant.

Colloquium Ludovici R. Galliæ cum Haraldo R. Daniæ.

Galli in Danos irruentes proſternuntur.

equi curſu à Regis Haigroldi inſecutione liberatus, in manus cujusdam militis incidit; cui cum multa promitteret, ne ejus proditione hoſti traderetur, tandem miles victus Regis lachrimis in quandam Sequanæ inſulam clanculum eum abduxit. Quod ut agnovit ex relatoribus Bernardus Danus, direxit extemplo, qui militem in vincula conjiceret. Ille neceſſitate coactus Regem in inſula teneri confeſſus eſt. Unde mox Bernardi juſſu Rothomagum deductus ſub arcta cuſtodia ibidem retentus fuit. *Et poſt nonnulla:* Haigroldus vero Rex haud multo poſt in regnum ſuum Danamarchæ procinctum movit, atque ibi cum filio ſuo Suenone reconciliatus. *Quibusdam rurſus interjectis:* At videns idem Richardus Dux tantarum fraudium molimina, Comitesque Francorum unanimiter adverſus ſe ſævire, Haigroldo Danorum Regi legatos dirigit, & mandat, ut ocyus illi ſuccurrat, & paganorum multitudine Francorum rabiem ſolotenus comprimat. Cujus legatos Rex non modo gaudenter recepit, verum etiam maximis muneribus ditatos Duci remiſit, ſeque miſſurum celerrime illi auxilia ſpopondit. Quid plura? juſſu Regio naves ad mare propelluntur. Ad tantæ expeditionis negotium paganica juventus præparatur, clypeis & loricis ac galeis omnique armorum apparatu innumerabilis exercitus munitur, inde ſtatuto die elevantur vexilla, ventis ſalubriter ſpirantibus librant vela, celerique navium curſu permenſo mari ad Sequanica devolvuntur ora. Quorum adventu Dux cognito, vehementer gaviſus illis obviam proceſſit, atque eo præeunte, ſulcantes remigio alveum Sequanæ & ad foſſam usque Givoldi provecti, fixis ibi anchoris, de ſubverſione conſulunt Franciæ. Et ecce, repentino tumultu è navi-

bus

Ludovicus Rex capitur.

Nova Danorum in Galliam expeditio auſpiciis Haraldi Cærulidentis.

bus prorumpunt, totamque in circuitu regionem exitialiter comburunt. Dehinc viri cum mulieribus concatenati diſtrahuntur, vici diripiuntur, deſolantur urbes, ſubvertuntur caſtella & terra in ſolitudinem redigitur. Fit luctus omnium in commune, nullo cane per Comitatum Thedbaldi (*NB. fuit is Comes Carnotenſis unus ex oppugnatoribus* Richardi) latrante. Ubi vero illa deficiunt, regalia territoria continuo invadunt, adeo ut neceſſitate tandem compulſi Rex Lotharius & Thedbaldus Comes cuncta, quæ Duci Richardo eripuiſſent, ſarta tecta reſtituerint. *Hactenus Gemmeticenſis, cujus narratio quoad Haraldum Regem Daniæ Svenonis Patrem Hiſtoricis noſtris plane ignota partimque contraria.*

Dani per Galliam ferro & igne graſſantur crudeliſſime.

§. 19. *A Normannis pergimus ad* OTOGERIUM NORMANDINUM, *ita Lucio Marineo de Rebus Hiſpanicis aliisque audit Heros famigeratiſſimus Oligerus Danus, cujus ſepulchrum à Joh. Mabillonio in Act. Sanct. Ord. Benedict. detectum adhuc oſtentat Ædes in Gallia S. Faronis, expreſſa in Monumento præter Rolandi Audæque icones Oligeri ipſius effigie, rotulum præferentis cum hoc diſticho, quod hactenus literis pene fugientibus legitur.*

Oligerus Danus Bellator per univerſum orbem famigeratiſſimus.

AVDÆ CONIVGIVM TIBI DO, ROLANDE, SORORIS,

PERPETVVMQVE MEI SOCIALIS FEDVS AMORIS.

Journal des Sçavans du 4 d. Avril. 1678.

Acta Sanctor: Ordinis S. Benedicti Seculi IV. Pars I. Paris. 1678.

On

On pourroit encore remarquer beaucoup d' autres choſes, qui ſe trouvent dans ce volume, comme ſont la veritable hiſtoire d' Oger, que les Romans fabuleux appellent Danois & ſon Mauſolé qui ſe voit encore en l' Egliſe de St. Faron de Meaux, tel qu' on l' a gravé dans ce tome.

Bellatori huic fama ſuper æthera noto eruditiſſimus contigit præco, Cel. Thomas Bartholinus Filius, cui adhuc adoleſcenti debetur de Holgero Dano, qui Caroli Magni tempore floruit, Diſſertatio Hiſtorica Havniæ 1677. excuſa. *Cum vero id opuſculi ante barbam nati (ut Præfatio docet: Ego octodecim & vix amplius annorum, vitione mentis, neſcio, an audaciæ exemplo, molem iſtam in humeros meos primus tranſtuli, & qui vix Alcidæ clavam ſine formidine adſpexiſſem, jam Atlantem pollicebar) accedente poſtea virili maturioris, ut ipſe loquitur, judicii robore, Beato Autori ſe non ab omni parte probaſſet beatum, ſecundas Holgero adhibuit curas in Tomo I. Eccleſiaſticorum, quibus ingenti Reipublicæ literariæ jactura immortuus eſt, Patriæ Annalium, eodemque ſolo inter cæteros vix ſemiputatos abſoluto, poſteritati relictas, quas, cum ad Mſſ. hæc Bartholiniana aditum nobis aperuiſſet Bibliotheca Academica Hafn. digniſſimas judicavimus, queis, invitante hic occaſione, obſtetriciam commodaremus opem. En igitur præcipuæ recentioris hujus, quam in compendium redactam ſiſtimus, disquiſitionis momenta.*

Anno Chriſti ſeptingenteſimo ſeptuageſimo tertio Carolus Magnus Adriani Papæ rogatu contra Deſiderium Regem Langobardorum in Italiam expeditio-

nem ſuſcepit, eumque Ticini mœnibus incluſum obſedit ſuperavitque. Cumque ad prædictam urbem appropinquaret Carolus, quidam de primis Francorum Principibus Oggerus nomine, qui ante aliquot annos ad Langobardorum Regem, offenſum ſibi Carolum metuens, confugerat, Deſiderio in eminentiore turre adſtans, adventantem Carolum è longinquo monſtravit, referente Monacho Sangallenſi, quem inter Hiſtoriæ Francorum Scriptores Tomo II. Andreas du Cheſne edidit.

Francor. Principibus annumeratur Oligerus Danus.

Quamvis celebre ſit in ſubſequentis ævi Hiſtoricis Oggeri vel Otgeri nomen, attamen Monachus ille Sangallenſis ſolus eſt ex vetuſtis Hiſtoriæ Francicæ Scriptoribus, qui ejus facit mentionem. Idcirco obſcurum eſt, Danusne fuerit natione, an libri modo fabuloſi & eorum primipilus, qui ſub Turpini nomine nugas ſuas vendidit, Dani cognomentum ipſi affinxerint. Nos quondam patriæ noſtræ inclitum virum vindicare allaboravimus, ſed plerisque ſine accuratiore veri falſive delectu juveniliter corraſis, & Turpino nimium deferentes, quod nunc fateri non pudet. Ea jam maturius conſiderabimus & tanto conſenſu innumerabilium Scriptorum attributum ipſi Dani cognomen neque abjudicabimus, neque præfracte tuebimur. De patria ejus, qui Daniam explodunt, non certiora edocent.

Danus an fuerit Oligerus nec ne.

Auguſtinus Yepezii in Chronico Benedictino Tom. II. ad finem anni DCXXXIX. dicit, Otgerum Caroli M. Ducem nunquam in vivis extitiſſe, niſi in libris fabuloſis. Sed Otgerium extitiſſe in vivis Monachus Sangallenſis & *Converſio Othgerii* per Mabillonium publicata evincunt.

Licet coævi Carolo Scriptores Danum non nominent, non niſi ſeculo tamen exinde unico invaluit,

ut

ut Danus diceretur & crederetur atque ab univerſis deinde Scriptoribus id ut ratum atque indubitatum reciperetur. Præcipuus eorum, qui Otgero cognomentum Dani à poſteritate ſine ratione appenſum contendunt, eſt Mabillonius, qui & Hiſtoriam Converſionis ejus ad Statum Monaſticum & alia de ipſo ſcitu digniſſima primus in Actis Sanctorum Ordinis S. Benedicti Parte I. Sæculi IV. evulgavit. Et quidem Oggerum, cujus mentionem Monachus Sangallenſis facit, non alium procul dubio intelligit, quam Autcharium Francum unum ex primoribus Regni Carolomanni, fratris Caroli Magni, quem mortuo Carolomanno ad Deſiderium Regem confugiſſe ac Carolo Magno in Italiam contra Langobardos tendente una cum Adalgiſo Deſiderii Regis filio Veronæ urbis mœnibus ſe tutaſſe, eamque obſidente Carolo propria voluntate ſeſe dediſſe Anaſtaſius Bibliothecarius in Vita Adriani tradit. Sed hæc probe expendentibus diſpaleſcit, Autcharium Anaſtaſii & Oggerum Monachi Sangallenſis diverſos eſſe. Hic enim Ticini incluſus eſt: ille Veronæ cum Adalgiſo obſeſſus voluntariam fecit deditionem. Quodſi demus, hanc difficultatem removeri poſſe, & Autcharium eundem cum Otgero eſſe largiamur, nec tamen videmus, id protinus noſtram convellere opinionem, quod Autcharium Anaſtaſius Francum dixerit, unum nempe de Principibus Francis, cujus patriam neſcire potuit, ſed à regione, in qua ad tantam dignitatem evectus fuerat, Francum denominare.

Pergit igitur ulterius Mabillonius: Cujas ergo fuit Otgerius? inquis. Francum vocat vulgatus Anaſtaſius in Actis Hadriani Papæ. Franci vero alii erant orientales, qui in Franconia, alii Auſtrales, qui in Auſtria ſeu Au-

 ſtraſia,

ſtraſia, alii occidentales, qui in Neuſtria ſeu Francia degebant. Auſtraſiis accenſendus eſt Otgerius, ut qui principem locum obtinebat apud Carolomannum Auſtraſiorum Regem. Quaſi vero impoſſibile eſſet, hominem extraneum ſummo genere & illuſtribus factis conſpicuum ad honoratæ dignitatis gradum in aula Carolomanni aſcendiſſe. Itaque & ipſe Mabillonius, quamvis tanta ſecuritate Auſtraſium feciſſet, tamen quaſi diffiſus imbecillitati argumenti, ſuſpicionem ſibi injectam fatetur, Otgerium non alienum fuiſſe ab Occario ſive Otkario Adalberti Comitis fratre, ſuppeditante huic conjecturæ materiam Metello Tegerſenſi Seculi XI. Monacho, qui in ſuis Quirinalibus ab Henrico Caniſio Lectionis Antiquæ Tom. I. editis, de Occario ejusque fratre ita canit.

Diva progenie par geminum prodierat decus
Fratrum belli potens ac locuples divitiis honos
Pippinum, quibus & fama refert ſtemmate proximum
Inſignis Caroli, qui validus regna tulit, patrem
Adalbertus eis nomina ſunt, *Occarius* quoque,
Alter Bajarici jure Comes præcipuus ſoli:
Burgundis alius belligero robore Dux probus,
Quem gens illa canens priſca vocat nunc Oſigerum.

Allata a Mabillonio teſtimonia magis contra, quam pro negativa faciunt.

Ex quo poſtremo verſu Mabillonius colligit: Metellum agere de quodam Oſigerio ſeu Otgerio per ea tempora decantato, idque de nullo alio, quam de noſtro, aptius explicandum. Huic conjecturæ favet, quod Audo Tegerſenſis Monaſterii poſt Adalbertum avunculum præfectus, forſan ab Auda matre, Otgerii noſtri ſorore Rotlando (ut inferius videbitur) nupta, Audonis cognomentum accepiſſe videatur. Demum ſignificat in Fragmento apud Cani-

Caniſium Antiqv. Lect. Tom. IV. Parte II. dici, quod Albertus & Otkarius fuerint, alto ſangvine progeniti, patre Burgundi & matre Bavari. Omnia hæc ab ipſo Mabillonio obſervata & adducta lætamur, neque enim, ſi quid judico, Metellus in allatis verſibus innuit, Occarium & Adalbertum ex Auſtraſia ortos: magis memorabile eſt, & in rem noſtram accommodum, quod apud eundem Monachum ſequitur, ubi alio verſuum genere deſcribens, quomodo Occarius ſive Oſigerius & Adalbertus Romam venientes vexatam à Barbaris transmarinis urbem ulti ſunt, ubi inter alia canit:

Vis peregrinorum diſpar patet alter utrorum,
  Exul uterque fuit.
Hunc mare fert Auſtrale, ſolum dedit hunc Boreale,
  Viribus ambo valent.
Ille freto pugnax, hic in terra magis audax
  Poſt elementa meat.

Ubi Barbari prædatores navibus advecti ex mari auſtrali advenisse dicuntur. Adalbertus & Oſigerius in ſolo Boreali oriundi memorantur. Illud etiam noſtræ favet ſententiæ, quod Oſigerius matre Bavarus dicatur in Fragmento Caniſiano, cum materteram Otgeri Dani fuiſſe Regi Bavariæ collocatam, adducendi deinceps tradant Scriptores. Et illud quoque in eodem Fragmento, ac Metello notabile, quod Ockarii ſeu Oſigerii filius à Regis filio irato, quod in ludo Schaccorum inferior eſſet, occiſus referatur, cui ſimilis prorſus narratio de filio Otgeri Dani in fabuloſa de ipſo vulgata Gallico idiomate Hiſtòria habetur. Verum Scriptores iſti (ita ſincere judicat

 Mabil-

Mabillonius) tantæ auctoritatis non ſunt, ut ex iis quid certi incunctanter definire poſſimus.

Hiſce prolatis, neque ſufficienti magis ulla producta probatione deciſorie definit Mabillonius: ab Otgero Dani cognomentum, nullo fundamento præterquam Pſeudo-Turpini fabula innixum penitus rejiciendum: quandoquidem nihil hoc de cognomento legatur in Hiſtoriola de Converſione Othgerii Militis. At petitum ab Hiſtoriola quidem argumentum invalidum arbitramur, cujus Author natales atque Patriam Otgeri prorſus ſilet, contentus generoſa nobilitate clariſſimum dixiſſe, neque ipſius fuit intentio, totam ejus Vitam deſcribere, ſed unicum converſionis ad Vitam Monaſticam actum.

Quod fabuloſam ſub Turpini nomine vulgatam de Vita Caroli magni & Rolandi Hiſtoriam attinet, abjudicandum equidem Turpino ſeu Tilpino Archiepiſcopo Remenſi ſcatentem mendis, mendaciiſque libellum, ultro concedimus, negare tamen nemo quiverit, quin fabularum earum contextor vera quædam nomina ac res geſtas, ſed monſtroſis deliriis adauctas, admiſcuerit. Fateor, me non adeo oculatum, ut cauſam illam videre queam, cur non eadem veritate, qua otioſus ille nugator Carolum Imperatorem cognominavit Magnum, Otgerum etiam Danum appellaverit, nam Carolo Magno florente & per arma & per amicitiam Danos Francis notos fuiſſe, hoſpes eſt in hiſtoria, qui negare audet, neque tanto temporis intervallo à Carolino ævo remotus fuit Pſeudo-Turpinus, quin ex certa traditione, vera Ducum Caroli M. nomina atque cognomina ſcire potuerit. Quippe quem Petrus de Marca Hiſto-

riæ Bernearnenſis lib. 2. Cap. VI. demonſtrat, ſeculo decimo poſteriorem nullatenus ſtatui poſſe, cum ante duodecimum completum vetuſta ipſius conſpicerentur exemplaria.

Cæterum Pſeudo-Turpini commenta anſam atque materiam alteri cuidam fabulatori dediſſe, magnæ molis nugaciſſimam hiſtoriam de Otgero Dano Gallico idiomate componendi ſuſpicor, quam & conjecturam arriſiſſe video docto Viro & Danicarum Antiquitatum inſigniter perito Jonæ Jacobo Venuſino, cui hiſtoriæ ſcribendæ in hac Univerſitate circa initium ſeculi præſentis demandata erat provincia. Is in Collectaneis MſC. quæ ſuperſunt in Biblioth. Acad. Hafn. publica de Originibus populorum & Vocabulorum Danicor. aſſerit, quod narratio fabuloſa de Holgero Dano, à quodam Normanno, nominis Danici ſtudioſo, ſit compoſita, ex Turpini fabulis occaſione ſumpta. Fabuloſum illud de Otgero Dano Chronicon nullo appoſito Auctoris nomine prodiit in Francia, ſæpius recuſum ſub hoc titulo:

L' Hiſtoire d' Ogier le Dannois Duc de Dannemarche, qui fut l' un des douze Pers de France lequel avec le ſecours & ayde du roy Charlemaigne chaſſa les Payens hors de Rome, & remiſt le Pape en ſon ſiege, & fut long temps en Færie, puis revint comme vous pourrez lire cy apres. (*Libri in multis rariſſimi copiam nobis fecit Illuſtris D. Foſſius S. R. M. a Conſil. Status.*) Meminit ejus alia ejusdem farinæ verſibus vetuſtis Anglicanis de Richardo Rege Angliæ, quem ex corde leonis cognominabant, compoſita fabuloſa narratio, Londini MDXXVIII. impreſſa: Rariſſ. de Holgero Dano narrat. vetuſto gallor. idiomate conſcripto.

 Many

Many Romayns men make newe
Of good Knyghtes and of trewe,
Of theyr dedes men rede Romauns
Bothe in Englonde and in Fraunce,
Of Rowlande, and of Olyvere,
And of every deſe pere,
Of Alyſaunder, and of Charlemayne,
Of Kynge Arthur, and of Gawaygne,
How they were Knygthes good and curtoys,
Of Turpyn, and of Oger the Danoys
In Fraunce theſe rymes were wrought,
Every Englyſſhe ne Knewe it nought.

Eadem Oligeri hiſtoria in Danicam Germanicam Italicamque linguam transfuſa & edita

Chronicon autem, ſeu Romanzum de Otgero Chriſtiernus Petræus Canonic. Lundenſis, literis in Acad. Pariſienſi incumbens, in Danicum ſermonem tranſtulit & accedente Chriſtierni II. Regis Danorum authoritate imprimi ibidem curavit, ut Huitfeldius, Lyſchander & Albertus Bartholinus docent, eamque Verſionem idem Lyſchander intelligit in Commentario Mſſ. de Scriptorib. Danicis inter cætera Petræi opera recenſens Hiſtoriam Olai ſive Holgeri.

In Germanicam linguam translatum eſſe, præter Barthium infra adducendum, deſignare videtur Boldvanus, cujus in Bibliotheca Hiſtorica hæc ſunt: Conradus Egenberger è Danica lingua in Germanicam convertit Hiſtoriam filii Daniæ Regis, qui poſtea Daniæ & Angliæ imperitavit. Hieronymus Tromba Romanzus Italus grande de Otgero volumen quadraginta ſex conſtans cantibus concinno verſuum artificio compoſuit hujusmodi tituli: Daneſe Ugieri opera bella & piacevole d' Armi & d' Amore. Ut famoſum Arioſtum omittam, qui cantu XXXVIII. Orlan-

Orlandi Furioſi mentionem ipſius facit. Sed omnes has nugas putidasque quisquilias cum Cantilenis Danica lingua de Otgero compoſitis ad colos aniles relegamus, & quia de natalibus ipſius acturis vetera deſunt monumenta, recentiora audiamus, quorum auctoritas fidesque quousque extendi queat, aliorum eſto judicium, nos quæ dudum inveſtigavimus aucta limataque proferemus.

Otgerium Danum quidem univerſi recentiores Rerum Danicarum ſcriptores faciunt, ſed quo ortus patre fuerit, varias in opiones ſcinduntur. Nonnullis eundem cum Hemingo Rege Daniæ creditum eſſe magnus Matthiæ in Serie Reg. Dan. Mſſ. & Huitfeldius Chronici Danici Parte I. teſtantur. Sed Hemingi præcipuum operum mortalium cenſetur pax cum Carolo Magno anno DCCCXI. inita & ſubſequenti anno morte raptus eſt, quæ in Otgerum quadrare haud poſſe ex ſequentibus fiat manifeſtum. An Danici Regis & cujus fuerit filius.

Olaum Godefridi, aliis Gotrici, filium eundem cum Otgero fuiſſe cenſet Chriſtiernus Petræus in Præfat. Verſion. Danic. Chronici Otgeriani in hunc ferme modum loquens: Primum omnium ſatis conſtat, Regem Holgerum Danum Gotrici filium fuiſſe, terramque, quæ prima natum excepit, Daniam eſſe: & obtruncato Gotrico, ipſi regnum obveniſſe, eſſeque in ordine Regum octogeſimum octavum, quem Saxo Gramm: appellat Olaum, vitam ejus circa initium libri IX. Hiſtoriæ ſuæ deſcribens. Cupide hanc opinionem amplexus eſt Sadolinus, qui in Epigrammatis de Regibus Daniæ de Olao canit:

Patria regna gravi bello laceravit Olaus
Subjecitque iræ publica jura ſuæ,
Doctiloquis Gallis Olgerus dicitur idem:
De quo tu, Lector, Gallica ſcripta leges.

Quam & eandem ſententiam foviſſe comperio Johannem Muleniam, qui inſigni ſuppellectilis librariæ dono Academiam Hafnienſem ſibi æterna gratitudine devinxit. Is in breviſſimis ad oram Saxonis adſcriptis notis & emendationibus inquit: Olaus Rex hic eſt, quem Dani alio nomine Holgerum, Turpinus & Sabellicus Ogerium appellant. Sed ut ſileam argumentum à loco ſepulturæ ductum, quod urget quoque Stephanius in Not. ad Saxon. cum Olai extincti corpus collem ejus titulo celebrem, prope Lethram congeſtum excepiſſe Saxo commemorat: Otgerum autem in S. Faronis Monaſterio ſepulturæ traditum indubitato evincat Mabillonius, credibile non eſt, Godefridum anno DCCCX interfectum, cum adhuc ad bellicas expeditiones aptiſſimus ſenecta non videatur fractus fuiſſe, anno DCCLXXI. filium habuiſſe, qui virtute & rei militaris experientia florens ab externo Rege in primos Palatii Principes adſciſci meritus ſit. Quæ conſideratio & priorem noſtram ſuſpicionem frangit, quam aliquando fovimus, etiamſi non Olaum attamen Godefridi filium fuiſſe Otgerum, qui juxta morem Septentrionis, regno ad fratrem devoluto, maris poſſeſſionem ſibi ſumpſiſſet, & ea occaſione arma late circumtuliſſet, donec ad majora initia rerum ducentibus fatis, ſocium ſe Francis jungeret. Favere huic opinioni videbatur Henricus Pantaleon de viris illuſtribus Germaniæ Parte II. ita ſcribens:

Oggerus ex illuſtri Danorum Principum

fa-

familia ortus fuit. Is in magno robore corporis & ſingulari induſtria præditus, à ſuis maris imperium acquiſivit. Itaque longinquiores regiones inviſere ac orbis mirabilia ſcrutari ſtatuit. Movebat quoque carmen antiquum, quod ex Mſſ. membraneo Biblioth. Acad. Hafn. Olaus Wormius ad calcem Monumentor. Dan. exhibuit, hoc initio:

Gloria, Danorum
Daciæque decus
Progenies Regum
Dacus Holgerus
Japhetica proles
Gormonis ſereni
Propago vetuſta
Danus Udgerus.

Ubi ſuſpicabar, Otgerum propaginem dici Gormonis, quod Godefridum, qui ipſi pater eſſet, Gormonis filium communiter faciant, ſed poſtquam ipſe membranam, qua uſus eſt Wormius, inſpexi (quæ in Bibliotheca publica Univerſitatis noſtræ, capſæ Cypriani incluſa, duplicem Legendam St. Franciſci verſificatam continet) Rythmum iſtum Otgeri laudes complexum, paginæ prius vacuæ diverſa manu adſcriptum deprehendi, ibique nullam extare Gormonis mentionem, ſed verſum iſtum ita exaratum eſſe:

Germinis ſereni
Propago vetuſta.

Quocirca etiamſi nactus deinde fuerim ſcriptos in membrana de rebus Danicis Annales alicui exhinc mihi uſui futuros, in annum MCCCVII. deſinen-

nentes, ubi Godefridus Otgeri pater expreſſis verbis ſtatuitur: Dignum memoria videtur, quod victorioſiſſimus Imperator Karolus, qui omnia regna Europæ ſubjecerat, noviſſimum cum Danis bellum ſuſcepiſſe narratur. Et in tempore illo erat ferociſſimus Rex in Dacia, nomine Godefridus, pater Ozzyari Dani. Tamen ob allatam antea rationem judicium meum ſuſpendo, fateorque, facilius eſſe, cujus filius non erat evincere, quam cujus fuit, pro certo definire. Hoc ſolum Stephanio (in Not. ad Sax.) ut veritati magis affine largimur, Ogerium hunc ex nobili quadam apud nos proſapia ortum, in exteras regiones militandi gratia profectum eſſe.

De patria quidem ſed non de patre Oligeri certus eſt Bartholinus.

Si maternum Otgeri ſtemma inveſtigare libuerit, Claudius Lyſchander fabuloſis ſcriptis nimium ſæpiſſime tribuens, ipſe quoque cum cautela legendus erroneum nugacis Chronici Otgerani ſequitur, & Matrem ipſius nominat Danemundam, Ruſſiæ Regis filiam. Lyſchandri veſtigia ſine ulteriori examine heic & ferme ubivis legit Svaningius Chronologiæ Danicæ compilator. Sed apage pudendis nugis innixam opinionem. Si exteris Scriptoribus inferioris ævi fidem habeamus, ex Chronicis Pontificum Leodienſium memorat Collector Chronici Belgici Magni, avum Otgeri maternum fuiſſe Ducem quendam Metenſem, qui cum præter duodecim filios binæ eſſent ſequioris ſexus, unam Regi Bavariæ collocatam eſſe, Gerbaldi poſtea Epiſcopi Leodienſis ex illo matrem, alteram duxiſſe Otgeri patrem: *Gerbaldus triceſimus quartus Epiſcopus & quintus Leodienſis, fuit vir nobilis, filius Regis Bavariæ. Mater erat matertera Ogeri Ducis de Danamarchia. Duodecim filii Ducis Metenſis erant avunculi ejus.*

Credulitas Lyſcandri notata.

Matre Bavarica natus Oligerus.

Con-

Conſentit Johannes Placentius Trudonenſis in catalogo Antiſtitum Leodienſium: *Gerbaldus Bavariæ Regis filius, ex matertera* Ogeri Ducis Danoes, *Pontificium adeptus eſt anno ſalutis 785.* Nec non Sammarthanus Galliæ Chriſtianæ. Tom. IV. *Gerbaldus ex ſanguine Bavaro, cujus genitrix fuit, matertera Ogeri Ducis de Danamarchia, ſi fides Chronico magno Belgico.*

Nomen ejus apud exteros Scriptores varie effertur: Occarius, Ockarius, Odgerus, Odgherus, Odigerus, Ogerius, Ogerus, Oggerus, Ogierus, Oigerus, Olyerus, Oligerus, Origeus, Oſigerius, Otgerius, Otgerus, Othgerius, Otkarius, Otogerius, Ottigerius, Ozzyarus, Rogerius, Togerus, Udgerus, Uggierus, Ugierus promiſcue nominatur. Domeſtici ſcriptores Olgerum vel Holgerum conſtanter, ſed parum forte recte eum nuncupant, Oddgeirum (*mucronem veruti*) melius Islandi, fabularum de illo compoſitarum nec immunes. Nos ab iis, quæ hac in re olim protulimus, nunc diſcedentes, Otgerum ſcribere malumus. Nominis varietas maxima in Scipt. occurrens.

Otgerus Danus an conjugem unquam duxerit vel ſobolem habuerit, nihil apud graves authores comperimus. Noluimus enim chartis illinere, quæ ex fabuloſo illius Chronico Claudius Lyſchander ſuggerit, filium ipſius Boldevinum a Caroli Magni filio ob prræreptam ſibi in ludo latrunculorum palmam fœde interfectum. Fragmentum Caniſianum Ockario Rochum filium attribuit a Pippini Regis filio ſimili de cauſa vita privatum: Ockarius, inquit, habuit in aula Pippini Regis filium, nomine Rocho, quem tenerrime diligebat. Qui cum coævo jam dicti Regis filio aſſidue luderet ludum ſtaterum, & De filio Oligeri Dani.

ſemper

ſemper obtineret, exitialis iræ fomitem miniſtravit. Cum vero quodam die huic ludo operam dediſſet & filius Regis multoties victus eſſet, ira præruptus Rochum filium Ducis ſuper tempora percuſſit, ictum mortiferum ſecuta eſt mors. Autorem hujus fragmenti, tametſi parum diligentem & antiquum, non tamen omni fide deſtitui cenſet Mabillonius, cum ea, quæ de Rochi morte memorat, Metelli ſuffragio innitantur, qui in Quirinalibus canit:

Coram Rege Duci (Oſigerio) nempe tener filius exſtitit,
Urbanosque ſales intra genus tum puer inbibit,
Huic ludo tabulæ Regis erat filius obvius,
Donec doctior hic obtinuit promptior *aleam:
Rixam victus agit: corde patris forte potentius,
Et Rocho jaculans mortifere vulnus adegerat.
Sublatum puerum conſequitur mors properantior.

Neſcio qua benigna ſorte hoc par ſcriptorum *niveum* Mabillonii calculum meruerit, qui ipſe nævos eorum revelavit, & indicia protulit, quæ ſuſpectos ipſos abunde reddunt.

Romanzi Gallorum alium Otgero Dano filium affingunt, Meurvinum dictum, qui ne patri cederet, integrum de eo opus evulgatum eſt, fabuloſe à capite ad calcem per LXIII. capita contextum hoc ſub titulo Pariſiis anno MDXL impreſſum. **L'Hiſtoire du Preux Meurvin fils de Oger de Dannoys, lequel par ſa proveſſe conquiſt Hieruſalem, Babilone, & pluſieurs autres royalmes ſur les infideles.** Sororem fuiſſe Otgero *Audam* nomine ex ſepulchro illius in æde S. Faronis adhuc extante Mabillonius patefecit, cujus icon ſecunda

Soror Oligeri Auda.

Otgeri

Otgeri in ſæculari habitu effigiem exhibet cum diſticho.

Audæ conjugium tibi do Rolande, Sororis &c. Viſuntur ibidem icones Rollandi Britannici limitis Præfecti & Audæ Rollando deſponſatæ, cujus nomen ſibi revocare memoriam Audonis Mabillonius adjicit, quem Otkarius & Adalbertus ſororium habuiſſe perhibentur ac Ilminenſi Monaſterio præfeciſſe dicuntur in Fragmento Caniſiano, ubi per Sororium ſororis filium intelligit Mabillonius, illumque ab Adalberto avunculo Tegertenſi monaſterio præfectum ac forſan ab Auda matre Otgeri noſtri ſorore, Rothlando nupta, Audonis cognomentum accepiſſe ſtatuit. Audam autem Rollando nuptui datam, an ſecum adduxerit in Franciam, vel poſtmodum accerſiverit Otgerus, ignoramus.

Quo tempore in Aulam R. Gall. admiſſus ſit Oligerus Danus.

Neque minori incertitudine fluctuamus, qua occaſione, quove tempore in Regum Francorum aulam ſit admiſſus. Claudius Lyſchander Hiſtoriæ Genealogicæ Regum Daniæ Parte II. libro II. ad feriendum fœdus a Godefrido Rege Danorum ad Carolum Magnum miſſum eſſe ſtatuit, & cum de pacis conditionibus concordare non potuiſſent, Carolum illum dimittere noluiſſe. Sed vana ea conjectura, neque enim anno DCCLXXI. quo in Francia Otgerus inter illuſtres aulæ proceres cenſebatur, quicquam cum Carolo Danis interceſſerat, neque Godefridus tunc regni Danici moderabatur habenas. Imo ſi Otgerus idem cenſendus eſſet cum Autcario Duce, quem Anaſtaſius commemorat a Pippino Francorum Rege ad Stephanum Papam III. legatum fuiſſe, ut eum in Franciam deduceret, etiam antequam Carolus atque Carolomannus regnarent, in aula Pippini ad culmen honoris aſcendiſſe diceretur. Devicto autem Deſiderio

derio Langobardorum Rege & compoſitis in Italia rebus, cum Carolus Magnus Deſiderium & ejus conjugem ſecum in Franciam deportaret, ſimul Autcarium ſeu Otgerum, voluntaria deditione in ſuam poteſtatem delapſum haud dubie quoque in Franciam reduxiſſe, optime ſtatuit Mabillonius, ſine ulla tamen cauſa ſubdubitans, an eum ſibi reconciliatum copiis ſuis poſtea præfecerit, vel ad privatam vitam redacto, ut ſe in monaſterium reciperet, indulſerit. Omnem enim dubitandi anſam penitus removet ab ipſo Mabillonio edita Hiſtoria Converſionis illius, ubi hæc leguntur: Præfatus igitur Othgerius, vir generoſa nobilitate clariſſimus, Deoque permittente in frequenti præliorum exercitatione victorioſiſſimus, & ideo tempore glorioſiſſimi Imperatoris, Magni videlicet Karoli, inter Francorum Principes gloria & honore adeo ſublimatus, ut poſt ipſum in regni imperio & dominatu exiſteret ſecundus. Neque enim ante illatum Langobardis bellum, niſi unica memorabilis Caroli M. in Saxones expeditio memoratur, ut ante id tempus frequentibus cum Carolo præliis Otgerus intereſſe nequiverit. Imo ſi idem cum Autcario, ante Langobardicum bellum Otgerus inter Carolomanni proceres conſpiciebatur. Sed ab eo tempore Carolo in continuo armorum ſtrepitu viventi, cum una victoria ſequentis belli materies eſſet, fortem ſtrenuamque operam, ut fidum & aſſiduum militiæ ſocium, navaſſe Otgerum, conſtanter credimus, cum in Hiſtoria Converſionis illius fuiſſe dicatur adeo ſtrenuus in præliis, ut propter frequentem ac victorioſam adverſariorum debellationem ſpeciali tunc temporis cognomine ſolus inter præliatores & etiam ab ipſis præli-

Elogia Oligeri glorioſiſſima.

præliatoribus, Præliator fortis & Pugnator appellaretur. Et ut ipſe Pugnator cognominatus eſt, ita ipſius Otgeri nominis tanta poſtmodum fuit æſtimatio, ut eximium bellatorem Scriptores illius nomine nuncupaverint. Ita enim de Gauchero Comite Libro XI. Philippidos canit Guillelmus Brito Armoricus:

Quoslibet oppoſitos ſibi diſſipat alter Ogerus.

Ubi Otgerum Danum indigitari idem Poëta libro VIII. declarat, cum Simonem Comitem, intra Murellum ab Arragoniæ Rege obſeſſum, ita inducit ad Francos verba facientem:

Magnanimi proceres, Trojana ſtirpe creati,
Francorum genus egregium, Karoliq; potentis
Rollandique cohæredes, & fortis Ogeri.

Unde & Barthius in priorem libri XI. verſum hæc commentatur: *Alter Ogerus*

Notus fabulis Gallicanis, etiam in Germaniam translatis.

Cæterum an reducto ex Italia Otgero Carolus omnem offenſam condonaverit, aut Otgerus culpam aliqua in carcere mora prius expiaverit, incerti ſumus. Illum enim Remis a Turpino vel Tilpino Archiepiſcopo carceri aliquando, juſſu abſque dubio Caroli Regis, incluſum eſſe, ex Guilelmi Marlot Metropolis Remenſis Hiſtoriæ Tomo I. libr. I. Cap. IV. videre eſt, ubi inter Urbis Remenſis portas unam Trevirenſem nominat, quæ deinde Cereris nomen induit, Regalis quoque dicta, poſtmodum vero, quod capitalium criminum rei in turri ſuper eam erecta concluderentur, *Porta carceris* nuncupata eſt, additque:

Cognominis hujus fontem ſuggerit pariter Tabularium Archiepiſcopatus, ubi ſic nominari dicitur, quod Ogerius Danicus prædictæ turri, ſeu carceri, mancipatus fuerit à Tilpino Archiepiſcopo. Neque

tamen poſt hoc tempus Otgerum tantam noxam contraxiſſe reperio, ut carceri mancipari meruerit.

Et poſt allegata varia Autorum loca de Danis cum Carolo Magno in Hiſpania militantibus, ductore Ogerio Dano, ut ſcribit Pſeudo-Turpinus (quæ Capite III. de Danorum in Hiſpania Geſtis ac Veſtigiis adduximus teſtimonia) ad fata & ſepulturam Otgeri tandem progreditur Bartholinus.

De Oligeri obitu & ſepultura.

Carolum per Duces ſuos, Roldanum, Oliverium, Galvinum, Otogerium Pelum, *Otogerium Normandinum &c.* Mauros debellaſſe, ait Lucius Marineus de Rebus Hiſpaniæ libro IX. Per quem Otogerium Normandinum noſtrum forte Otgerum intelligit: additque eum ad Urgelli campos commiſſo prælio cecidiſſe, in Eccleſia St. Andreæ prope Roſillionem à Carolo ædificata, celebratis ſolenniter exſequiis honorifice ſepultum. Pudet ea proferre, quæ de Otgeri factis in prælio Pampilonenſi ſingularique ipſius certamine cum Ferracuto Gigante, à quo captus & in carcerem truſus à Rolando poſtea liberatus eſſe perhibetur, nugatur Pſeudo-Turpinus, qui demum in ipſo Pyrenæi jugo, ubi Vaſconum perfidiam Carolum in redeundo contigit experiri, cæſum occubuiſſe ac apud Belinum cum aliis multis ſepultum eſſe Otgerum ſtrenue fabulatur, hac exclamatione concludens: *Felix villa macilenta Belini, quæ tantis heroibus honoratur.* Seduxit impurus fabulator Geerbrandum à Leydis, Vincentium, Sabellicum, & plures alios, nos quoque imprudentes, præſertim quum nimis creduli à Claudio Lyſchandro in ea opinione nos confirmari ſiverimus, quod Hiſtoriæ Genealog. Regum Daniæ Parte II. Lib. IV. ſepulchrum Otgeri adventantibus Danis ab incolis monſtrari, nugas vendendi conſvetus, effutiat. Sed bene ſit Johanni Mabillonio, qui claram

pro-

proferendo lucem, omnes illas fabularum nubeculas diſſipavit, cujus & effatum licet nos alioſque oſcitantiæ & erroris in diſcernendis ſuppoſitiis à veris authorum ſcriptis acriter arguat, veneramur atque amplectimur. „Apage vero, inquit, ridiculas Turpini fabulas, & „qui ex fabulis iſtis ſcripta ſua ſuffarcinarunt ſequiores „autores, qui Otgerum Danum in Pyreneis monti„bus à Vaſconibus interemptum & Balini ſepultum „fuiſſe fabulantur. Ejusmodi ſane auctoribus, qui „nitantur recentiores, cum videri volunt Hiſtorici, „quantum à veræ hiſtoriæ delectu abſint, hinc pro„dunt. Sed lapſus ille noſter, in quem quaſi neceſſe erat nos incidere, tot repertis, qui tam audacter eum Belini ſepultum dicerent, & à nemine adhuc dum patefacto, tumulum ipſius in æde St. Faronis adhuc extare: quod monumentum Heroibus ignotis erectum eſſe Gabriel Simoneus judicaverat, teſte Mabillonio, qui illud ſimul cum hiſtoria converſionis Otgeri primus in lucem emiſit & quidem eodem anno, quo nos immaturum de Otgero fœtum concepimus, lapſus ille, inquam, documento nobis erit, fabulas, quantum judicii tenuitas permiſerit, ut ſcopulos infortunium allaturos, ſumma cura evitare. Rolandum autem Andæ, Otgeri Sororis, maritum cum Eghardo Regiæ menſæ præpoſito ac Anshelmo Comite Palatii, in Pyreneis montibus à Vaſconibus interemptum, nulla Otgeri facta mentione, ſcribit Eginhardus Vitæ Caroli M. Cap. 3. *Hactenus Mſ. Bartholinianum. Non levem profecto Danorum iniiſſet gratiam detegendo glorioſi adeo civis ſepulchrum Cel. Mabillonius, niſi eundem neſcio qua invidiola Daniæ ſuæ abjudicare ſuſtinuiſſet Gemellum iſtud, quo rem perpetua tot ſcriptorum ſymphonia ſtabilitam infringere primus ſatagit, argumen-*

tum oppido quam ſiculneum eſt ac elumbe. Scilicet! quia Pſeudo-Turpinus in multis fabuloſus deprehenditur, ergo fabulis iſtis nîl admiſcuerit veri, quaſi neceſſum eſſet, mendacem ſemper mentiri. At quis dubitat de Caroli Magni adverſus Saracenos expeditione aliisque indubitatæ prorſus fidei ab eodem fabulatore commemoratis. Suſpicio merito locum habet, quam primum monſtri aliquid alere videatur narratio, ut in portentoſis iſtis Pſeudo-Turpini nugis, quas dudum exploſerunt ſagaciores, ſed quid, quæſo, hic prodigii? ſi Daniam, quæ nulla tellus (verba ſunt Alfredi Anglorum Regis apud Dudonem St. Quint. Decan.) viros effert magis præcipuos armisque ſtrenue edoctos, tot aliorum fortitudine ſpectata illuſtrium virorum patriam, patriam quoque ſalutaverit Otgeri. Et unde Pſeudo-Turpino ceterisque fere innumeris propenſior ille in Danos affectus, ut tantum Daniæ gratificarentur Heroa. Fruſtra ab exteris hanc exſpectabimus humanitatem, ſibi, ſi quid in Dania illuſtre invenerint, potius arrogare conſuetis. Quod vero ſilentium Hiſtoriæ Converſionis Otgeri Militis *attinet, quis nobis ſe vadem ſtiterit, non alium hic militem homonymum intelligi? & ſi vel maxime ipſe Otgerus noſter intelligatur, non integram ejus vitam, ſed ſolum ad Regulam Monaſticam transgreſſum proſequitur hæc hiſtoria, de natali ſolum parum ſollicita.*

Sect. II. medii ævi & recentiora ſiſtens.

Ingeburg Waldemari primi Dan. R. filia, Galliarum R. Philippi Augusti Regina.

§. 1. *Notabilia adeo ſunt Ingeburgis Waldemari Magni Dani Regis filiæ in Gallia fata, ut illorum paucis meminiſſe omnino oporteat. Ambiverat hanc olim,*

olim, miſſo ad fratrem Canutum Sextum Legato, Galliarum Rex Philippus Auguſtus, quæ Galliam mox ingreſſa Regi d. 14. Aug. 1193. inſtabili jungitur connubio, ſequenti die ſolenniter coronata. Durante ipſo Coronationis actu colorem Regi certa ſede haud manere obſervatur, tantam nova nuptæ ſubito conceperat nauſeam. Mox repudii facta mentio, Rege arctam nimis prætexente conſangvinitatem, coacto ocyus tam Clericorum quam Secularium Conventu, teſtium juramentis confirmatam. Injuſte à marito repudiata. Infelix Regina, ex interprete, quid ageretur, edocta, lachrymabunda in hæc verba erupiſſe fertur: Male France, male France item: Rome, Rome, innuens ſe ad Pontificem Romanum appellaturam. Rex remittendam illico in Daniam ſtatuerat, ipſa vero reditus rubore retenta, Gallicano Monaſterio includi maluit, quod & factum. Quomodo ibi habebatur, docet in epiſtola ad Archiepiſcopum Rhemenſem Stephanus Epiſcopus de Noyon, ubi conqueritur ornatiſſimam Reginam vitæ ſubſidiis deſtitui. Rex Daniæ Canutus de injuria Galliæ Regis certior factus, miſſis ad Pontificem maximum Legatis, Andrea Sunonis Wilhelmoque Abbate Ebelholtenſi gente Gallo, anathemate percutiendam urſit, facta per dictum Abbatem Wilhelmum, quæ apud Huitfeldium habetur, tabella genealogica ad prætextum propioris inter defunctam Philippi conjugem noſtratemque Ingeburgim neceſſitudinis eluendum. Hinc Cœleſtinus Papa afflictæ Reginæ miſertus excommunicationem Galliæ minitabatur, quam tamen ipſe diſtulit, ſive tepeſcente zelo, ſive quod é re ſua non exiſtimaret, Gallum irritare. Ob ejus repudium univerſa Gallia a Pontif. Rom. excommunicata. Succeſſor vero ejus Innocentius III. Anno 1200 univerſas Gallias per Legatum ſuum Petrum de Capua excommunicari fecit, miniſterio Divino per totum re-

gnum penitus ceſſante, id quod adeo Philippum commovit, ut magnam cleri partem, bonis illorum fiſco ſuo adjudicatis, in exilium egerit, Legatosque Danicos Roma domum tendentes, quod literas Papales ſecum adducerent, cauſam Reginæ concernentes, in Burgundia intercipi curaverit, poſt ſex ſeptimanarum captivitatem iterum dimiſſos, durante nihilominus excommunicatione, qua inductus Rex Galliæ repudiatam immerito conjugem revocare promitteret, quod tamen obſtante adhuc Reginæ immerentis neſcio quo faſtidio, per annos complures dilatum, donec tandem expletis ſedecim divortii annis, ſimulatrice conſcientia, in digniſſimæ Conjugis rediit amplexus. Ita fere omnes Gallici Scriptores rem commemorant, Reginæ Ingeburgis tum formam tum virtutes collaudantes, unde mirari ſubit, quod recens Autor Gallus ſc. Imhoff. in Geneal. Familiar. in Gall. juſte repudiatam dicere non dubitarit; Confer Cel. Ludov. Holberg. Tom. I. Hiſt. regni Dan. ubi quatuor a St. Wilhelmo Abbate hac in cauſa ad Romanum Pontificem ſcriptas ex Mſſ. profert epiſtolas, unam nimirum proprio, alteram Regis Canuti & binas poſteriores repudiatæ ipſius nomine exaratas. Ex poſtrema pauca dabimus: Ego igitur à domo patris educta & „in Francorum regnum inducta, diſponente Domi„no Regali ſolio ſublimato felicioribus ſucceſſibus „meis invidente humani generis inimico, in terram „velut lignum aridum & inutile dejecta, omni ſum „ſolatio deſtituta atque conſilio. Dereliquit me „ſponſus meus Rex Francorum Philippus, in me non „inveniens, quod condemnaret, niſi quod malitia in „incude mendacii fabricaſſet. Illud autem eſſet „præſentibus in veſtris auribus perſequendum, ſi „non ſcirem, jam illud fama volante in toto populo divul-

Denuo in matrimonium aſſumpta.

„divulgatum. Confugio igitur miſera ad ſedem „miſericordiæ, ut miſericordiam conſecuta, filia „veſtram, ſi felicior atque clementior fortuna ſucceſſe„rit, me deinceps profitear ancillam diebus omnibus „veſtris obſequiis mancipandam. In eodem Epiſtolarum St. Wilhelmi Volumine, quod haud ita pridem evolvimus, unico jam exemplari rariſſimum, complures alias offendimus ad diverſos hac de re perſcriptas literas.

Diſcedit à ceteris Rogerius de Hoveden, non Ingeburgim ſed Botildam nominans. Annal. part. poſterior. cujus hæc ſunt verba notatu digna. Anno 1193. Philippus Rex Franciæ deſponſavit ſibi Botildam filiam Waldemari quondam Regis Dacorum, ſororem etiam Cnuti Regis Dacorum modo regnantis, menſe Septembri apud Amiens ſabbatho; & in craſtino fecit eam coronari & conſecrari in Reginam Franciæ coram nunciis Regis Dacorum, qui eam ad eum duxerant: ſcilicet ea intentione, quod prædictus Rex Dacorum veniret in Angliam cum navali exercitu, ſed in craſtino primæ noctis, qua prædictus Rex Franciæ illam uxorem ſuam cognoverat, voluit, eam dimittere, ſecreti ſui conſcius. Et cum ipſe vellet eam tradere in manus nunciorum fratris ſui ad reducendum in patriam ſuam, noluerunt eam recipere, ſed abeuntes cum feſtinatione reverſi ſunt in regiones ſuas & illa remanſit in cuſtodia Regis Franciæ mariti ſui. Et paulo poſt factum eſt inter illos divortium per Willelmum Remenſem Archiepiſcopum & per ſacramentum Reginaldi Carnotenſis & Philippi Belvacenſis Epiſcoporum & per ſacramentum Roberti Comitis de Nevers & Walteri Camerarii Regis Franciæ & aliorum multorum; qui juraverunt, quod prædicta filia Re-

gis Dacorum erat conſangvinea Comitis de Hainon, cujus filiam idem Rex Franciæ uxorem habuerat. Sed idem Rex Franciæ hoc fecit fieri, ut acciperet ſibi in conjugem filiam Comitis Palatini de Rheno in Alemannia, avunculi Henrici Romanorum Imperatoris. Quæ cum Regi Franciæ à patre & aliis parentibus ſuis eſſet conceſſa, refutavit eum; & conſilio matris ſuæ nupſit Henrico Duci Saxoniæ, nepoti Richardi Regis Angliæ. Anno 1195 Philippus Rex Franciæ duxit ſibi in uxorem filiam Ducis de Geneſt in Alemannia, quo facto Cnut Rex Danorum, frater prædictæ Botildæ Reginæ Francorum, conqueſtus eſt Cœleſtino Papæ de injuria, quam præfatus Rex Franciæ fecerat ſorori ſuæ, qui eam dimiſit ſine cauſa cognita. Conqueſtus eſt etiam de Willelmo Remenſi Archiepiſcopo, qui ſine Auctoritate Apoſtolica ſedens pro tribunali divortium fecit inter prædictum Regem Franciæ & Botildam ſponſam ſuam ſine cognitione cauſæ. Conqueſtus eſt etiam de Stephano de Noiun & Philippo Belvacenſi & Reginaldo Carnotenſi & Gvidone Aurelianenſi & Rotodo de Chaluns Epiſcopis & de Roberto de Drues & Lodovico de Blais & Theobaldo de Campania & Stephano de Nevers Comitibus & de Simone de Caſtellano de Inſula, & Petro de Mainit & Waltero Camerario Regis Franciæ Baronibus, qui juraverunt coram Remenſi Archiepiſcopo, quod prædicta Botilda & filia Comitis de Hainon, quæ fuerat uxor prædicti Regis Franciæ, ita affines erant in conſanguinitate; quod idem Philippus nulla ratione debuit aut potuit præfatam Botildam habere uxorem. Et quamvis prædictus Rex Dacorum paratus eſſet, probare, illos falſum dixiſſe adverſus eam teſtimonium, & quod divortium illud nullum fuit, nec teneri

de-

debuit, tamen propter favorem Regis Franciæ, noluit eum Cœleſtinus Papa in hac parte exaudire. *Hæc Hovedenus. Imaginem Reginæ hujus æri inciſam ſiſtit Montfaucon Monumens de la Monarchie Françoiſe Tom. II. pag. 110. N. 2. adſcriptis ſequentibus:*

Ingeburge, que d' autres appellent Iſemburge fille de Waldemar I du nom Roy de Dannemarc, fût la ſeconde femme de Philippe Auguſte. Il l' epouſa à Amiens la veille de l' aſſomption de la vierge l' an 1193 & la repudia peu de tems apres ſous pretexte de parenté. La crainte des foudres de l' egliſe l' obligea à la reprendre l' an 1201. Mais il la renvoya bien tot. Cette belle & vertueuſe Princeſſe ſupporta tant de disgraces en veritable Chretienne. Philippe la reprit enfin l' an 1213 & la garda jusqu' à ſa mort. Elle deceda en l' an 1236. agée de pres de 60 ans. Sa figure eſt gravée telle que nous la donnons icy ſur ſa tombe de cuide St. Jean de l' Isle pres de Corbeil.

§. 2. Hinc memoranda venit alia Danorum Princeps, Chriſtina puta, Chriſtiani II. Dan. Sueciæ & Norvegiæ Regis filia, quæ undecennis elocatur Duci Medialanenſi Franciſco Sfortiæ, eoque defuncto, Franciſco Lotharingiæ Duci nupſit, à qua Domus Lotharingica deſcendit. Poſt fata infauſti Parentis usque ad obitum ſuum omnem, quibus potuit machinamentis, non ceſſavit movere lapidem, ut liberi ejus avito Daniæ potirentur Diademate. Vide Hub. Langueti Epiſtol. ad Auguſt. Elect. L. I. Ep. I. pag. 3. L. II. Ep. 5. p. 22. Ep. 7. p. 25. 26. Ep. 104. pag. 294.

Chriſtina Lotharingiæ Duciſſa Chriſt. II. R. Dan. filia.

 Effigiem

Effigiem Chriſtinæ noſtræ itidem exhibet laudatus Montfaucon. l. cit. Tom. V. p. 312. addita epigraphe. Nous ajouttons Chriſtine de Dannemarc. Elle epouſa en l' an 1546 François de Lorraine & mourut en 1590 Son vertu godin eſt fort enflé dés la ceinture contre la mode de France de ce temps là.

Quibus titulis inſtruere nomen ſuum ambitioſa Princeps conſueverit, patet ex Inſcriptione apud Calmetum Hiſtor. Tom. II. libr. 32. Chriſtine, inquit, de Danemarc, Regente de Lorraine, les retablit de fond en comble, ainſi qu' on le voit par l' Inſcription qui ſe lit au deſſus de la grande porte de ces Salines:

Tres haute, tres excellente, tres puiſſante Princeſſe, Chriſtine, par la grace de Dieu Reine née de Dannemarc, Svede, Norvege, des Goths, Vandales, Sclavons, Ducheſſe de Sleswick, Holſtein, Stormarn, Dietmarſe, Lorraine, Bar, & Milan, Conteſſe de Oldenbourg, Delmenhorſt, Blamont, & Dame de Dorthonne & Caltra, l' an 1563. le premier jour de Fevrier, a fait eriger de fond en comble cette preſente Saline, à l' avancement du bien public de Lorraine, laquelle avoit été deſertée 79. ans auparavant.

Quam, cum mendoſa apud Calmetum extet, caſtigatiorem dedit Illuſtr. Joh. Gramminus *in Introduct. ad Nic. Cragii Annal. Hafn.* 1737. *Cui* Chriſtina *noſtra pag. præfat. 81. ſalutatur magni animi & eminentis ſupra ſexum ſuum prudentia fœmina, quæ* num-

nunquam abjicere animum de regnis Daniæ & Norvegiæ ſibi ſuoque generi vindicandis voluit &c.

§. 4. Poſt binas iſtas Principes offerunt ſe nobis bini Daniæ Archiepiſcopi in Gallia ſepulti. In Monaſterio ſcilicet Claravallenſi vulgo Clairvaux coram altare ad latus Matris D. Bernhardi requieſcit Eſchillus Archiep. Lundenſis ordine Secundus, qui anno 1182 d. 6. Sept. hic occubuit, poſtquam ſenex ſatur vitæ & dignitatis, reſignato anno 1177. in manus Abſalonis officio, religionis cauſa huc ſeceſſerat, & quidem ductus amore D. Bernhardi, cui maxime fuit familiaris, teſtantibus literis Sancti hujus ad Eſchillum datis quam plurimis. Ex Epiſt. 314. hæc habe ſpeciminis ergo.

Eſchillus Archiep. Lunden. in monaſt. Claraval. ſepult.

Quicquid gratiæ & dilectionis impendere ſibi poſſunt abſentes amici, puto & me debere tibi & mihi deberi à te.

§. 4. Alter Archipræſulum noſtratium in Gallia humatorum eſt Janus Grand, Archiep. itidem Lundenſis, Anno 1226. 3. Kal. Junii fatis functus & Avenione in medio ædis Marianæ, teſte libro Datico Lundenſi, ſepultus. Hujus curriculum vitæ mirandis fatis refertum peculiari tractatu proſecutus eſt Huitfeldius.

Janus Grand Archiep. Lund. Avenion. ſepult.

§. 5. Inde nos poſcunt tres Nobiles Dani, Monaſteriorum totidem in Gallia Fundatores. Alter eſt Beatus Herluinus Fundator Monaſterii Beccenſis in Neuſtria, de qua Malbrancus de Morinis libr. 8. cap. 31. p. 694. ſeq. Herluinus Patre Ausgoto a Rollone Normannorum Duce oriundo & matre Heloide natus ann. 994. ubi in bellis diu militaverat, ſcripturas exponere edoctus eſt & in paterno fundo exſtructis cellis

Herluinus Danus fundator Monaſterii Beccenſis in Gallia.

cellis fit Abbas, cui mater Holois (*ni fallor Dan. Helvig*) ſe jungit. Sed Herlvinus Monaſterium ad Beccum transferre in ſomnis jubetur. *Dacherius notis in Lanfrancum p. 331. Danicum Monaſterii hujus nomen rite exponit:* Beccus, *inquit*, Danorum lingua aquæ curſus in alium fluvium. *Vitam Herlvini noſtri ſcripſit Gilbertus Criſpinus, edente Dacherio, unde ſequentia depromta:* Herlvinus ab Ausgoto Dano genitus, apud Richardum Normanniæ Ducem educatus, licet ei offenſus auxilium tamen in tempore tulit. Egreſſus annos triginta ſeptem, piis exercitiis ſe applicat, unde ab omnibus irridetur. Roberto Duci amico propoſitum fatetur & in Bornevilla Monaſterium extruxit, ipſe operi incumbens. Jam quadragenarius litteras didicit. Cœnobium quoddam adiens, ut inquireret de vita Monachorum, pugno cæditur & expellitur, viſa tamen unius Monachi devotione in propoſito confirmatur. Suſcepto dein per manum Herberti Epiſcopi Lexovienſis habitu, Sacerdos ab eo conſecratur & Abbas conſtituitur. Tunc operi manuum cum fratribus inſiſtit, magna cum abſtinentia. Eorundem ſervicio Mater Herlvini ſeſe addicit. Conflagrationis Monaſterii nuncium Herlvinus magna conſtantia excipit. Per viſum divinitus admonitus eſt, Monaſterium ad Beccum transferre. *Meminerunt Noſtri quoque Gall. Chr. Tom. 4. p. 139. Sammarthani:* Herlvinus, *inquiunt*, Danus, filius Ansgoti, qui prius ſub Rollone militaverat, ſeculo nuncium remittens, conſenſu fratrum ſuorum Edonis & Rogerii, Monaſterium Beccenſe in Normannia fundat, ipſe primus ibi Abbas conſtitutus. *Hiſce addendus omnino Vilhelmus Gemmeticenſis Hiſtor. Norm. Libr. VI. Cap. IX. De Abbacia Becci & primo Abbate*

is fundatore ipſius venerabili Herluino. Circa hæc tempora, *inquit*, anno videlicet ab incarnatione Domini MXXXIV. Dominus Abbas Herlvinus, quadrageſimo ætatis ſuæ anno deſerens ſecularem vitam ſacræ Religionis habitum ſuſcepit ab Epiſcopo Luxovienſi Herberto & poſtea ab eodem Præſule ſacerdos ordinatus atque Abbas conſtitutus eſt. Inde Beccenſe Cœnobium cœpit habere initium. Sed quia tanti Patris fecimus mentionem, libet ad memoriam poſteritatis his annalium paginis aliqua de eo & Eccleſia ab eo conſtructa paulo latius inſerere. A Danis igitur, qui Normanniam primi obtinuere, pater ejus originem duxit, mater proximam Ducum Morinorum, quos moderni Flandros cognominant, conſangvinitatem attigit. Ausgotus ille, iſta Helois nomen habebat. Giſlebertus Brionenſis Comes, primi Richardi Normanniæ Ducis nepos ex filio Conſule Godefrido, illum enutritum penes ſe inter omnes Curiæ ſuæ Primates habuit acceptiſſime. Habilis ille ad arma plurimum erat, nec minori ea animoſitate geſtabat. Omnes omnium totius Normanniæ majorum familiæ in electis illum habebant in armis, omnique rei militaris uſu & cultu corporis ſui attollebant. Honeſtis, quæ Curiæ magnifaciunt, impendebat omne ſtudium. Domini ac militiæ commilitonum ſuorum præſtantiſſimus non eſſe, impatiens erat. Quibus de rebus non ſolum Domini ſui obtinuerat favorem, verum & apud Robertum totius patriæ Ducem & apud exterarum Dominos regionum, pepererat ſibi nomen plurimum acceſſumque familiarem. Vitæ hujus jucundiſſimo ſtatu annos ille jam exceſſerat triginta ſeptem cum tandem Divino metu ſuccendi amore mens illius cœpit &c. Jam minus frequens erat

Herluinus militiæ deſtinatus.

Amore divino ſuccenditur animus.

erat in Curia. Qua hoc ſolo detinebatur, quod prædia ſua Deo ſecum lucrari ſatagebat. Quod & obtinuit, extorquens ea ſibi a Domino ſuo multa inſtantia ſervitii: Ditioni illius ac ſervitio ipſo dominio tradente quicquid paterni juris habebant fratres ſui, qui eadem dignitate geniti extiterant ſibi. Quia dignior & vera nobilitate generoſior germanis efficiebatur, jure ab eis illi ſubjici, nec indignum aut injurioſum æſtimabatur. Protinus in villa, quæ dicitur Burnevilla, extruendum ſervitio Dei opus arripuit non parvum, brevi peractum. Ipſe non ſolum operi præſidebat, ſed opus ipſum efficiebat, terram fodiens, foſſam efferens, lapides, ſabulum, calcemque humeris comportans &c. &c. Prima literarum elementa didicit, cum exiſteret annorum prope quadraginta & divina opitulante gratia eo usque proceſſit, tot etiam ipſis apprime eruditis Grammatica in exponendis ac intelligendis divinarum ſcripturarum ſententiis merito haberetur admirabilis &c. Nocturnis tantum horis huic ſtudio vacabat, quia propter lectionem nunquam diurni operis intermiſit executionem. Avulſit illico paternas domos, unde ſervorum Dei habitacula conſtruxit. Sacrata vero, quam conſtruxit, Eccleſia ab Epiſcopo Luxovienſi Herberto, comam totundit, ac ſecularem habitum deponit &c. Ejusdem ordinis cum eo jugum ſubierunt duo ſui. Poſtmodum a præfato Præſule ſacerdos conſecratus, pluribus ducatui (NB. pro ductui) illius jam additis fratribus Abbas præficitur &c. Videres, peracto in Eccleſia officio, Abbatem collo ſementem, manu raſtrum vel ſarculum geſtantem &c. Victus quotidianus, panis ſiligineus & herbæ cum aqua & ſale. Aqua non niſi lutulenta, quia fons nusquam ad duo milliaria habebatur &c. Simili ſe inibi propter Deum

Ædificando monaſteria ipſe admovet manus.

Jam adultus literis dat operam.

Depoſito ſeculari habitu ſacerdos conſecratur.

um ſervituti nobilis mater ejus addixit, & conceſſis Deo prædiis, quæ habebat, ancillæ fungebatur officio, ſervorum Dei pannos abluens &c. Dein poſt aliquantum temporis per viſum commonitus eſt, ut dimiſſa ſolitudine campeſtri, quæ competenti opportunitate omnino carebat, eum ad locum ſui juris manſionem transferret, qui a rivo illic mananti Beccus appellatur, ad milliarium a caſtro, quod vocatur Brionnium. Eſt hic locus in ipſo ſaltu Brionnenſi, valle ima montibus ſaltuoſis hinc inde concluſa, omni opportunitate humano uſui commodus &c. Conſecrata paucis extructa annis non parva Eccleſia, columnis ex ligneis clauſtrum conſtruxit &c. *Inſequentibus tradit, Italum, quem Latinitas in antiquum ab eo reſtituta ſcientiæ ſtatum, tota ſupremum debito cum honore agnoſcit, nomine Lanfrancum, cum diſcipulis compluribus Normanniam ingreſſum Becci per tres annos commoratum, unde tanta eo confluxerit multitudo, ut Lanfrancus ampliores ædes ſtruendas ſuaſerit, tardante vero Herluino Abbate, divino nutu Monaſterii Presbyterium corruiſſe, hinc vero ſocia Herluini & Lanfranci cura ſpatioſiorem longe fabricam ſurrexiſſe, Lanfranco interim ad Archiepiſcopatum in Anglia Cantuarienſem promoto, novamque Eccleſiam ab eodem Lanfranco jam Archipræſule, rogatu Herluini X. Kal. Novembr. Ao. MLXXVII. ſolenniter initiatam, ſecuto paulo poſt Herluini obitu.*

Inſignis humilitas.

Nomen Danicum monaſterio inditum.

Spatioſior fabrica monaſt. ſurget.

Aliquanto vero (*pergit*) temporis poſt dedicationem exacto venerandus pater Herluinus omni membrorum officio deſtitui penitus cœpit & longe ante diei ipſius annuam revolutionem, quod optaverat, obtinuit; nam proximo ſubſecuto menſe Auguſto, XIII. Kal. Septembris, die Dominico, ex toto lecto

decu-

Pie moritur Herluinus Denus.

decubuit. Veſpertina a fratribus peracta Synaxi, vitæ humanæ ſtadium felici curſu peregit, nocte jam proxima, quæ in Dominicam illuceſcebat, VII. Kal Septembr. Actum eſt in Capitulo illi monumentum, bonorum actuum æternum filiis monimentum: Jure quo de ſpiritualibus locuturi ſtudiis conveniunt, illius præſentatur memoria; qui ex tyranno religioſus, ex multum ſeculari omnino ſpiritualis loci illius atque ordinis primus extitit fundator.

EPITAPHIVM.

Hac tegitur petra, qui quas circumſpicis ædes
Cunctas ediderat, Monachus ex Laico.
Ter poſt undenos ac tres & quatuor annos
Grammata neſcierat, poſtque peritus obit.
Quatuor undecies tranſegit cœnobialis
Annos, rite ſuos dimidiando dies.
Cum Phœbus nonum ſub Virgine protulit ortum,
Commigrando diem clauſit & hebdomadem.
Herluinus erat, ſi quis de nomine quærat,
Cui cum Sanctis det quicquid eis Deus eſt.

ITEM ALIVD.

Hunc ſpectas tumulum, titulo cognoſce ſepultum
Eſt via virtutis noſſe, quis ipſe fuit.
Dum quater hic denos ævi veniſſet ad annos,
Quæ fuerant ſecli ſprevit amore Dei.
Mutans ergo vices, de mundi milite miles
Fit Chriſti ſubito, Monachus ex Laico.
Hinc ſibi more patrum ſocians collegia fratrum,
Cura, qua decuit, rexit eos, aluit.
Quot quantasque vides, hic ſolus condidit ædes,
Non tam divitiis quam fidei meritis.

Quas

Quas puer haud didicit ſcripturas poſtea ſcivit,
Doctus ut indoctum vix ſequeretur eum.
Flentibus hunc nobis tulit inclementia mortis,
Sextilis quina bisque die decima.
HERLVINE Pater, ſic cœlica ſcandis ovanter,
Credere namque tuis hoc licet ex meritis.

Deceſſit idem Venerab. Pater VII. Kal. Sept. LXXXIV. ætat. ſuæ anno, Monachatus XLIV.

§. 6. *Alter eſt Gelduinus nobilis ex genere Danorum, qui caſtro Salmurenſi ſub Blecenſi Comite dominabatur, filio ſuo Gofrido puellæ Comitivæ relictæ Pontilevi Abbatiam in honorem beatæ virginis conſtruxit, ibique defunctus ipſe & uxor ejus Aanordis ſepulti ſunt. Vide Geſta Dominorum Ambaziæ Spicil. Dacher. Tom. 10. p. 539. 543. Diploma fundationis ab hoc Gelduino Dano factæ habetur in Sammarthan. Gall. Chriſt. Tom. 4. p. 736.* Gelduinus Danus fundator monaſt. Pontilevi.

§. 7. *Tertius erit Rogerius de Bellomonte filius Humfridi de Vetulis adeoque Danici generis (hunc etenim Humfridum ex ſorore Gunnoris Danicæ, patre Turulfo de Ponte Audomari genitum in ſuperioribus monſtravimus) De Monaſteriis binis a Rogerio noſtro fundatis loquitur Gemmeticenſis Libr. VII. Cap. 22.* Rogerius de Bello-Monte filius Humfridi de Vetulis in fundo ſuo Pratellis duo Cœnobia ædificavit, unum Monachorum, alterum ſanctimonialium. Rogerius de Bellomonte fundator duor. cœnobior.

§. 8. *Hoſce Monaſteriorum fundatores ob egregia in Uticenſe Normanniæ Cœnobium, parentum ſuorum aliorumque majorum dormitorium, beneficia excipiat Robertus Rodelenti Princeps ex Danis oriundus, ipſe ibidem cum luculento epitaphio humatus, de quo* Robertus Rodelenti Princeps ex Danis oriundus monaſt. Uticenſis Evergeta.

Ordericus Vitalis Uticenſis Monachus Eccleſ. Hiſt. Libr. VIII. p. 669. ſeqv. Roberti Rodelenti Princeps &c. Erat miles fortis & agilis, facundus & formidabilis, largus & multis probitatibus laudabilis. Hic Eduardi Regis (*ſc. Angliæ*) armiger fuit & ab illo cingulum militiæ accepit: Umfridus pater ejus, fuit filius Amfridi de progenie Dacorum. Adeliza vero mater ejus, ſoror Hugonis de Grentemaiſnil, de clara ſtirpe Geroianorum &c. &c. Uticenſe Cœnobium, ubi fratres ſui Ernaldus & Rogerius Monachi erant, & pater ſuus ac mater, aliique parentes ejus tumulati quieſcebant, valde dilexit & pro viribus ſuis locupletavit. Hinc illi Eccleſiam de Telliolo & hoc quod habebat in Eccleſia de Dambleinvilla & Presbyterium dedit & hoc quod habebat in Eccleſia de Cornero cum Presbyterio conceſſit &c. &c. Robertus Umfridi filius, dum puer erat, cum patre ſuo in Angliam transfretavit, & Eduardo Regi, donec ab eodem miles fieret, domi militiæque ſervivit &c. &c. Tunc vicini Britones, qui Gualli vel Guallenſes vulgo vocitantur, contra Regem Guillelmum & omnes ejus fautores nimis debacchabantur. Decreto itaque Regis, oppidum contra Guallos apud Rodelentum conſtructum eſt & Roberto, ut ipſe pro defenſione Anglici regni barbaris opponeretur, datum eſt. Bellicoſus Marchio contra inquietam gentem ſæpiſſime conflixit &c. Britonibus ſævo Marte repulſis fines dilatavit & in monte Dagaunoth fortiſſimum caſtellum condidit &c. &c. Tertio die Julii (ſc. Anno 1088.) Grithfridus Rex Guallorum cum tribus navibus ſub montem, qui dicitur Hormaheva, litori appulſus eſt & mox pyratarum exercitus quaſi lupi rapaces ad depopulandam regionem diffuſus eſt. &c. Interea clamor vulgi Robertum meridie dormitantem

tem excitavit &c. Ipſe cum paucis bellatoribus imparatus Guallos proſecutus eſt & de vertice montes Hormohevæ, captivos a pyratis ligari & in naves cum pecoribus præcipitari ſpeculatus eſt. Unde Marchiſus audax, ut leo nobilis, vehementer infremuit, homineſque paucos, qui ſecum inermes erant, ut antequam æſtus maris rediret, ſuper Guallos in ſicco littore irruerent, admonuit. Illi vero prætendunt ſuorum paucitatem & per ardui montis præcipitium deſcendendi difficultatem. Denique Robertus, dum videret inimicum agmen cum præda ſua præſtolari reditum maris, quo aufugeret, nimis doluit, impatienſque moræ per difficilem deſcenſum ſine lorica cum uno milite, nomine Osberno de Orgeriis, ad hoſtes deſcendit. Quem cum viderent ſolo clypeo protectum & uno tantum milite ſtipatum, omnes pariter in illum miſſilia deſtinant & ſcutum ejus jaculis intolerabiliter onerant & egregium militem lethaliter vulnerant. Nullus tamen quamdiu ſtetit, & parmam tenuit, ad eum cominus accedere, vel eum enſe impetere auſus fuit. Tandem bellicoſus heros ſpiculis confoſſus genua flexit animamque ſuam Deo ſanctæque Dei genitrici Mariæ commendavit. Tunc omnes in illum irruunt & in conſpectu ſuorum caput ejus abſcindunt, & ſuper malum navis pro ſigno victoriæ ſuſpendunt, (*quod tamen, per ſequentibus Roberti militibus, in mare projecerunt.*) &c. &c. Corpus vero ejus cum nimio luctu Anglorum & Normannorum Ceſtram detulerunt, ibique in Cœnobio S. Walburgæ Virginis ſepelierunt. Poſt aliquot annos Ernaldus Monachus, Umfridi filius, in Angliam transfretavit & oſſa Roberti fratris ſui, Roberto de Limeſia Merciorum Epiſcopo concedente, ſuſtulit & in Normanniam ad Uticenſe Monaſterium tranſtulit: quæ Roge-

 rius

rius Abbas cum Conventu fratrum honorifice ſuſcepit & in clauſtro Monachorum ſecus eccleſiam in meridiana parte tumulavit. Præfatus Ernaldus in adoleſcentia militiam deſeruit & factus Monachus plus cunctis ſodalibus ſuis in Monachatu deſudavit &c. Ejuſque ſtudio conditus ſuper tumulum fratris ſui lapideus arcus uſque hodie conſiſtit. Rainaldus pictor, cognomento Bartholomæus, variis coloribus arcum tumulumque depinxit & Vitalis Angligena (*ipſe puta autor Ordericus*) ſatis ab Ernaldo rogatus Epitaphium Elegiacis verſibus hoc modo edidit:

Hoc in mauſoleo ROBERTVS de Rodelento
  Conditur humano more ſoli gremio.
Filius VNFRENI Dacorum ſpermate nati,
  Fortis & illuſtris iſte fuit juvenis.
Dapſilis & pugnax, agilis, formoſus & audax
  Miles in orbe fuit, vivere dum licuit.
Marchio munificus, ſociiſque fidelis amicus,
  Ut Chriſti ſponſæ paruit Eccleſiæ.
Presbyteros, Monachos, pupillos & peregrinos
  Semper honorabat, largaque dona dabat.
Conſtruxit caſtrum, tenuitque diu Rodelentum,
  Firmiter indigenis oppoſitum rabidis.
Barbaricas contra gentes exercuit arma,
  Mille pericla probo ſponte ferens animo.
Montem Snaudunum, fluviumque citum Coluenum
  Pluribus armatis tranſiliit vicibus.
Præcipuam, pulchro Blideno Rege fugato,
  Prædam cum paucis cepit in inſidiis.
Duxit captivum, loriſque ligavit Hoellum,
  Qui tunc Wallenſi Rex præerat manui.
Cepit Grithfridum Regem, vicitque Trehellum,
  Sic micuit crebris militiæ titulis.

Atta-

Attamen incaute Wallenſes auſus adire,
  Occidit æſtivi principio Julii.
Prodidit Owenius, Rex eſt gaviſus Houellus,
  Facta vindicta monte ſub Hormaheua.
Enſe caput ſecuit Grithfridus & in mare jecit,
  Soma quidem reliquum poſſidet hunc loculum.
In clauſtro ſancti requieſcit Patris Ebrulfi,
  Pro meritis cujus ſit tibi plena ſalus.
Quondam robuſtus, jacet hic nunc exanimatus,
  Hinc dolor in tota perſonat, heu! patria.
Hic modo fit pulvis, jam nil agit utilitatis,
  Ergo, pie lector, ejus adeſto memor.
Hunc ut in ætherea locet arce roga prece digna,
  Cum lacrymis verum, qui regit omne, Deum.
Chriſte Dei ſplendor, vitæ dator & reparator
  Orbis, huic famulo propitiare tuo.
Eripe tartareis Robertum, Chriſte, Caminis,
  Eſt nimis ipſe reus, terge, precor, facinus.
Parce, quod ipſe piam rogitans clamore Mariam,
  Confuſus rigidis occubuit jaculis.
Indulge culpas, manſuras annue gazas,
  Ut queat in nitidis ſemper ineſſe choris. Amen.

§. 9. *Monſtratum ſuperius ex Wilhelmo Gemmeticenſi, Osbernum de Bolebec ex ſorore Gunnoris Danicæ procreaſſe Galterium Giffardum primum, unde Duces in Anglia Buckingehamenſes deſcendunt, hinc dignum eſt, quod adducatur, epitaphium Gualterii Giffardi, utpote Danici generis, quod habet idem Ordericus Vitalis Eccleſ. Hiſtor. Libr. XI. p. 809.* Eodem tempore (*ad ann. 1102.*) præcipui Proceres Normanniæ, Gualterius Giffardus, Guillelmus Briſtolienſis &c. defuncti ſunt. &c. Gualterius quippe Giffardus Comes Bucchingeham in Anglia mortuus Gualterus Giffardus genere Danus.

eſt, & inde in Normanniam, ut ipſe juſſerat, tranſlatus eſt. In introitu vero Baſilicæ beatæ Virginis Mariæ apud Longamvillam ſepultus eſt. Super quem hujusmodi Epitaphium in maceria picturis decorata ſcriptum eſt:

Stemma Giſardorum Galterius ingenuorum
Quæ meruit vivens buſta, ſepultus habet.
Templi fundator præſentis & ædificator,
Hoc velut in proprio conditus eſt tumulo.
Qui ſe magnificum, patriæque probavit amicum,
Dux virtute potens & pietate nitens:
Religioſorum ſed præcipue Monachorum
Cultor, multimode profuit Eccleſiæ.

Strenuum itaque Baronem Cluniacenſes Monachi honorifice venerati ſunt &c. memores beneficiorum, quæ apud Longamvillam in ejus eleemoſyna ubertim adepti ſunt. &c.

Ad Scholam Pariſienſem confluebat olim juventus Danica.

§. 10. *Confluebat olim Lutetiam Pariſiorum, quicquid experrectiorum in Dania ingeniorum erat, tanquam ad bonarum artium mercaturam, quam, erecta nondum Univerſitate Havnienſi, domi deſiderarent. Peregrinationem hanc literariam inſigniter promovit Stipendium Regium Menvedianum, de quo Huitfeldius Tom. I. p. 387.* Dette Aar (1316.) gaff hand (Kong Erich Menved) Biſkop Peder af Odenſe Steenloſe-Kircke og meere Goda, at legge til Knuds Kircke, til hvis anden Hielp, ſom før var forordnet til Studentere deres Underholdning, ſom ſkulle ſtudere til Paris og udenlands. Id eſt: Anno MCCCXVI. Petro Epiſcopo Othinienſi Eccleſiam Steenloſianam aliaque bona tradidit Rex Ericus IV. cognomento Menvedius,

ns, apud Eccleſ. Cathedral. Canutinam deponenda, ſortitque ſtudioſorum, qui in exteris & nominatim Lutetiæ literis incumberent, uſibus dudum deſtinatæ adjicienda. *Vitus Bering. In Flor. Dan. p. 432.* Et propagant hanc laudem, quas ille propagavit, literæ, qui ſupra ſcabritiem ſeculi ſui, clara Danorum ingenia non parco ſumptu miſit foras, ad capeſſendum in remotis procul regionibus doctrinarum & elegantiæ cultum.

§. 11. *Hinc de Collegio, quod Lutetiæ habuerunt noſtrates, & quos ibidem in literis pro ſeculi genio non contemnendos fecerunt, progreſſibus pauca monendæ. Peculiare Danis Lutetiæ fuiſſe Collegium, teſtis eſt Malingre Antiqv: Pariſ. Libr. 2. p. 313. ad annum 1509.* Collegium Danorum, *inquit*, Pariſiis, Carmelitariis & Collegiis Laudunenſibus venditum eſt. *Profectus illorum quod attinet, egregium hic occurrit teſtimonium Helmoldi in Chron. Slavor. Libr. III. Cap. 5.* Dani, *inquit*, ſcientia liberali non parum profecerunt, quia nobiliores terræ filios ſuos non ſolum ad clerum promovendum, verum etiam ſecretioribus rebus inſtituendos Pariſios mittunt, ubi literatura ſimul & idiomate linguæ terræ illius imbuti, non ſolum in artibus, ſed etiam in Theologia multum invaluerint, ſiquidem propter naturalem linguæ volubilitatem non ſolum in argumentis dialecticis ſubtiles inveniuntur, ſed etiam in negotiis eccleſiaſticis tractandis boni Decretiſtæ ſeu Legiſtæ. *Hinc Nobilis Danus Sveno Dyringius in Cantil. Heroic.* Jeg haver været i Paris iblandt de mange Folck, Alt haver min Tunge været for mig en Tolck. *Accedat aliud teſtimonium Jodoci Badii Aſcenſii Typographi Pariſ.*

Collegium Danorum literator. Pariſiis olim exiſtens.

Danor. lingua volubilis.

Eruditiſſimi, qui Hiſtoriam Danicam Saxonis & Sententias Petri Lolle noſtratium primus excudit, in epiſtola ad Lagonem Urne Epiſcop. Roſchild. ad Idus Martios MDXIIII. data, in Prolegomenis Stephanianis Sorana Saxonis editioni præmiſſa: Quemadmodum, *inquit*, ſub Chriſti Domini noſtri cunctis mortalibus adorandum natalem claruerunt Romæ ſumma Latinæ linguæ lumina M. Cicero, M. Varro, Q. Hortenſius & ſexcenti alii & inclyta cum pacis tum belli culmina Cn. Pompejus Magnus, C. Julius Cæſar, Octavius Auguſtus aliique præterea multi. In Dania vero, quam diverſam a Dacia puto, Frotho tertius, belli paciſque juſtitiæ & militaris diſciplinæ ſplendor conſpicuus: ita nunc Chriſtierni Regis vel nomine amabilis, ſingulari felicitate, tuoque, Præſul generoſe, ductu & auſpicata dexteritate, propediem fore confidimus, ut Dania non ſolum armis & imperio, quibus ſemper excelluit, liberaque fuit, ſed & literis cultioribus evadat perſpicua, multoſque Saxones & Canutos, viros, inquam, doctrina præſtantes (*NB. Intelligit, ni fallor, Canutum Epiſc. Viburgenſ. Juris Doctorem, qui Commentario latino in Legem Juticam Waldemarianam inclaruerat*) educet. Quod idcirco jam jamque futurum autumno, quod ut illi, quos modo dixi, in Parrhiſiorum clari evaſerunt Academia: ita nunc quoque non pauca in eadem e Dania conſpicimus ingenia, quorum bona pars eſt Magiſter Chriſtiernus Petri, Lundenſis Eccleſiæ Canonicus, mihi longa conſvetudine & amicitia clariſſimus: cujus præcipuè cura & ſingulari impendio hoc opus tuo nomini nuncupatum emittimus &c. *Hinc in patriam reduces, audiebant vulgo Paris-Klerker ſeu Clerici Pariſienſes, teſte Wormio in Lexico Runico, adducto antiquæ hiſto-*

Paris-Klerker olim audiebant noſtrates, qui Pariſiis literis operam dederant.

hiſtoria loco I. J. Sog. Vilhialmur Biſkup var Paris-Klerker og villde Jarl hann vœre tulkur theirra. *Id eſt:* Vilhelmus Epiſcopus operam literis Pariſiis dederat, hinc comes volebat eorum, ut eſſet interpres.

§. 12. *Inde ad nonnullos noſtratium, quos (præter ſupra in epiſtola Aſcenſii memoratos, Saxonem Grammaticum, Canutum Epiſcopum Viburgenſem & Chriſtiernum Petræum procurata ibidem tum Saxonis, tum Petri Lolle editione inclytum) Lutetiæ literis incubuiſſe conſtat, recenſendos accingimur. Quos inter eminent Abſalon, inclytus Dan. Archi-Præſul, teſte Vita S. Wilhelmi Pariſienſis, ab eo ad Abbatiam Monaſterii Eſchildſöe huc vocati: Redit tandem in memoriam familiaritatis & amicitiæ, quæ illi olim intercesserat cum Vilhelmo &c. cum literis Pariſiis operam daret. Nec non Succeſſor ejus Andreas Sunonis Juris Doctor & Archiepiſcopus Lundenſis, qui dicente Er. Vindingio in proleg. ad Acad. Hafn. p. I. etiam Pariſiis publice docuit. Auctor Hexaëmeri & Libri de 7. Eccleſ. ſacramentis & Verſionis Latinæ Legum Stanicarum. Huic Saxo Hiſtoriam ſuam inſcripſit; ex cujus epiſtola dedicatoria huc ſpectant ſequentia:* Tu Galliam Italiamque cum Britannia percipiendæ literarum diſciplinæ, colligendæque earum copiæ gratia perſcrutatus, poſt diutinam peregrinationem ſplendidiſſimum externæ ſcholæ regimen apprehendiſti, tantumque ejus columen evaſiſti, ut potius magiſterio ornamentum dare, quam ab ipſo recipere videreris.

Andreas Sunonis Pariſiis publ. docuit.

Noſtrates inter, Pariſiis olim ſtudiorum gratia degentes, fuit Magiſter Martinus Dacus, de quo Jaco-

Mag. Martinus Dacus.

bus Echardus in ſcriptorib. Ord. Prædicat. Tom. I. Lutetiæ Pariſ. 1719. pagg. 736. Sæc. XIII. ad ann. 1300. Martinus Dacus vel de Dacia, id eſt, de Dania, ſtylo ſeculi XIII. ſub cujus finem claruit, ut & initio ſequentis, a Leandro fol. 153. b. laudatur inter viros philoſophia ac Logica illuſtres, cujus tamen nulla prodiere opera, at ſub fornicibus periſtylii Sanctimonialium Ordinis Piſſiacenſis (*procul dubio in Galliis, niſi Piſæ Italor.*) inter varias imagines ad parietem pictas, una eſt Martinum de Dacia in veſte noſtra (ſive Prædicatorum) repræſentans, qui in inferiori limbo dicitur ſcripſiſſe:

Tractatus multos & ſpeciatim Tractatum unum de modis ſignificandi.

Unde id acceperit ille pictor ſeculi ad ſummum XVI. mihi incompertum. Verum his lucem afferet Henricus Woltherus, auctor Chronicæ Bremenſis, qui anno MCCCCLXIII, in quo definit, florebat. Sic ergo habet ad Johannem Archiepiſcopum Bremenſem XXIX, ſed antea Epiſcopum Lundenſem in Dacia (i. e. Dania) qui Regis Daniæ iram fugiens ad Cœleſtinum V. & hujus ſucceſſorem Bonifacium VIII. præſidium petiturus acceſſerat.

Henricus (*NB. pro Ericus*) Rex Daciæ miſit ad curiam Magiſtros Pariſienſes nobiles & ſapientiſſimos & ſpecialiter unum Pariſienſem Magiſtrum, cui nomen erat Martinus de Dacia, qui & compilavit Modos ſignificandi, qui dicuntur Modi Martini, & iſti Modi antiquo tempore communes erant. Huic Martino Rex dedit magna munera, præbendas & prælaturas & cum aliis ivit Romam contra Johannem Epiſcopum: & Rex dedit illis clenodia pro curis & procurarent contra dictum Epiſcopum pro Rege, & quod

quod non retinerent pecuniam, nec bona, ſed quod lucrarentur cauſam contra Johannem. Quod tamen non obtinuerunt, nam Papa, Johanni favens, Regis in eum acta reſcidit.

Porro ex hac relatione (*pergit Echardus*) diſcimus, Martinum de Dacia, Sacræ Theologiæ Magiſtrum Pariſienſem, Auctorem Modorum ſignificandi, pluribus præbendis a Rege Dano auctum circa ann. MCCXCV, quæ cum Ordinis Prædicatorum ſodali non conveniant, tum ſaltem noſtris nondum accenſum conſtat. Quia tamen poſtea inſtitutum noſtrum amplecti potuit, ut plures alii ea ætate fecerunt, ob auctoritatem Leandri noſtrum præſtantis, viſus eſt inter dubios annumerandus, donec major lux affulſerit. Venetiis ad S. Petri Martyris Murianı inter Codd. MS. Pl. XX. Martinus de Dacia Ordinis Prædicatorum de modis ſignificandi fol. membr. Pr. (ſive *princip.*) Cum cujuslibet artificis. Explicit: Et hæc Dei gratia dicta ſufficiant ſecundum Magiſtrum Martinum de Dacia regione. Amen.

Gentilium (*Venetas intelligit, apud quos Codex iſte*) erit diligentiæ, videre, an quod præfertur in titulo Ordinis Prædicatorum, ſit eadem manu prima an ſecunda, præſertim cum idem non addatur in fine: noſque ſic emendare. *Hæc Echardus. Sequius de Martino judicium fert Alb. Crantzius, Pedantiſmi, ut vocant, arguens:* Miſit quoque Rex Daniæ poſt illum ſuum Oratorem Martinum, Virum, ut tum habebatur, præcipuum, qui inſigne in illa gente non habebat, quod Grammaticolis metaphyſica proponeret perdiſcenda, miſceretque inaniter longiſſime diſtantia, invento ridiculo opere modorum ſignificandi, in quo usque hodie magnis boatibus

tonant

tonant muti grammaticelli, quaſi rotati vertigine, cum nunquam ad elocutionem perveniant, inde gloriam auſpicantes, unde rideri meruerunt homines inepti.

Frater Andreas Acienſis.

Echardus iterum p. 313. n. 43. Frater Andreas, *inquit*, Acienſis (*Quid hoc nominis ſit, neſcio, Aſneſienſi ſubſtituiſſem, niſi obſervaſſem, Aſneſiam Fionorum eidem Echardo p. 332. vocari ſimpliciter Aſſens, quò trahit Bernardi Guidonis* Conventum Aoſienſem *& Pappebrochii Bollandique* Aſſonienſem; *ſed in præmiſſa notitia Provinciæ: & domor. Ord. Prædicat. pagg. XII. inter Conventus Prædicat. Regni Daniæ numeratur* Aotienſis *ſive Aſneſienſis; an inde depravatum τὸ Acienſis non dixerim*) pro rata Provinciæ Daciæ (*id eſt impenſis Ord. Prædicat. per Daciam*) è Colonia, ubi quibusdam annis Theologiæ operam dederat, Lutetiam ad Gymnaſium St. Jacobi ultimo perficiendus miſſus eſt & ſub finem Auguſti 1270. iter arripuit, quæ virum ſolertem indicant & ſpei non mediocris.

Frater Carolus.

Porro in ſequentibus Echardus: Frater Carolus expleto pro rata ejusdem provinciæ Pariſiis ſtudio, ad ſuos revocatus Colonia tranſiit, menſe Martio 1268 Juvenis à pietate & ſacrarum literarum ſtudio commendatus. Stumbelen & ipſe adiit & ex miris in Chriſtina (NB. fuit illa virgo Stumbelenſis ſanctitate celebris) viſis totus in Deum exarſit & illi beatæ Mariæ Pſalterium elegans & parvitate commodum, quod Pariſiis emerat, dedit.

Fr. Helinricus.

Idem poſtea: Frater Helinricus pro Provincia Daciæ Coloniæ ſtudens agebat menſe Auguſto 1270 Rediit Pariſiis Coloniam Anno 1278.

Non

Non equidem ignoramus, Danis vulgo accenſum iri Clariſſimum illum Petrum de Dacia, Aſtronomicis aliisque ſcientiis Pariſiis olim conſpicuum, cujus Computus ſupereſt, nec non Codex Mſſ. membran. in Collegio Canonicorum Juliacenſium, cui inditus eſt ab Auctoris morte titulus: Acta Chriſtinæ mirabilis Colonienſis ſeu Stumbelenſis, quæ ſcripſit F. Petrus de Dacia ordinis Prædicatorum, qui fuit maximæ ſcientiæ & autoritatis & Lector præcipuus inter Lectores Prædicatorum &c. *Sed nolumus falcem in vicina ac amica Sveciæ meſſem immittere, cum Echardus (modo recte inſtructus) teſtetur Wisbya Gothlandorum oriundum fuiſſe.* Petrus, *inquit*, de Dacia, ſic à provincia ordinis decima, quæ Daniam, Sveciam & Norvegiam complectebatur, nuncupatus, Svecus natione, Wisby in Gothlandia inſula natus &c. *Gothlandia quidem diu Daniæ paruit, quam hodie ut antiquitus Sveci tenent, ſed à Waldemaro IV. primum Anno 1360. Daniæ ſubjecta eſt. Petrus vero ſuperiori ſeculo vixit, mortuus circa 1288. Adeoque in illum nobis nihil juris agnoſcimus, niſi quatenus Streloviana Gothlandiæ Chronica & Antiquariorum alii docent, primos Gothlandiæ incolas dediſſe Jutiam noſtram, illuc Duce Thielvaro, Guthii Cimbrorum Judicis filio, delatos, unde nomen Guthilandiæ extiterit. Sed Hypotheſi, ut vocant, Gothlandicæ hodie parum creditur. Illud vero de Sceningia, quo tam Dani hujus ordinis, quam Sveci Norvegique, ex Academia Pariſienſi reduces, tanquam ad princeps Ordinis ſui Gymnaſium confluxiſſe intelligimus, ex Echardo addendum. l. c.* Fr. Petrus de Dacia.

In ea urbe (*ſc. Skeningiæ*) præcipuum erat provinciæ Daciæ ſtudium, in quo juxta morem de re-

ver-

vertentibus à Pariſienſi ſtudio Petrus primarius Lector inſtitutus 1271. quarta feria poſt Matthiæ Theologiam è ſuperiori loco profiteri cœpit.

Extant literæ Stephani, *Tornacenſis Epiſcopi, tum Abbatis St. Genovef. ad alium* Fratr. Petrum de Dacia St. Genovef. Canonicum *tum in patria* (Danesmarchia) *commorantem, inter Epiſtol. ejus edit. Pariſ. 1679. ubi inter alia:* Congaudemus tibi, quod depoſita vetuſtæ nativitatis avita barbarie, totus in Chriſtianam morum compoſitionem manſveveris & quod Æthiopes mutatione nigellæ pellis facere non poſſunt, candida glacialis Danesmarchiæ progenies in te ſibi gaudet collatum. &c.

Mag. Petr. Arnfaſt. Danus, St. Theol. Doct. Pariſiis apud S. Genovefam ſepult.

De Mag. Petro Arnfaſto Dano, Pariſiis ſepulto invenio ſequentia in Mſſ. Adverſariis Cel. Thom. Barthol. nunc Bibl. Acad. Hafn. annotata:

In principio voluminis continentis Damaſceni & Auguſtini quædam legitur, illud legatum fuiſſe ad uſus fratrum Minorum Roſkildis pro anima Magiſtri Petri Arnfaſti Doctoris Theologiæ, cujus ſepultura eſt Pariſiis ad St. Genovefam.

De Roberto Monacho Dano in Ciſtercio defuncto & Gilberto Monacho Norvego poſtea Abbate Ciſterciens.

In iisdem Adverſariis Bartholinianis citatur antiqv. Mſſ. membranac. ubi ſit mentio Monachi Dani Ord. Benedictini, nomine Roberti, in Ciſtercio defuncti. Cui jungimus Gilbertum ex Monacho Monaſterii Lidæ apud Norvegos Abbatem Ciſtercienſem teſtibus Ciſtercienſibus ſeu verius (ut inſcribuntur) Eccleſiaſticis Annalibus à condito Ciſtercio Authore Fratre Angelo Manrique Lugduni 1642. Tom. II. pag. 262. In Hybernia donavit Stephanus Anglorum Rex noſtris locum. Vocati Monachi ex Eccleſia Lin-

das

dæ aut Lidæ (quod monaſterium in Diœceſi Norvegiæ Bergenſi, miſſa ex Anglicano Fontium Cœnobio Monachorum Ciſterc. Ord. Colonia ad VII. Idus Jul. 1146. in ſuperiorib. pag. 47. ſeqv. dicitur cœpiſſe, nomine variè expreſſo: Lida, Lisda, Lenda, Luda, diverſum tamen à Lyſa alio ejusd. Diœceſ. Monaſter. Ciſtercienſi) miſſique à Gervaſio ejus Abbate, qui & locum de manu Regis ſuſciperent & primi omnium eum inhabitarent. Inter reliquos Gilbertus miſſus eſt, vir religioſus æquè induſtriusque, qui Cellerarii officio fungeretur. Eo præ aliis id munus recuſante ob ignorantiam linguæ, ſine cujus notitia ſe putabat ad externa inutilem, miles Oenus à Rege interpres datus &c. Idem Gilbertus in Abbatem Ciſtercienſem non multo poſt aſſumitur, teſte Meſſinghamo Cap. 10. de Purgat. *Gilberti hujus Norvegi, ut ibidem notatur, diſcipulus fuit Henricus Salterienſis.*

Nobilem Danum & quidem regii generis, nomine Waldemarum, apud S. Genovefam Canonicum factum ibique fato functum & tumulatum ex binis Stephani tum Abbatis St. Genovefæ poſtea Epiſcopi Tornacenſis ad Regem Daniæ Canutum (VI. ſcilicet hujus nominis, qui Stephano illi σύγχρονος fuit) datis epiſtolis intelligimus, quæ, ſine anni mentione tamen, obviæ ſunt in Volumine Epiſtolarum Stephani Tornacenſis edit. Pariſ. MDC. LXXIX. Ex utraque hic nonnihil adducendum. Prior num. CLII. inter alia hæc habet: Waldemarus Nob. Dan. S. Genovef. Canon. ibidem ſepult.

Nobili Viro & ab avis atavisque Regibus procreato Canuto Fr. Stephanus de S. Genovefa dictus Abbas totusque Eccleſiæ Conventus humilis Salutem in ſalutis Authore.

Viris

Viris illuſtribus & qui de ſangvine Regio ducunt originem proprie convenit, ut, ſicut ſunt magnifici genere, ita ſint munifici largitate &c. Frater veſter *carnalis*, bonæ indolis juvenis *Waldemarus*, cujus memoria in benedictione eſt, Regio generi veſtro condigna virtute reſpondens, & apud nos ſpiritum reddidit Deo & inter nos corpus commendavit ſepulchro. Orationum ac beneficiorum ſpiritualium, ſicut unus ex nobis, particeps eſt &c. ſurrecturus in die judicii cum beata virgine Genovefa &c. Et quoniam parietes Eccleſiæ, in qua requieſcit, parentum veſtrorum, adhuc gentilium concrematos incendio & nimia ex tunc vetuſtate conſumptos renovare incepimus & ſarta tecta ipſius nova lignorum materie, plumbeisque laminis contegere propoſuimus, Nobilitati Veſtræ preces fundimus, ut ad coëmendum plumbum per præſentium latorem G. Canonicum noſtrum aliquod beneficium nobis mittatis, unde & à Deo remuneretur liberalitas Veſtra &c. & à nobis celebrior & frequentior habeatur fratris Veſtri memoria ſempiterna.

Ex altera vero num. CLIII. iſthæc dabimus.

Illuſtriſſimo & Chriſtianiſſimo Regi Danorum Canuto Fr. Stephanus St. Genovefæ dictus Abbas &c. Salutem, vitam & victoriam.

Glorioſam ac felicem Regni Danorum potentiam & virtutem, qua antiqui parentes veſtri pagani errore adhuc detenti, in fortitudine brachii ſui & in robore virium ſuarum Gallias invaſerunt & annales hiſtoriarum continent & communis fama recitat & urbium oppidorumque muri ſemiruti proteſtantur. Ex eorum vos nobili ſtirpe deſcendiſſe & gentilem illam

illam tyrannidem in Chriſtianam manſuetudinem mutaſſe gaudet mater Eccleſia &c. Cum in aliis quibusdam regnis per tyrannidem principum ſervituti ſubjecta ſit eccleſia, in veſtro per regalem clementiam veſtram libera eſt & quieta. Supradictæ perſecutionis à viris potentibus gentilibus tunc illatæ calicem bibit, & abſinthio doloris inebriata eſt eccleſia Beatæ Virginis Genovefæ, in qua Deo licet indigni deſervimus, fracta, diruta & combuſta. Teſtantur hoc parietes incendio illo conſumpti &c. Eos renovare incepimus, ſuperponenda nova lignorum materie & tecto plumbeo ſupponenda. Nec hoc dicimus, Princeps Victorioſiſſime, ut querulis aut mendicis vocibus importune aliquid vel improbe poſtulemus à clementia veſtra: Sed ut miſericorditer conſanguineum veſtrum nobilem virum Canutum moneatis, ne omnino ſit immemor fratris ſui Waldemari, qui in beato fine ſuo *Canonicus noſter factus*, in celebri clauſtri noſtri loco ſepultus, in omnibus beneficiis & orationibus, quæ in Eccleſia noſtra fiunt, particeps, frater & ſocius, nec in vita partem aliquam, ut dicitur, ſeu funiculum hæreditatis ſuæ poſſedit, nec poſt mortem ſive ipſe, ſive Eccleſia pro eo aliquid inde percepit. Vox juſtitiæ ipſius clamat ad fratrem de terra, Frater da mihi portionem ſubſtantiæ paternæ, quæ me contingit. Rogamus, ſupplicamus ac petimus, ut vos, qui totiens armis ſuperatis idolatras & jugo ſubjicitis Chriſtiano, nobilis illius viri pectus licet ferreum precibus expugnetis, ut mortuo fratri ſuo gratiam non neget & in tanta neceſſitate Eccleſiæ, in qua frater ejus & diem clauſit ultimum & diem expectat extremum, pro tota hæreditate, quam poſſidet, aliquid mittat, unde & apud Deum ſecurior ſit ejus conſcientia & apud ho-

mines hilarior fama &c. &c. &c. Valeat & creſcat in dies ſemper Magnificentia Veſtra.

Petrus Oxe Eques Danus in Gallia diu exul deque Lotharingia præclare meritus.

Ad recentiora igitur ut veniamus tempora, facienda hic mentio magni & prudentiſſimi Herois, Generoſiſſimi Domini Petri Oxe, Toparchæ in Giſſelfeld, Regni Daniæ Senatoris & tandem ſupremi regii palatii Magiſtri, egregiis in patriam meritis inclyti, qui cum gratia glor. mem. Chriſt. III. Daniæ Regis excidiſſet, domi ſe minus tutum exiſtimans, exilium ingreſſus eſt, cujus majorem partem in Lotharingia tranſegit, Duciſſæ Chriſtinæ Chriſtiani II. filiæ utiliſſimus, deque Lotharingia vel prudentiſſima rei ærariæ conſtitutione egregie meritus. Initi hujus exilii cauſam hanc affert Stephanius in Hiſtor. Laudatiſſ. Regis Chriſtiani III. ad ann. 1558. quod ob ſcriptas (ut perhibebant) ad Henricum Galliæ Regem ſuſpectæ fidei literas, in jus à Rege citatus eſſet. In quem Stephanii locum fuſe & eruditiſſime commentatur Illuſtris Joh. Grammius in vaſto illo ac aureo Annalibus Nicol. Kragii & Stephanianæ huic hiſtoriæ, auſpiciis ejus ante triennium nitide excuſis, præfixo Prologo, unde nonnulla hic veniunt excerpenda: Pagg. Prolegomen. 80. poſt complura alia ita infit: Contra ſi de illis quæratur, de quibus accuſatus vir iſte, quidque ipſum, jam tum ab anno usque MDXLII. regni Senatorem & qui graviſſima negotia domi foriſque obiverat &c. ad fugam meditandam & vertendum ſolum impulerit, hæc quidem videntur ſcriptorem noſtrum (*ſc. Stephan.*) latuiſſe, cui incerta quædam fama tanto facilius impoſuerat. Etenim quod ad commercium cum Rege Galliæ ſpectaret, nihil in hac cauſa occurrebat. Erant vero alia quædam, ex quibus offenſionem aulæ in ſe concitarat, & quorum loco, cum nec ita liquido confirmata,

mata, nec adeo enunciata res fuerit, illud de literis ad Gallum, ex conjectura, ut ſit, ſuppoſitum, poſtea ſermone vulgi percrebuit. Verior nimirum culpa, quod Petrus ingenitis ſpiritus vir & ad opinandum perſtringendumque aliquanto acrior, in eis, quæ Regina obtinuiſſet, ejusque auctoritate gererentur, faſtidioſum ſe præberet. Unde inſimulatus, quod Reginæ deſtinatis obſiſteret, cœperat ea minus propitia uti, illa vero deinceps ad avertendum ab ipſo Regis animum facile viam reperiebat. Namque & is erat Petrus, qui tum temporis non difficulter criminationibus pateret &c. Quippe divitiis præpollens ſemperque amplioribus exſtruendis intentus, præter avitas poſſeſſiones, nec non præfecturam muneri ſuo additam, varia à rege prædia pignori acceperat, in quibus, ſive ipſius ſive procuratorum vitio, haud ſemper ea agi, quæ juſta eſſent, multa vero queis legum æquitati & ærario publico fraus fieret, fuere, qui magna ſedulitate ad aulam deferebant. Acceſſerunt illa in Petrum Due, virum nobilem perpetrata, quorum Stephanius meminit (p. 389.) quem ob levem ſuſpicionem in arctiſſimam conjeciſſe cuſtodiam, (*nec niſi numeratis aliquot aureorum millibus, liberum dimiſiſſe arguebatur*) quem verum alibi Georgium nominatum & quidem rectius, ut puto, obſervavi. Hinc Senatu primum abſtinuit, deinde eo, non quidem (ut alibi memini annotatum) motus eſt, verum ſeſe ultro abdicavit, impetrata à Rege venia ſecedendi in villas ſuas, poſtquam ſe fidem regiæ domui ſervaturam, nec regnum absque permiſſu relicturum, datis vadibus ſpoponderat. Sed brevi poſt, de iis ipſis cauſis, quas indicavimus, in illum actio inſtituitur, quam is fuga prævertendam duxit, relicto fratri Eſchillo & affinibus ſuis

mandato, ut ad omnia, quorum accuſaretur, reſponderent. Hi judicatum ſolvi cum Regi non ſatisdarent, cauſa ſenatorum regni ſententia in comitiis publicis Neoburgi in Fionia habitis, condemnatur. Interim ipſe in terris Luneburgicis, Ultzenæ & Dannenbergæ, quo ad Henricum Ducem Luneburg. ſeſe primo receperat, agebat. Ibidem, die V. Julii, ſupplices ad Regem mittit literas, quibus abitum fugamque ſuam excuſat, & quod haud ullo earum rerum metu, quarum actio intenderetur, verum ut gravius periculum evitaret, hoc conſilii ſibi captum. Inprimis de inimicorum pravitate & injuriis deplorat graviſſimeque conqueritur, ac quod famoſus exierit libellus, quo Reginæ odium & alia contumelioſa, quorum tamen omnium innocentiſſimus ſit, congeſta. Sed cum neque iſta deprecatione, neque fratris ceterorumque opera aliquid efficeretur, haud ſecurum ſe apud Luneburgicos, Regi utpote conjunctiſſimos, ſuſpicatus, Daventriam, Tranſiſalaniæ urbem, conceſſit, ubi mox in morbum incidiſſe ac ſupremum diem obiiſſe, falſis rumoribus in Daniam defertur. Hinc in Lotharingiam ſe recepit: quam pro filio adminiſtrare non deſierat Chriſtina, Chriſtierni II. Daniæ quondam Regis filia, magni animi & eminentis ſupra ſexum ſuum prudentiæ fœmina. Illa vero, ut quæ nunquam abjicere animum de regnis Daniæ & Norvegiæ ſibi ſuoque generi vindicandis voluit, jam intellecta Chriſtiani III. morte, ſpei ſuæ imminendum rata, cœperat agitare, quomodo ad propoſitum finem perveniret. Et quidem de iſta re, deque conſiliis, quæ Chriſtina tunc iniverit, nonnulla extant conſignata in literis Ulrici Mordiſii ad Languetum, atque in alteris ad eundem à Langueto, utriſque anno

MDLIX.

MDLIX. Novembri menſe ſcriptis, (Libr. 2. epiſtol. 5. & 7. earum quas ante multos annos orbi communicavit vir excellens Joh. Pet. de Ludewig &c.) In poſterioribus hiſce, præter alia cognitione digna, narratur, famam fuiſſe, procurante Petro Oxen, Ducem Lotharingiæ cum Sueco fœdus adverſus Regem Danicum junxiſſe. At Fridericus II. hæc omnia, per Saxonicos alioſque, edoctus, tanquam in transfugam & majeſtatis reum ſevere animadvertendum cenſuit, fecitque omnia ejus bona, ex jure & legibus regni, fiſco adjudicari &c. &c. Atque ægre tum quidem poterat inter homines ambigi, quin vir ille, vindictæ cupiditate ſeductus, fideique & ſacramenti ſui oblitus, hoſtilem erga Regem animum induiſſet, ſiquidem ut fide dignis teſtimoniis perceptum, anno MDLXIII cum mandatis Lotharingiæ Ducis, cumque altero ejus legato, Comite Salmenſi, fuerat apud Edzardium Friſiæ Comitem, qui in matrimonio habebat ſororem Erici Regis Sueciæ, ut cum dicto Comite Svecicisque, qui & aderant, conſiliariis deliberarent de bello Danico, Friſicis pariter & Lotharingicis opibus ſuſtentando. Præterea ſequenti anno compertum, injectam eodem tempore apud Friſios fuiſſe etiam mentionem de conjugio inter Svecum & filiarum Chriſtinæ Lotharingicæ majorem natu, idque ex Saxonia huc perſcriptum. Quamvis enim iſtud negotium in annos demum MDLXV & MDLXVI. eruperit (Vid. Frid. II. Hiſtor. per Petr. Reſen. p. 151. ſq. Languet. epiſtol. libr. I. ad Elector. Saxon. p. 3. & 8.) tamen diu ante agitatum fuiſſe, patet ex Langueti ad Mordiſium epiſtolis CIV. & CV. Ceterum memorabilia ſunt, quæ ſigillatim ibidem de Petro noſtro leguntur; hæc nempe: Certum eſt, Petrum Oxe

 eſſe

eſſe in ſumma gratia apud Lotharingicam, quæ etiam ſummopere conata eſt ei conficere nuptias viduæ Domini de Offonville, quam duxit Andelotus. Ea eſt familiæ Comitum Solmenſium. Ipſe Petrus Oxen (ut didici à viro, quem dignum fide judico) non ita dudum conſpectus eſt Groningæ in Friſia, nec puto eum animi cauſa tantum eo expatiatum (Libr. 2. epiſt. 5. pagg. 22.) Credo equidem Chriſtinam & filium ejus, alta viri mente & indole conſiderata, in magna expectatione fuiſſe officiorum, quæ ſibi & domui ſuæ ab ipſo præſtarentur. Interque alia compertum habeo, præfecturam ei à Carolo Duce tributam Schaumburgicam. Hoc nimirum didici ex libello locationis, quo noſter villam quandam in Walterfingen ſitam, certis ſibi conditionibus & ad XII. annos pactus eſt ab Alexandro de Braubach, quod factum MDLXIV. die III. Febr. (Vocatur ibi Der Edle und Ehrenveſte Peter Ochſe, Amptmann zu Schaumburg). Nec dubito, quin Alexander ille idem ſit, cujus mentionem facit Mordiſius, in epiſtola, quam laudavi. Ita autem quid poterant aliud exiſtimare illi, quibuscum verſabatur, quorumque tam faventibus & benevolis utebatur, quam perpetuo in fide & clientela ipſorum futurum? Sed ſi hoc ipſe perſvaſerit, revera fucum fecit. Nam quanquam in multis arduis rebus & negotiis utiliſſimam operam domui Lotharingicæ navabat, tamen conſilia ſua ita noverat attemperare, ne patriæ ſuæ aut Friderico Regi nocerent, nemine animadvertente, quo ſpectaret. Hinc nulli potius, quam ipſi attribuendum, quod Svecus haud ullum ſocietatis ejus, cujus nuper meminimus, fructum tulerit, & quod iſtud præcipue de matrimonio, per biennium fere actum, primo dilatum fuerit, tandemque funditus diſtur-

diſturbatum. Nam quæ apud Reſenium (in hiſt. Frid. II. pag. 152.) referuntur Lotharingorum de his nuptiis judicia, verè a Petro Oxe profluxerunt. Quia etiam non minus dabat operam, ut multa fierent ad voluntatem Gallorum & Catharinæ Mediceæ accommodata, ſemperque Chriſtinæ & filio ejus perſuadebat, quæ Gallicis rationibus conducerent, plurimi & iſtic fiebat. Neque Gallorum ii, quibus cognitus erat, ita unquam de ipſo judicabant, ut patriæ proditorem, aut Friderici II. hoſtem exiſtimarent. Unde inter eosdem Thuanus, cum elogium noſtri deſumeret ex Chytræo, apud quem auctorem inveniſſet tali modo ſcriptum, quod Lotharingam Petrus, apud eam exulans, adverſus Daniæ Regem incitaret & confirmaret, (Saxon. libr. XXIII. pag. 692.) correxit ea verba, conſultòque reſcripſit: Lotharingam adverſus Daniæ Regem incitare credebatur, (Thuan. Hiſtoriar. libr. LX. pagg. 404. edit. ult. Londin.) Hæc vero omnia, quæ agebat, & quorum nihil in patriæ perniciem tendere cunctis, qui virum propius inſpiciebant, perſuaſum erat, eo pertinuerunt, non ſolum ut per amicos & neceſſarios ſuos in Dania prædicarentur Friderico Regi, fidem ſcilicet ac religionem ſeſe incorruptam vel apud inimicos ſervaſſe, inque omnibus quantumvis ſuſpectis actionibus ad patriam reſpexiſſe, verum etiam ut eadem à Gallis, ab Electore Saxoniæ, à Ducibus Luneburgicis, ab aliis, quorum ſingulorum preces & commendationes non ſemel impetrarat, Regi ante oculos ponerentur. Tandemque Rex permotus primum conceſſit ei poteſtatem in Daniam veniendi literis, quibus fides dabatur tuto eundi ac redeundi anno MDLXVI. die XXIV. Januarii ſignatis. Adeſt noſter illico, Regi ſe offert, per-

 orat,

orat, ſupplex & deprecabundus, ſimul eis, quorum jam partem ab aliis Rex perceperat, pleniſſimam fidem faciens. *Et poſt nonnulla:* Et hæc etiam cauſa fuit (*ſc. prudentiſſima, tempore belli Sveco-Danici & ærarii adminiſtrandi & faciendorum ſumtuum & exercitus terra marique inſtruendi forma ab ipſo excogitata*) cur noſter non ſolum commiſſorum veniam, cum bonorum, quæ ante exilium poſſederat, pleniſſima reſtitutione obtinuerit, verum etiam à peracto brevi in Lotharingiam itinere (quo ſcilicet rei familiaris cauſa, atque ut omni ibidem nexu exſolveretur, regreſſus eſt) eodem anno priſtinum in Senatu locum recuperaret, proximo vero ad ampliſſimam, de qua loquitur Stephanius, dignitatem evectus, Palatii Magiſter conſiliorumque omnium princeps conſtitueretur. Animadverſum vero ſtatim, illo adminiſtrationem ſuſcipiente, verſa ac mutata in meliorem partem eſſe omnia, multoque, quam unquam ante hoc, rectius ire. &c. &c. &c. *Addenda hic omnino, quæ ad illa Prologi verba pagg. 82.* Nam quamquam in multis arduis rebus & negotiis utiliſſimam operam domui Lotharingicæ navabat, *in ſubjecta habentur nota:* Magnum in omnibus Petri Oxi ingenium & conſummata prudentia in nulla re magis excelluit, ac in iis, quæ ad conſtituendam rem ærariam & tollenda, quæcunque in ejus diſpenſationem irrepſiſſent, vitia & defectus pertinerent. Et ejusmodi certe remediis a tali viro ſuggerendis & ſubminiſtrantis indigebat tum temporis Lotharingia. Unde &, quæ multa in ea re fuerunt ibi ſuſcepta utiliſſime ac melius conſtituta, ab anno usque MDLX. Carolo Duce adhuc adoleſcente, nullius tantopere conſiliis, ac Petri noſtri, debebantur. Eaque intelliga-

telligamus oportet, quando in Calmeti Hiſtor. Tom. II. libr. 32. ad ann. 1560. hæc legimus: „Le long „ſejour, qu' avoit fait le Duc Charles en la Cour „de France pendant toute ſa minorité & la longue „abſence de la Ducheſſe douairiere Chriſtine de Da„nemarc, jointe aux troubles, dont la province „avoit été agitée pendant les guerres entre la Fran„ce & l' Empire, avoient apporté une ſi grande „confuſion dans l' adminiſtration du domaine & des „affaires de Lorraine, que &c. C' eſt pourquoy „le Duc Charles ne fut pas plutot retourné en Lor„raine, qu' il ſongea ſerieuſement à mettre un meil„leur ordre à ſes affaires, en recherchant les droits „de ſa Couronne & de ſes domaines. Il convo„qua tous ſes vaſſaux &c. Et poſtea: Au commen„cement de l' annee ſuivante ayant été informé du „mauvais état ou etoient ſes Mines - - il fit une „Ordonnance &c.

§. 14. *Tacere hoc loco minime oportet, par Literatorum Danorum, qui noſtra memoria in Gallia magno eruditorum applauſu verſati exterisque admirationi fuerunt. Alter eſt Celeb. Olaus Römer S. Reg. Maj. quondam Status & Juſtitiæ Conſiliarius, Præfectus Politiæ & Conſul Hafnienſis, nec non Mathematum ſuperiorum in Academia patria Profeſſor famigeratiſſimus. Hic adhuc juvenis Anno 1671. Mathematicum illuſtrem Piccardum ad conquirendas per Septentrionem Obſervationes Aſtronomicas a Chriſtianiſſimo Galliarum Rege Ludovico XIV. miſſum, ad Auguſtam Gallorum aulam comitatus per integrum decennium heic ſubſtitit, ibique ſplendidis ac tanto Monarcha dignis ſtipendiis ornatus, ſtudiis Sereniſſ. Delphini Mathematicis præficitur ac illuſtribus Aſtrono-*

Olaus Römerus in gallia inclytiſſimus.

Studiis Delphini mathem. præfectus.

nomorum Duumviris Piccardo & Caſſino in Uraniæ motuum ſideralium ſpecula aſſociatur. Interea artificioſa Aquæductuum Verſalienſium ſtructura machinisque hunc in finem pro ingenii dexteritate excogitandis à Ludovico Rege admotus Collegam habuit Nicolaum Mercatorem Holſatum Mathematicum Chymicumque excellentem, Hafniæ aliquamdiu Anno 1653. commoratum, poſteaque in Gallias, Verſalienſibus ut intereſſet moliminibus, evocatum, de quo vide Joh. Moller. Hypomn. ad A. Barth. p. 346. Præterea in Galliis, cum Academiæ illic Scientiarum Regiæ eſſet Socius, binas iſtas ſtupendi artificii fabrefecit machinas, queis Planetarum curſum Ecclipſesque Solares & Lunares ſpectandas exhibuit, non ſolum Gallorum, ſed Sinenſium etiam, à Jeſuitis eo deportatæ, admirationem provocantes. Revocatum deinde ann. 1681. è Galliis Römerum & Mathematici Regii dignitate auctum, Mathemata ſuperiora in Acad. Hafn. tradere juſſit laudatiſſ. memoriæ Rex Chriſtianus Vtus. Vid. Joh. Moll. Præfat. Biblioth. Septentr. Eruditi p. 48. & Alb. Thur. Ideam Hiſt. Liter. Dan. Part. I. Cap. VII. p. 192.

Aquæduct. & Machin. Verſaliens. inventor.

§. 15. *Alter eſt Vir hodie magni in erudito orbe nominis Cel. Dominus Jacobus Winslowius, Archiater Regius & in Academia Pariſina Medicinæ ac Anatomes Profeſſor inclytus, quem Anatomicorum ſeculi noſtri facile Principem produxiſſe merito glorietur Dania. Pontificia, quam deſertis patriæ ſacris, amplexus eſt, acerrimus Propugnator audit religionis ejusque Zelo totus conflagraſſe dicitur, unde collaudatam Viri integritatem teſtatum iri cenſemus. Inſignem in eo cum eruditione candorem nec intermortuum patriæ amorem ex popularibus olim obſervavit*

Doct. Winslovius Anatomicus famigeratiſſimus.

meminit. Ampliſſ. Ludovicus Holbergius, qui in Epiſtola ad Virum perilluſtrem inter opuſcula ejus Latina Lipſ. 1737. honorificam ejus facit mentionem pagg. 64. Alter ex popularibus meis, *inquit*, erat Medicus, homine Winslov, etiam Fionenſis, qui perſuaſionem quidem majorum ejuraverat, non vero amorem in patriam, nam nil gratius illi erat, quam populares quovis modo demereri poſſe. Comiter me excepit perque totam urbem circumduxit, adeo ut illo duce & comite curioſitati meæ abunde ſatisfactum fuerit. Humilis, integer, candidus, apertus, officioſus erat, nonnihil tamen moleſtus ob pruritum diſputandi, movebat ipſe controverſias theologicas, ducebat etiam ad alios æque pugnaces, adeo ut maxima pars temporis diſputationibus inſumeretur &c. *Et poſt nonnulla:* Ut redeam ad Dominum Winslovium, vir erat apud Gallos, qua ob integritatem, vitæ ac morum ſuavitatem, qua ob peritiam in re medica, præſertim Anatomica ſpectabilis. Non eſt veriſimile ſpe lucri aut emolumenti a patria perſuaſione defeciſſe, melius enim conſultiusque rebus domeſticis in patria, ubi major eſt praxis ob paucitatem medentium. Duxerat etiam uxorem Pariſiis, cui neque cenſus, neque majorum imagines in dote erant &c. &c. Ipſe converſionem aſcribere ſolebat controverſiis, quæ diebus feſtis ac Dominicis habentur in ſacello quodam templi S. Sulpitii, ubi ſacerdos, qui regium ſtipendium eo nomine datur, publice tuetur dogmata Pontificiorum adverſus quosvis opponentes. Sæpe iisdem diſputationibus interfui comperique, infirmos animos facile his hamis capi poſſe &c.

§. 16. Nuc

Michael Rög Norvegus ſculptor. Regius in Gall.

§. 16. *Nec prætereundus celebris ille ac excellens in Gallia ſculptor Michaël Rög, gente Norvegus, de quo laudatus Holbergius l. c. p. 76.* Non pauci ex popularibus meis poſtea Lutetiam veniebant. Eorum primus erat Michaël Rög, illuſtris apud nos ſculptor. Scholam Cathedralem Bergenſem mecum puer frequentaverat, dimiſſusque a Celeberrimo Lintrupio membrum Academiæ factus eſt. At neglectis literis, artem cælandi adeo excoluit, ut brevi ſcitiſſimus cælator apud nos audiret. Idem exhibito Pariſiis artis ſuæ ſpecimine, inter ſculptores Regis Galliæ ordinarios recipitur.

P. S.

Canuti Magni D. R. in Eccleſiam Carnotenſem munificentia.

(a) Sunt quædam, quæ nobis ſuperius omiſſa, ne prætĕrnavigentur, poſtliminio ſuffigere operæ pretium erit. Et quidem primo celebranda hic venit Regia illa Canuti Magni Daniæ & Angliæ &c. Regis in conflagratum Carnotenſium Templum munificentia, argento ad illud reſtaurandum circa ann. 1032. liberaliter tranſmiſſo, teſte Guillelmo Malmesburienſi: Ejusdem, *inquit,* Archipræſulis Helnothi hortatu Cnuto Rex ad transmarinas Eccleſias miſit pecunias, maxime Carnotum, ubi tunc florebat Fulbertus Epiſcopus, ſanctitate & Philoſophia nominatiſſimus. *Ipſas literas, queis pro Regio hoc munere condignæ perſolvuntur grates, cum Laconiſmo ſe commendent, in facti memoriam ex Divi Fulberti Carnotenſis Epiſcopi antiquiſſimi Operibus Pariſiis MDCVIII. p. 92. num. 97. adducere non pigebit.*

Nobiliſſimo Regi Danomarchiæ Cnuto Fulb. Dei gratia Carnotenſium Epiſcopus cum ſuis Clericis & Monachis orationis ſuffragium.

Quando

Quaudo munus tuum nobis oblatum vidimus, ſagacitatem tuam & religionem pariter admirati ſumus. Sagacitatem, quod homo, noſtræ linguæ ignarus longoque a nobis terræ mariſque intervallo diviſus, non ſolum ea, quæ circa te ſunt, ſtrenue capeſſas, ſed etiam ea, quæ circa nos, diligenter inquiras. Religionem vero, cum te, quem paganarum principem audieramus, non modo Chriſtianum, verum etiam erga Eccleſias atque Dei ſervos benigniſſimum largitorem agnoſcimus. Unde gratias agentes Regi Regum, ex cujus diſpoſitione talia deſcendunt, rogamus, ut ipſe regnum ſuum, in vobis proſperari faciat & animam tuam a peccatis abſolvat per æternum & conſubſtantialem ſibi unigenitum Chriſtum Dominum noſtrum in unitate Spiritus Sancti Amen. Vale memor noſtri non immemor tui.

Normanno-Gallicam Canuti Magni expeditionem ita deſcribit Saxo Gramm. Hiſtor. Dan. Libr. X. Ut autem Canutus à Richardo (*ſc. ſecundo hujus nominis Normanniæ Duce*) quod ſororis ſuæ (*ſc. Eſtrithæ, quæ poſtea nupſit Ulphoni Sprakeleg, mater magni Regis Suenonis Eſtrithii*) repudium egiſſet, atque adverſus uxorem ſeverius æquo maritali ſupercilio uſus fuiſſet, tanquam à conjugalia ſacra contumelioſe tractante pœnas ſumpturus, ac tori genialis injuriam repulſurus in Normanniam magna claſſe trajecit &c. Cujus impetum Richardus, Siciliam petens, fuga præcurrere maturavit. Interea Canutus ob gravis militiæ labores adverſa valetudine preſſus cum ſe corporis firmitate defectum, ac mox ſpiritu cariturum animadverteret, convocatos proceres, non niſi bello confecto, domos reverti juſſit, haud dubie victoria potituros, ſi funebri ejus lecto humeros in acie ſubjeciſſent, Expeditio Can. M. in Normanniam.

jeciſſent, atque inter primos præliantium globos Ducis nomine corpus ſuum exanime pertuliſſent, idque fugato hoſte, quo clarius cinerum ſuorum monumentum extaret, apud Rothomagum, promiſſa indigenis libertate, ſepulturæ mandarent: facile uſuros conditione Gallos, ſi illico hoſtem finibus ſuis exceſſurum cognoſcerent, parvoque impendio grandi patriam metu liberare quiviſſent. O immenſam perituri Regis induſtriam, quæ ſuis in ultimas rerum anguſtias devolutis, diſciplina quam ſpiritu vividior affuit. Enimvero ſuperſtitum ſalus decedentis ingenio ſtetit. Nam corpus ejus funebri lecto à militibus in acie perlatum, ad Danorum usque victoriam veluti viva adhortatione profecit, ut non minus extincti, quam ſuperſtitis, fortunæ pondus ineſſe crederet. Cui mox ſepulturam, diſceſſuros ſe pacti à Rothomagenſibus expetiverunt. Rapuere conditionem hoſtes, cineribusque ejus in urbe ſua acquieſcendi locum dederunt. Ita milites ſuſcepti monitus ratione, pugnam, pactionem, ſepulturam atque exſequias proſecuti, fato functum humeris ſuis Regem in acie pertulerunt, victoresque funerato eo, ſumptis tantum commeatibus, ad propria reditum habuerunt. Hunc Canutus exitum habuit, quo nemo noſtrorum Regum, tametſi plura alii victoriis illuſtraverint, ſplendidior fuit. Adeo enim operum ejus magnitudinem propitiæ famæ fides auxerat, ut quos rerum geſtarum gloria pares habuerat, amplitudine claritatis excellat. Cumque aliorum ſplendorem ignorantiæ obſcuritas, ac vetuſtatis rubigo perederit, hujus decus longa famæ uſurpatione ſubnixum, perpetuis memoriæ fructibus revireſcit &c. *Hæc* Saxo, *à quo Scriptores Anglici diſcedunt, qui Scafresbiriæ in Anglia extinctum Wintoniaque ſepultum docent,*

Obitus & ſepultura juxta Saxonem Gr.

prout

prout ex illorum teſtimoniis ſequenti Capite adducendis patebit.

(β) *In Waldemari Quarti Daniæ Regis hiſtoria illud hic quoque notatu dignum, quod habet Pontanus Hiſtor. Dan. Libr. 8. ad ann. MCCCLIV.* Reperio, *inquit,* in actis ſalutaviſſe eum (*ſc. Wald.*) per eundem hunc annum Avenione Papam Urbanum V. qui & ipſum honorifice exceptum ac roſa candida donatum magna cum ſolennitate a ſe dominum dimiſerit.

Vald. IV. Dan. Rex Papam Avenione ſalutat, roſa candida donatus.

(γ) *Deſcripſit, dum ante paucos annos Pariſiis degebat, Vir Eruditiſſimus nobisque peramicus,* Dom. Henricus Anthonius Burchardi, *nunc V. D. Miniſter Heiligenhafnenſis Meritiſſimus, tum in Danica ad Galliarum Monarcham Legatione Eccleſiaſtes religioſiſſimus, in Abbatia S. Genovefæ binas, quæ ſequuntur Inſcriptiones, junctis virorum iconibus affixas canaque vetuſtate ſuſpiciendas.*

Inſcript. binæ Monaſt. S. Genovef. de Petro Epiſc. Roſch. & S. Vilhelmo Abbate Ebelholt.

1.

PETRVS Canon. S. Genovefæ, Rotſkildenſis epiſcopus & Regni Daniæ Cancellarius Anno MCLXXX.

2.

S. GVILELMVS. Canon. S. Genovefæ, abbas Eſchildenſis in Dania, miraculis clarus.

Neutrum horum in Gallia extinctum novimus, licet grata ibidem vigeat eorundem memoria. Petrus *ille, patronymico* Sunonis, *Vir armis conſilioque prom-*

promptus, quem ſine hac Inſcriptione Canonicum S. Genovefæ fuiſſe, nobis non conſtaret, Anno 1214. non autem juxta alios 1201. prout in Annalibus noſtris D. V. aliquando demonſtratum dabimus, Soræ diem obiit. Guilelmum quod attinet, fuit ille gente Gallus, cura magni Abſalonis, tunc Epiſcopi Roeſchildenſis, ideo in Daniam vocatus, ut pravos Fratrum S. Auguſtini Eſchildtunæ, poſtea Ebelholti degentium mores corrigeret, anno 1202. ibidem mortuus & hoc epicedio condecoratus:

Pariſiis natus, dictis factisque beatus,
Mundo ſublatus, jacet hic Wilhelmus humatus.

2.5.7/140